

DÆMONOMASTIX  
SIVE  
UNIVERSI

OPERIS ADVERSUS

DÆMONES ET MALEFICOS

ad vsum præsertim exorcistarum  
concinati

TOMVS TERTIVS

22223

*Complectens varios in eam rem olim editos tractatus, aliosq̄,  
nunc primùm è tenebris erutos, quorum syllabum  
dabit inuersa pagina.*

CVM INDICIBVS.

*Num. 7.  
cap. 2.  
Num. 5*



LYGDNÆ,  
SVMP TIBVS CLAVDII LANDRY.

M. DC. XXI.

SYLLABVS AVTORVM.

**F**lagellum dæmonum, exorcismos terribiles, potentissimos & efficaces, remediâque probatissima, ac doctrinam singularem ad malignos spiritus expellendos, maleficiâque de obsessis corporibus fuganda complectens. Cum suis benedictionibus omnibus requisitis ad eorum expulsionem: autore R. P. F. Hieronymo Mengo Vitellianensi, ordinis Minorum Regularis Obseruantiz.

Fustis dæmonum, adiurationes formidabiles & potentissimas ad malignos spiritus effugandos de oppressis corporibus humanis, eodem autore.

Fuga Satanæ, à Petro Antonio Stampa Clauenensi Sacerdote edita.

*Recens additi.*

Flagellum Maleficorum autore Petro Mamoris Lemouicensi, in Vniuersitate Pictauensi S. Theologiae Professore.

Tractatus de superstitiosis quibusdam casibus, compilatus in alma Vniuersitate Colonensi, per Egregium sacre Theologiae professorem Magistrum Henricum de Gorchen.



ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISS. D.

D. GABRIELI PALÆOTO,

Tituli S. Laurentij in Lucina, S. R. E.  
Presbytero Card. Ampliff.

*Archiepiscopo Bononiensi, & Principi Optimo:*

FR. HIERONYMVS MENGVS  
Vitellianensis Ord. Min. Reg. Obser.

S. D.

**H**LLVD planè constat (Reuerendissime Præsul) quod & sapientissimorum Virorum sententia, & multis rationibus probari potest, permulta Dei Opt. Max. munere fuisse hominibus tributa: quibus unusquisque non sibi solam, sed etiam alijs quàm plurimùm prodesse possit. Qua de re factum est, vt qui de sua solam, & non aliorum salute fuere solliciti, ab omnibus semper reprehensi, & digni habiti sint, qui ab humana consuetudine iure optimo exigentur. Contrà verò, qui de alijs bene meriti studiosè elaborarunt, eos doct'a illa antiquitas omni laude dignos esse censuit.

quin vero, & in Decorum numero collocavit. Et  
sanè quis nō libenter dilaudet, atq; admiretur  
id genus hominum, qui omnes ingenij vires eō  
contenderunt, ut nō modo doctrina presentibus  
hominibus, verum etiam libris accurate scriptis  
posteritati consulerent? Quorum in numero sine  
ulla cōrouersa in primis ponēdi sunt illi Theo-  
logi, qui tot, tantaq; non minus doctē, quā di-  
ligenter conscripserunt, ut homines & ad Deum  
p̄t̄ excolendū, & proximum v̄idē diligēdū  
excitarent. Ab horum praclaro instituto, cum ego  
quoque nollem discedere, etsi non eram nescius,  
quā exigua sint mei ingenij vires, qua, non ut  
doceam, sed ut docear, magis postulant: decreui  
tamen diuino fretus numine aliquid aggredi: in  
quo omnes facillē intelligant & probent meam  
sibi minus facultatem, at certē in alijs adiunādis  
voluntatem: & quāquam mihi hoc ipsum sepe,  
ac diū cogitanti multa in mētē venirent, sum  
tamen magnopere commotus, quod videam nos  
in haec mala tempora incidisse, in quibus passim  
vagat̄, & maximē viget quaedam agritudo,  
qua quod non corporibus modo, verum etiā ani-  
mis plerumque periculum, & mortem intentat,  
omni alio morborū genere perniciosā magis est,  
atque execranda. Haec illa est, qua nunc permulti  
varijs in locis à demonibus, & à Maleficis, diu,  
atque acriter diuexantur. Quorū vices eō magis  
sunt dolenda, quō rarijs his nostris, temporibus  
extant.

extant, qui illis praesidium aliquod efficacē affer-  
re aut norint, aut velint. Neque enim desunt, qui  
si quid Dei benignitate adinuenerint, quod ad  
hoc malum propulsandum sit optimum, illud ce-  
lant, & ne alijs impertiantur, in proprio sinu re-  
cōdunt: idq; ducti solo (ne quid grauius dicam)  
aura popularis, atque inanis glorie studio. Nec  
deessent, qui misericordia permoti, hoc tā piū,  
et necessarium opus libenter susciperent, nisi illos  
detereretur, aut metus quidam, (qui tamen Sacer-  
doti non conuenit) aut artis Exorcistica ignora-  
tio: posteaquam libri ad eā spectantes, cum tem-  
poris vetustate, tum verō hominum incuria iam  
nostris temporibus feruē interciderunt. Quid  
quod alijs, dum hanc artem profitentur, ut soli  
sapere, ac maiori admiratione digni videantur,  
posthabitis huiusce artis canonibus à maioribus  
nostris recta cū ratione institutis, ad suas quas-  
dam ineptias, & superstitiones penē aniles re-  
uerē confugiunt: oblitī huiusmodi negotiū nulla  
unquam alia ratione, quā Dei nomine posse  
rectē confici: qua ex re fit, ut tandem in extre-  
mum salutis discrimen ij spontē corruant, dū non  
quas debent Dei, sed quas caci non animaduer-  
tunt, demonum vias aequē indoctē, atque impiē  
consectantur. Ne igitur Exorcismorum copia ab  
his amplius desideretur, qui illorum cognitionem  
ad tam miseram, atque atrocem agritudinem  
depellendā: & ad cōtundendam, conterendamq;  
ā 3 demō

*demonum audaciam exoptant, constitui, quos multos Exorcismos varijs in locis diffusos, & dissipatos reperi, in unum cogere, atque edere, ut inde queant Exorcista arma, cum libuerit, depromere, quibus audacter cum demonibus in posterum manus conserant, atque illos ex corporibus, quae iniquissimè obsident, Deo adiuvante, eijciant. Cur verò id (quicquid est mei operis) amplissimo nomine tuo insignitum prodire cupierim (Illustrissime Cardinalis) referrem ego, & quidem libentissimè, nisi compertum mihi satis esset, quantum à tuarum laudum (quae quidem eximia sunt, & propè innumera) vel auditione, vel lectione, & oculi tibi, & aures abhorreant. Tibi enim (ut caetera taceam) tuae scilicet sollicitudini, tuaeque curae, quicquid commodi habet, totum debet Bononia Christiana Respublica. Quapropter, si quid etiam ex hoc meo labore utilitatis sumpserit, tibi iure referendum esse videbitur. Quid voluerim, ego mihi conscius sum. Quid praestiterim alij viderint: apud quos tamen illud unum testatum esse velim, me hunc laborem nulla alia de causa sumpsisse, quam quod sperem hoc opus meum non inutile fore his, qui nostris temporibus tam miserè, atque perniciosè Demonum & Maleficorum opera consueverunt, Vale Princeps Amplissime, diuque felix vive. Datum Bononiae Kal. Decemb. M. D. LXXVI.*

IOAN

IOANNIS ANNIBALIS  
Bedulli I. C. Vitellianensis ad Exorcistas

EPIGRAMMA.

**E**Docuit Mengus mira vos arte flagellum,  
 Quo casus daemone cedat, & ima perat,  
 Nunc sacra pandens scripturae arcana, dolauit  
 Fultem, quo Satanas territus arma dabit.  
 Quare hostem contra Mengi pugnare Flagello;  
 Sittat, cogetur Fuste referre pedem.

IN AVTORIS LAUDEM;  
Andreae Pepuli Caballensis

EPIGRAMMA.


**H**Umano stygias orbi dum corpore pestes  
 Pellere das facilem, Maxime Menge, viam:  
 Post hac tela, doli, insidiae, fera pharmaca, virtus  
 Nec quicquam poterunt daemone arte tua.  
 Namque sacro Satanae pulsas ira terga flagello,  
 Quod penitus vires arripis ipse suas.  
 Vnde tuum merito decorabit nomen honore  
 Mundus, & eximius laudibus usque feret.

EIVSDEM.

Dialogus. Liber. & Aleto.


**Q**uid furis Aleto? cur sic fera Regia Ditis  
 Intonat implacidi? quò furibunda fugis?  
 Quid Soror incomprobs scindit sibi perfida crines?  
 Et voluit tantos saeva Megara focos?  
 Quò Satanae scelerata cohors? quid fulmina tanta?  
 Quid sibi rot flammae? tot tonitruisque volute?  
 Pernicies, simulas, solus qui nostra fuisti,  
 Qui solus nobis dira flagella paras?  
 Heu mæror quàm crescit edax, quis porriget, vnde  
 Quò in nostrum cesset tanta ruina caput?

INDEX PRIMVS OMNIUM  
CAPITVLORVM, QVÆ  
continentur in hoc Flagello  
dæmonum.

 E fide, & præparatione, quam Exorcista habere de- beat, antequam dæm adcurare incipiant. cap. 1. f. 1.	
De puritate conscientie, quam obsessus habere debet. & de cognitione ab Exorcistis hab. cap. 2.	2
An res sensibiles possint agere in spiritu ubi per optimè hæc materia tractatur. cap. 3.	3
De interrogationibus, & præceptis dæmonibus ab Exorcistis fiendis. cap. 4.	7
De quibusdam ab Exorcistis præcanendis in coniuratione tam publica, quam secreta. cap. 5.	8
De perseverantia, & patientia ab Exorcistis habenda, & de cau- sis, quare dæmones quandoque non recedant. cap. 6. ibid.	
De Eucharistia præbenda Energumenis, contra communem opinionem vulgi. cap. 7.	9
De expositione quorundam nominum Hebraicorum, atque Græcorum Dei, quæ passim in Exorcismis ponuntur. cap. 8.	12
De expositione quorundam nominum Latinorum Dei, quæ ab Auctore in Exorcismis ponuntur. cap. 9.	12
De expositione quorundam nominum B. Virginis Mariæ, quæ in Exorcismis sparsim posita sunt. cap. 10.	14
An Exorcista possint uti schedulis: & de regulis, quibus hoc licite fieri possit. cap. 11.	16
De astutiis dæmonum præcognoscendis, remediisque appo- nendis. cap. 12.	18
De quibusdam aliis deceptionibus, quibus dæmones vtuntur ad decipiendam Exorcistam, quæ necessario ab Exorcistis sciri debent. cap. 13.	21
De his, quæ ab Exorcista scienda sunt, vt maleficiatos: & Ener- gumenos curare possit. cap. 14.	22
De loco, & tempore, quibus Energumeni exorcizandi sunt. c. 15.	27
Hominem à spiritibus immundis posse vexari, demonstratur, ibique ostenditur quid sit Arreptitius. cap. 16.	25
Quod aliqui obsessi inueniantur, qui nunquam liberantur, & de causis, quibus hoc contingit. cap. 17.	24
Dæmoniæci an sint publicè, vel private exorcizandi, & de bonis, quæ fidelibus ex coniuratione proueniunt. cap. 18.	26

INDEX

INDEX SECVNDVS OMNIUM  
RERVM NOTABILIVM, QVÆ  
continentur in sequentibus capi-  
tulis huius Flagelli.

A	
 Beas Andronicus à dæmone vexatus liberatur. 10	candæ Energumenis. 10 Boëtij sententia circa res sensibiles. 3
Absentia Exorcistæ à Deo ordinari, impedit liberationem obsessi. 24	
Agens limitata virtutis est diabolus. 3	C
Aglæ, & eius expositio de- scribitur. 12	<b>C</b> haracteres, & variæ observationes sunt fugiendæ. 17
Agnus, & ouis exprimun- tur. 13	Christus turba presente eicit dæmones. 25
Alexandri Papæ V. opinio circa res sensibiles. 5	Caveat hic Exorcista, ne decipiatur. 21
Alia versutia dæmonum con- tra Exorcistas. 22	Caveat Exorcista à consortio privato mulierum. 25
Aquæ benedictæ ab Ecclesia virtutes. 5	Caveat Exorcista à curiosis interrogationibus. 7
Arreptitium esse quid sit. 23	Cautus sit Exorcista in ver- sutiis diaboli. 19
Astutia dæmonum contra Exorcistas. 2	Cauendum est à nominibus ignotis. 11
Astutia dæmonum ab Exor- cistis cauenda. 19	Cerimonialia in nouo Te- stamento sunt prohibita. 17
Aula dicitur Maria domina nostra. 15	Cogendi sunt dæmones ad faciendam aliquam fidei veritatem. 8
Aurora in scripturis Maria nominatur. 14	Cognitio certa præsentis dæmonis quomodo ha- beat. 2
B	
<b>B</b> enedictio licita qualis esse debet. 17	Communio non est denegan- da Energumenis. 10
Benedicendæ sunt res appli- candæ Energumenis. 10	Consuetudines Ecclesiæ ser- uari debent. 16
	à 5     David

## D

**D**avid percutiente Ci-  
thara, Saul alleuia-  
batur. 4  
Demones quare non timeant  
susceptionem Eucharistiæ  
22  
Demones valdè timent ora-  
tiones boni Sacerdotis. 1  
Demones pauent ad primum  
intuitum Exorcistæ. 21  
Demones corpora humana  
inhabitare possunt. 23  
Dæmoniæ ubi exorcizandi  
sunt. 25  
Demones signa suæ presen-  
tiæ relinquunt. 20  
Demones quare non loquan-  
tur Latine. 24  
Demones delectantur in qui-  
busdam rebus. 6  
Deuotio Eucharistiæ qualis  
in obsessis requiratur. 10  
Deus quandoque demones  
eximit à nostra obedien-  
tia. 9  
Diabolus recipit in sui dede-  
cus, quæ sunt circa corpo-  
ra obsessa. 7  
Diligentia in coniuratione  
apponenda. 10  
Diligentia obseruanda con-  
tra demones. 19  
Diuersis verbis sacris affli-  
guntur demones. 20  
Doctrina notabilis pro Exor-  
cista. 19  
Domus quare appellatur ge-  
nitrix Dei. 16.  
Dormite faciunt Energume-

## E

**E**cclēsia est locus coniu-  
rationi dedicatus. 23  
Ecclesiæ ritus seruādi in ope-  
ribus humanis. 26  
Effectus operum nostrorum  
voluntati diuinæ est relin-  
quendus. 16  
Effectus maleficiales produci  
non possunt sine auxilio  
dæmonum. 4  
Error Pauli Ghirlandi circa  
nomina Dei. 11  
Eucharistia tradēda est Ener-  
gumēis. 9  
Exorcista non cedat ad pro-  
missum diaboli. 21  
Exorcistæ possunt applicare  
sensibilia energumēis. 7  
Exorcizare non debet Exor-  
cista in domibus priuatis.  
22

## F

**F**antasmata voluptuosa  
imittunt demones. 19  
Fatua admiratio quorundam;  
23  
Fides est necessaria Exorci-  
stis. 1

## G

**G**allicè, quare demones  
non respondeant. 11  
Gloria Dei finis operum no-  
strorum esse debet. 16  
Grauissimum est dæmonibus

com

comburī corū nomina. 20  
Guidonis opinio circa melo-  
diam. 5

## L

**L**apide annuli quidam eii-  
ciebat demones. 5  
Latere quærunt demones in  
obsessis corporibus. 18  
Latine quare non loquantur  
demones. 3  
Leuis, & curiosus inuestiga-  
tor non sit Exorcista in in-  
terrogationibus. 20  
Libenter demones quærunt  
latere. 19

## M

**M**agistri historiæ Eccle-  
siasticæ opinio circa  
res sensibiles. 6  
Maior pœna damnatorum  
qualis. ibid.  
Malignitas, vilitasque quo-  
rundam dæmonum. 21  
Maximam patientiam debet  
habere Exorcista. 8

Melodia, & sensibilibus Ener-  
gumēis alleuiantur. 4  
Mentem obsessi demones  
auertunt. 18  
Modus applicandi res sensibi-  
les dæmoniæ. 10

## N

**N**aturalis proprietas ne-  
cessaria in operibus  
bonis. 17  
Nomina ignota sunt metuen-  
da. 18  
Nomina sancta Dei, quæ gra-  
tis reprehenduntur. 11  
Nomina sancta à D. Hiero-  
nymo exposita. ibid.  
Notabilis astutia dæmonum.  
22

Obsessi

## H

**H**abent demones inter se  
inimicitias. 9  
Habere vsum rationis qua-  
lem obsessi debent. 10  
Hominem arreptitium esse  
quid sit. 23  
Homouision nomen exponi-  
tur. 12  
Honor, Ecclesia vritur. 14  
Horribilia loca inhabitant  
demones. 6  
Humilis debet esse Exorci-  
sta. 2  
Humilitas Exorcistæ quan-  
tū à dæmonibus timea-  
tur. ibid.

## I

**I**ana, & Stella Maria dici-  
tur. 15  
Inferre iniuriam diabolo an  
Exorcista debeat. 7  
Infidelitas Exorcistæ impedit  
liberationem obsessi. 24  
Infinitè peccant, qui contra  
Deum relinquunt. 6  
Ingratitudinem quærunt dæ-  
mones immittere. 10  
Inquisitio fienda in interro-  
gationibus. ibid.  
Intentio qualis habenda sit in  
operibus humanis. 18  
Irriua nomina dæmonibus  
imponenda ab Exorcistis  
19  
Irritare debet Exorcista dæ-  
mones, & quare. 7

22

**O**bsessi quidam nunquam liberantur. 14  
 Obsessus expurgare debet conscientiam propriam. 2  
 Operationibus rerum sensibilium subiiciuntur demones. 5  
 Operum nostrorum effectus Deo relinquendus est. 18  
 Opera nostra sint conformia consuetudinibus Ecclesiarum. 16.17  
 Oratio Sacerdotis quando sit efficacior. 1

P

**P**araclytus virtus Ecclesia. 13  
 Paruitas fidei impedit liberationem obsessi. 24  
 Peccata propria liberationem obsessi impediunt. 24  
 Peccata per penitentiam dimissa, recta sunt diabolo. 2  
 Plerumque demones in sua obstinatione finit Deus. 9  
 Præcepta demonibus facta non sunt defendenda. 8  
 Præceptum S. Alexandri Papæ ad Sacerdotes. 5  
 Præcipienda demonibus obfidentibus. 8  
 Pro venialibus demones corpora humana reingrediuntur. 20

Q

**Q**uidam benedictiones propter scandalum

sunt evitandæ. 17  
 Quæ sunt circa obsessos diabolus recipit in sui decus. 7  
 Quæ ponenda sunt super obsessum contra demones. 2  
 Quærenda sunt instrumenta maleficialia. 5  
 Quæ sint interroganda ab exorcistis. 7  
 Quæ scienda sunt ab exorcistis. 22  
 Qui liberari non possunt, horrantur ad patientiam. 25

R

**R**ebus exterioribus agrediendus est diabolus. 3  
 Rebus sensibilibus an quis possit à demone liberari. 5  
 Refugiunt demones à rebus sibi contrariis. 6  
 Res sensibiles mitigare possunt vexationem, & quomodo agant in spiritum. 3  
 Rex, Ecclesia sæpè virtus. 12

S

**S**acerdotis oratio quando sit efficacior. 7  
 Sanctus in scripturis inveniuntur. 13  
 Satisfacit Auctor desiderio quorundam. 12  
 Scala est appellata Sancta Maria. 15  
 Scan

Scandalum est evitandum in omnibus operibus nostris. 17  
 Schedulis vti potest Exorcista. 16  
 Sensibilia immutant dispositionem corporis. 4  
 Sol vnde vocetur Christus 13  
 Soter, & Iehoua declarantur. 11. 12  
 Spiritus damnati ab igne corpore cruciantur. 5  
 Spiritualia bona, quæ ex coniuratione oriuntur. 26  
 Splendor declaratur. 13  
 Stimuli, quibus demones cruciantur. 9  
 Summum bonum dicitur Deus. 14

T

**T**abernaculum quare vocetur Beata Maria. 15

Y

**Y**pericon herba, cuiusque virtus. 6

Tempus adiurandi demones 23  
 Testimonium Cassiani circa communionem. 9  
 Thobia per intestina piscis liberatur. 45

V

**V**ellus vocatur beata virgo Maria. 15  
 Vexatio parua an rebus corporalibus auferri possit. 4  
 Virgo, Maria sæpè nominatur. 14  
 Virtus insita rebus creatis contra demones. 5

F I N I S.

INDEX

INDEX TERTIVS OMNIVM RERV  
 NOTABILIVM, QVÆ CONTINENTVR  
 in Exorcismis huius Flagelli.

<b>A</b>	Euang. Amen, amen dico vo-	
<b>A</b> eris coniuratio con-	bis. 30	
tra malignos spi-	Euang. Recumbentibus vn-	
ritus corpora hu-	decim discipulis. 44	
mana obsidentes. 87	Euang. Ductus est Iesus in	
<b>A</b> quæ coniuratio aduersus	desertum. 45	
dæmones corpora humana	Euang. Dicebat Iesus turbis	
opprimentes. 89	similitudinem. 45	
<b>B</b>	Euang. Respondens vnus de	
<b>B</b> enedictio ignis ad com-	turba dixit. 46	
burendam imaginem	Euang. Surgens Iesus de Sy-	
pictam dæmonis. 96	nagoga. ibid.	
<b>C</b>	Euang. Erat Iesus eiciens dæ-	
<b>C</b> oniuratio ignis ad cõ-	monium. 44	
burendam imaginem	Euang. Venit Iesus transfre-	
pictam dæmonis. 94	tum maris. 62	
Coniuratio terræ contra dæ-	Euang. Cõuocatis Iesus duo-	
mones corpora humana	decim Apostolis. 88	
obsidentes. 88	Euang. Missus est Angelus	
Cõiuratio aëris aduersus dæ-	Gabriel. 113	
mones vexantes corpora	Exorcismus primus in mali-	
humana. 87	gnos spiritus. 26	
Coniuratio aquæ contra ma-	Exorcismus secundus aduer-	
lignos spiritus. 89	sus dæmones obsidentes	
Coniuratio ignis contra dæ-	corpora humana. 42	
mones humana corpora	Exorcismus tertius optimus	
opprimentes. 90	& mirabilis. 51	
Coniuratio omnium elemen-	Exorcismus quartus terribi-	
torum. 91	lis, & maximæ effe. 61	
Coniuratio inferni cõtra dæ-	Exorcismus quintus aduersus	
mones. ibid.	spiritus. 73	
<b>D</b>	Exorcismus sextus potentissi-	
<b>D</b> eus in adiutoriũ meum	mus, terribilis, mirabilis	
intende. 30	efficaciæ, &c. 81	
<b>E</b>	Exorcism <sup>9</sup> septimus terribilis	
<b>E</b> vangeliũ. In principio	aduersus dæmones, &c. 104	
erat verbum. 29	Exorcismus faciendus ma-	
	leficia	

I N D E X.

leſeiatſ ante coniuratio-	ritus. 65.97
nem. 34	Oratio dicenda contra ſpiri-
Exprobratio in Satan magna,	tus obſidentes. 42
& terribilis, &c. 114	Orationes dicendæ pro gra-
Exurgat Deus, & diſſipen-	tiarum actionibus. 122. 123
tur inimici eius. 52	<b>P</b>
<b>G</b>	<b>P</b> ræcepta facienda ſpiri-
<b>G</b> ratiarum actiones pro	tibus fauentibus, &
Energumeno libe-	obſidentibus. 27
rato. 121	Præceptum faciendum ſpiri-
<b>I</b>	tibus immundis è corpori-
<b>I</b> gnis coniuratio contra	bis egreſſis. 120
malignos ſpiritus. 90	Præceptum faciendum ſpiri-
Inferni coniuratio aduersus	tibus remanentibus in cor-
dæmones corpora humana	pore. 121
obsidentes. 91	Profumigationes ex rebus
Improperia, & opprobria	horribilibus contra dæmo-
contra malignos ſpiritus	nes. 97
obsidentes. 65.97	Promiſſum diaboli ab Exor-
<b>L</b>	citiſtis. 119
<b>L</b> itanæ dicendæ pro dæ-	<b>Q</b>
moniæ liberandis. 30	<b>Q</b> ui habitat in adiutorio
<b>M</b>	altiffimi. 53
<b>M</b> iſerere mei Deus ſe-	<b>S</b>
cundum magnam	<b>S</b> ententia ferenda ab Exor-
miſericordiam. 61	citiſtis contra dæmones.
Modus ligandi ſtolam ad	118
collum vexati. 28	Solutio dæmonum existen-
<b>N</b>	tium in corporibus huma-
<b>N</b> omina ſancta Dei di-	nis ab Exorcift. fienda. 119
cenda ſuper obſeſ-	<b>T</b>
ſum à dæmone. ibid	<b>T</b> erræ coniuratio con-
Nomina ſancta Dei, & Do-	tra dæmones obſiden-
mini noſtri Ieſu Chriſti. 57	tes corpora humana. 88
Nomina beatiffimæ Virginis	Te Deum laudamus: te Do-
Mariæ. 59	minum confitemur. 121
<b>O</b>	<b>V</b>
<b>O</b> pprobria, & improp-	<b>V</b> erba dicenda quando
ria in malignos ſpi-	ſpiritus profumigan-
	tur. 69

F I N I S.

AVCTO



AVCTORES, EX QVIBVS  
HÆC OPERA EDITA SVNT,  
ab Auctore citati.

**A**lexander Papa Sanct.  
Alexander de Ales ioc.  
Alphonsus Casrensus.  
Ambrosius doct̄or sanctus.  
Athanasius doct̄or sanctus.  
Augustinus doct̄or sanctus.  
Augustinus de Ancona.  
Bartholomæus Sibilla.  
Beda Venerabilis.  
Bernardus Abbas sanctus.  
Bernardinus de Busis.  
Boetius Severinus.  
Bonaventura doct̄. sanctus.  
Concilia diversa.  
Dionysius Chartusianus.  
Fulgentius doct̄or sanctus.  
Glossa ordinaria.  
Greg. Papa doct̄or sanctus.  
Haymo Episcopus.  
Henricus Arphius.  
Hieronymus doct̄or sanctus.  
Niklaus doct̄or sanctus.

Hugo de sancto Vigore.  
Joachim Abbas.  
Ioannes Chrysostronus sanct.  
Ioannes Cassianus Abbas.  
Ioannes Damascenus sanct.  
Ioannes Gerson doct̄or.  
Ioannes Scotus doct̄or.  
Iosephus de bello Iudaico.  
Isidorus doct̄or sanctus.  
Leo Papa doct̄or sanctus.  
Ludovicus Blodius.  
Magister Sententiarum.  
Magister Historiarum.  
Malleus Maleficarum.  
Michael Psellus.  
Nicolaus de Lira doct̄or.  
Paulus Ghirlandus.  
Petrus Galatinus.  
Ricardus Mediavilla doct̄or.  
Rupertus Abbas.  
Sylvester Pricrias.  
Thomas Aquinas doct̄. san.

FLAGEL



FLAGELLVM DÆMONVM,  
AD MALIGNOS SPIRITVS  
effugandos de oppressis corporibus, doctrinam  
puicherimam, & valdè necessariam  
Exorcistis continens:

Auctore R. P. F. HIERONYMO MENGO  
Vitellianensi, Ordinis Minorum  
Regularis Observantia.

*De fide, & preparatione, quam Exorcista habere debent,  
antequam demones adurare incipiant.*

CAP. PRIMVM.



Vitunque desiderat rectè, facillè, & sine periculo  
suae & aliorum salutis calcare super serpentes in-  
fernals, & cauere ab omnibus operibus vanis, illi-  
citis, & superstitiosis; atque exercere officium ad-  
iurandi demones in corporibus humanis existentes, sine pec-  
cato; vt (fauente Deo) hac charitate exorcizandi, quæ inter  
omnia opera misericordie est laboriosissima; mereatur perue-  
nire ad gloriam sempiternam, ante omnia debet habere in-  
dubitatum fidem de mysteriis Iesu Christi, & fide Catholica; Fides est  
necessaria  
Exorcistis.  
cùm operatio miraculorum ( cuiusmodi est ista ) ascribatur  
fidei, & illi conueniat. Cui etiam addenda est puritas con-  
scientie, mediante dolorosa coritione suorum peccatorum,  
& pura confessione sacramentali; quia etsi Sacerdos, potestate Sacerdo-  
tis oratio  
quando sic  
efficacior.  
Sacerdotali, orat in persona Ecclesie, tamen eius oratio est  
efficacior, quando ex parte eius est munda; quia habet effica-  
ciam ex parte Ecclesie, & etiam illius Sacerdotis, qui tan-  
quàm amicus Dei, ab ipso meretur exaudiri, & etiam quia  
peccata, quæ per veram poenitentiam fuerunt à Deo dimissa,  
recta sunt diabolo, nec illa potest obicere animæ (experien-  
tia teste) coactus diuina potentia, & maxime quando Sacer-  
dos imperat illi silentium. Vbi autem nõ est dimissum à Deo  
peccatum, demones, qui, (vt diximus in nostro vulgari Com-  
pendio,

A pendio,

pendio, quod edidimus de operationibus demonum, & Maleficiorum. c. vij. primi libri) demptis cogitationibus cordium, omnia cognoscant, vt possint compescere Sacerdotes ab adiuuratione, confusione, & pudore, illis tam vera, quam falsa crimina obiiiciunt. Ne ergo Exorcista desinat hac de causa ab hac operatione, Deus non sine hanc auctoritatem demonibus. Debet etiam Exorcista habere humilitatem profundissimam, reputando se in hoc opere, vt instrumentum Dei, & per consequens se nihil posse agere absque eius auxilio; ne scilicet querat laudari pro huiusmodi ab hominibus, sed solummodo ad honorem omnipotentis Dei, & animarum salutem gaudeat, & lateatur in hoc opere, ne perdat meritum, & incurrat peccatum. Tum quia facilius demones fugantur, odorem humilitatis sufferre non valentes; tum etiam quia humilibus dona sua largitur, & gratiam, qui eis bene, & ordinate vtuntur. His omnibus Exorcista munitus, cum tanta securitate diabolum aggredatur, ac si aliquot opus delectabile vellet perficere; quia videbit, quid faciet Deus benedictus,

Astutia  
demonum  
contra E.  
xorcistas.

Humilitas  
Exorcista  
quantum  
a demoni-  
bus timeat.

*De puritate conscientie, quam obsessus habere debet,  
& de cognitione ab Exorcistis habenda.*

## CAP. II.

Exorcista debet hortari obsessum, vt cum maxima diligentia expuret conscientiam suam; tum quia oratio eius, & etiam pro eo orantium facilius exaudietur à Deo; tum etiam quia hæc vexatio frequenter consuevit fieri pro peccatis; (vt diximus in nostro Compendio libro 2. cap. 6. & lib. 3. cap. 7.) Et debet ipsam instruere, vt subiciat se humiliter Deo, & quod ipsum deprecetur, vt, si expedit, liberetur à spiritibus immundis. Deinde conetur cognoscere, si talis persona sit verè obfessa à diabolo, vel non, ne cum dispendio honoris diuini, & Sacerdotalis dignitatis inaniter fatigari contingat. Cognoscat autem ibi certitudinaliter adesse spiritum, quando percipiet obsessum loqui, aut cognoscere, quæ aliis loqui, aut scire nequissimè; putà aliqua distantia, vel occulta. Cognoscat verò probabiliter, quando videbit eum sub manu sua tremere ad sacra verba, aut torsiones, vel dolores, aut motus, vel furores insolitos, & repentinos facere, aut horrere, & delectari diuina, putà Sacramenta, maxime Confessionis, & Eucharistia, nomina Sanctorum, & orationes diuinas. Et ideo à principio debet Exorcista, quantum potest, cogere diabolum

Obsessus  
expurgare  
debet con-  
scientiam  
propriam.

Cognitio  
certa præ-  
sentis da-  
monis  
quomodo  
habeatur.  
Quæ po-  
tèda sunt  
super ob-  
sessum  
contra demo-  
nes.

ad

ad ista ostendenda, alligando latentè aliquod sacrum super obsessum, putà reliquias Sanctorum, vel schedulam continentem verba Dei, ad cuius præsentiam, si obsessus huius rei inscius ostenderit nouitatem, erit signum diabolicæ præsentia. Sed aduerte propter detractores huius artis, quod demones obsidentes corpora humana, rarissimè loquuntur Latine; hac de causa, ne scilicet credantur ibi adesse, etiam quia vtuntur instrumentis naturalibus illorum, qui ab ipsis opprimuntur; & ideo diabolus obsidens idiotam, non facile respondet Latine; nec obsidens Italum, facile respondet Gallice; quia lingua ad vnum modum loquendi habituata, est illi obedientior, & ad motus illos placandos dispositior. De hac autem materia vide Compendium nostrum, libro 2. cap. 11. per totum.

*An res sensibiles possint agere in spiritum, vbi peroptime  
hæc materia tractatur.*

## CAP. III.

Exorcista poterit aggredi diabolum obsidentem corpus humanum, rebus exterioribus, vt aqua benedicta, incenso, sulphure, ruta, & medicinis, ac aliis potionibus, quæ omnia debent esse exorcizata, & benedicta. Sed quia huic capitulo multi aduersantur diuersis rationibus, ideo sciendum est secundum Ricardum de Media-villa, quolibet. 3. quart. 8. quod & si herba, harmonia, & res corporales non possint sua naturali virtute totaliter excludere vexationem, qua diabolus hominem vexat, quando sibi permittitur à Deo, vel ab Angelis bonis: possunt tamen illam vexationem mitigare, & ita parua poterit esse vexatio illa, quod istæ res exteriores poterunt eam penitus excludere, sed hoc facient, non agendo in ipsam dæmonem, cum sit spiritus separatus, in quem non potest naturaliter agere quodcumque corpus, sed agendo in ipsum vexatum à dæmone. Omnis enim causa limitata virtutis, producere potest effectum intensiorem in materiam magis dispositam, quam non dispositam; cum secundum Philosophum secundo de anima, actus actiuorum sint in pariente bene disposito. Diabolus autem est agens limitatæ virtutis, ergo vexationem intensiorem potest facere in homine disposito ad illam vexationem, quam intendit adducere, quam in homine dispositionis contrariæ. Putà, diabolus potest intensius vexare passione melancholica hominem

Rebus ex-  
terioribus  
aggredi-  
tus est  
diabolus.

Res sensi-  
biles miti-  
gare pos-  
sunt dæmo-  
nem vexa-  
tionem, &  
quomodo  
agant in  
spiritum

Agens li-  
mitatæ vir-  
tutis est  
diabolus.

Sensibilia  
iamur ut  
disposicio-  
nem cor-  
poris.

Vexatio  
pura an  
rebus cor-  
poralibus  
aufertur  
pulsit.

Rebus se-  
nsibilibus  
an quis  
possit à  
dæmone  
liberari.  
Melodia,  
& sensibi-  
libus  
Energum-  
eni alle-  
uatur.

dispositum ad illam, quàm hominem dispositionis contra-  
ria. Certum est autem, quòd herbe, harmonia, & multa alia  
sensibilia multùm possunt immutare dispositionem corpo-  
ris, & ex consequenti motum sensualitatis; hoc patet de her-  
bis, cum quaedam inclinent ad lætitiã, quaedam verò ad  
tristitiã; hoc etiam dico de harmoniis, vt patet per Philo-  
sophum vij Probi. 6. vbi vult, quòd diuersa harmonia habeant  
prouocare diuersas passioes in homine. Hoc idem refert  
Boëtius in sua Musica; & Auctor de ortu scienciarum; vbi  
loquens de vtilitate Musices dicit, quòd valet ad curandum  
diuersas infirmitates. Potest enim contingere aliquando,  
quòd diabolo non permittatur hominem vexare, nisi vexatio-  
ne ita parua, quòd per aliquam fortem dispositionem ad con-  
trarium tolleretur totaliter; & tunc aliqua herba, vel harmo-  
nia possunt corpus hominis ita ad contrarium disponere, (vt  
supra diximus) quòd illa vexatio totaliter remoueretur; verbi  
gratia, Diabolus quandoque possit hominem vexare vexatio-  
ne tristitia ita debilitet, quòd per aliquas herbas, vel harmo-  
nias, quæ possunt efficere dilatationem, & diffusionem spiri-  
tuum, qui sunt motus contrarij tristitia totaliter amoueretur  
illa tristitia. Non autem video, quomodo herbe, & cetera sen-  
sibilia possint in homine aliquam dispositionem efficere, qua  
mediante, homo nullo modo possit à dæmone vexari, quando  
vexatio est maxima; quia herba, & harmonia (vt supra dixi-  
mus) sua naturali virtute hanc dispositionem causare nequeant.  
Hoc postremum diximus propter aliquos, qui nituntur defendere,  
quòd aliquid possint effectus maleficiales producere per quaedam  
herbas, & occultas causas, absque auxilio dæmonum: tantum-  
modò ex influentia corporum celestium, quæ pius potest imprimere  
in huiusmodi res corporales ad effectus corporales, quàm ipsi  
dæmones ad producendam huiusmodi effectus maleficiales.  
Hoc etiam probatur auctoritate sacre Scripturæ. Nã I. Reg. xvj,  
dicitur de Saule, quòd cum vexaretur à spiritu immundo, David  
percutiens cytharam coram eo, allenabatur, & spiritus nequam  
recedebat ab eo, quod exponens Liranius dicit: Videretur  
rationabiliter concedendum quòd per melodiam, seu per aliqua  
sensibilia possint afflicti à dæmonibus afflictionem lenius ferre;  
quia per aliquam rem sensibilem potest causari dispositio in  
corpore humano, per quam minus subiiciantur actioni dæmonum,  
& sic afflictio ab eis causata diminuitur, & allenatur. Et  
Tobiz vi. Angelus Raphaël exturbauit dæmonem à Sara, & à  
Tobia per intestinalia piscis; dicens, quòd si super carbonem  
ponatur iecur illius piscis

piscis, fumus eius extricet omne genus dæmoniorum, tam à  
viro, quàm à muliere. Sed hoc factum fuit, adiuuante oratio-  
ne, & continentia triduana, cum alligatione dæmonis per An-  
gelum. Quid plura? Sanctus Alexander Papa, huius nominis  
primus, in sua prima epistola præcipit omnibus Sacerdotibus  
exemplo sui, benedicere istas res populi, dicens; Aquam enim  
sale conspersam benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificen-  
tur, ac purificentur, & omnibus Sacerdotibus faciendum esse  
mandamus. Nam & si sale asperso per Helisæum prophetam,  
sterilitas aquæ facta est; quantò magis diuinis precibus sacra-  
tus, sterilitatem rerum aufert humanarum; & coinquinos  
sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera bona multi-  
plicat, infidialque diaboli auerit, & à phantasmatis versutis  
hominem defendit: & infra. His ergo, & aliis instructi do-  
cumentis, vota singulorum, domini Sacerdotes respicite, &  
in virtute Spiritus sancti diuinis precibus per ministerium  
vobis diuinitus collatum perficere curate. Elementa quoque,  
tam ea, quæ prædiximus, quàm cetera diuinis apta vltibus,  
& humanis necessaria infirmitatibus, sacrate, infirmos cura-  
te, & cetera quæ ad vos pertinent, diligenter perficite. Hac  
ille. Dicitur etiam in Musica Guidonis, quòd sunt quidam  
dæmones, qui non valent melodiam sustinere. Refert etiam  
Iosephus lib. viij. Antiquitatum, quòd in exercitu Titi erat  
quidam, qui per lapidem annuli dæmones expellebat à cor-  
poribus obsessis: Dicit etiam, quòd quidam Exorcista, vtens  
adiurationibus Salomonis, se presente eiecit dæmonem, cuius-  
dam herbe radice supposita naribus obsessi. Ista omnia, sunt  
sensibilia, & vt visum est, possunt reprimere vexationem dæ-  
monum vexantium corpora humana. Et alij quàm plures excel-  
lentissimi doctores hanc conclusionem tutati sunt, quorum  
testimonium nullus facitè absque nota proternia spernere  
potest. Sed hic aduerte, quòd & si isti doctores multa dicant,  
quæ fauent nostro proposito, tamen si intelligerent, hæc posse fieri  
absque Exorcismis sanctæ Ecclesie, omnino errarent. Decla-  
ratur etiam hoc nostrum propositum hac ratione, quæ elicitur  
ex supra citata auctoritate Tobiz: vbi clarè videtur, quòd  
in quibusdam rebus à Deo creatis, insita est quaedam virtus,  
& potentia iugandi Energumenos, & constringendi dæmones,  
atque ipsos citiendi è corporibus ab ipsis obsessis: vt est ista:  
Deus omnipotens, cum sit omnium malorum vltor, ad hoc vt  
puniat spiritus damnatos secundum exigentiam culpe eorum,  
operationibus quatuordecim rerum sensibilibus ipsos subiugauit,  
cum hoc non repugnet potentie diuine; immo hæc est veritas  
ineffa

Alexandri  
Pape opi-  
nio circa  
res sensibi-  
les.

Præcepta  
S. Alexan-  
Pape ad  
Sacerdo-  
tes.

Guidonis  
opinio cir-  
ca melo-  
diam.

Censura  
sæcissimæ  
inquisitio-  
nis.

Virtus in-  
sita rebus  
creatis con-  
tra dæmo-  
nes.

Operatio-  
nibus rerum  
sensibilium  
subiiciuntur  
dæmo-  
nes.

Spiritus  
damnati ab  
igne cor-  
porum cru-  
ciantur.

ineffabilis, ab ore Saluatoris nostri Iesu Christi prolata, vt patet de punitione damnatorum in inferno, Matth. 25. vbi anime damnatae, & demones ab igne corporeo cruciantur, vt probauimus in nostro Compendio, libro primo, cap. 17. & hoc, vt saeuertis diuinae iustitiae habeat subiectum, in quo actum suum, secundum exigentiam delictorum exercere possit. Et ratio est; quia, qui contra Deum peccat, inhaere delinquit, & per consequens aeternaliter puniri debet, & hoc maxime quando a statu merendi, quis impenitens, & in peccato obstinatus decedit. Et est credibile, quod spiritibus damnatis, (dempra priuatione diuinae visionis) nulla maior pena infligi possit, quam illos actionibus virtutum rerum sensibilem subiugari. Ex quibus omnibus concludendum est cum Angelo Raphaelle, quod quaedam res sensibiles inueniuntur, quae (vt instrumenta diuinae iustitiae) habent virtutem iuuandi obsessum a demone, atque ipsum a maleficijs liberandi, vt patet per Auctores Mallei Maleficarum, parte 2. q. 2. c. 5. & per Magistrum in historia Ecclesiastica, exponentem supradictam auctoritatem Tobiae, c. vnico, atque in haec verba loquentem: Nec super hoc mirari debemus, cum fumus cuiusdam arboris adultae, eandem vim habere perhibeatur. Et praedicti Auctores in eodem loco, loquentes de quadam herba, quae vocatur hypericon, & ab ipsis Fuga demonum, maximam virtutem contra demones habere asserunt. Hoc etiam est clarum de Ruta, quae applicata Energumenis, sustineri non potest ab ipsis spiritibus immundis obsessentibus, vt quotidie experimur. Et ratio horum (vtra hoc, quod interdum sunt signa, & afflictionum ingerunt memoriam) esse potest, quia ipsi demones in certis rebus delectantur, in quibus etiam libenter operantur; in quibusdam vero contristantur, in quibus etiam operari abhorrent; vt sunt res Iouales, & solares, quae gaudium, & laetitia in homine causare videntur, quibus ipsi demones aduersantur; & hinc est, quod illa abhorrent, atque refugiunt. Delectantur autem demones in his, quae sunt melancholica, & dominantur super loca horribilia, solitaria, & obscura, atque subterranea, & vt amatores tenebrarum, metestitiae, & melancholiae, in illis libenter permanant, atque operantur. Et hinc euenit, vt omnes, qui terroribus a spiritibus immundis opprimuntur, vt plurimum hoc fiat in locis opacis, & sine luce. Hinc etiam oritur, quod cum res contrariae conditionibus demonum obsessentium, Energumeno, seu maleficiato applicantur, quae metestitiam eiciunt, & melancholiam, & hominem hilarem, atque iucundam reddunt, ipsi demones

Hypericon herba, eiusque virtus. Demones delectantur in quibusdam rebus.

Horribilia loca inhabitant demones. Refugiunt demones a rebus sibi contrariis.

mones ab ipsis corporibus obsessis fugiant. Ex quibus omnibus apparet liquide, quod Sacerdotes, & Exorcistae possunt applicare aliqua sensibilia ipsis Energumenis ad allenandam vexationem ipsis illatam a spiritibus immundis, dummodo illa sint benedicta, in nomine Sanctissimae Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Etiam quia, quae sunt circa corpora obsessa, diabolus illa recipit in sui dedecus, & opprobrium; & praecipue quando sunt irrisua, vel afflictina, vt sunt factida, amara, vel huiusmodi; quia interdum illa sunt signa, & afflictionum ingerunt memoriam; & ideo Exorcista debet illa applicare infirmo, & irritare demonem opprobriis, & iniuriis, ac omnibus modis, quibus honeste potest; quae omnia ille in quo animo perfert, tanquam in sui dedecus, & contemptum exercita. Et ratio horum est, ne obsessus a demone priuetur sensu; quod crebro ille facit, ne obsessus verba Dei percipiat attentè, quibus compungatur, & ad orationem silenter exciteretur; & etiam quia his verbis, & iniuriis prouocatur superbus demon, vt ab eo loco discedat, vbi percutitur a Deo Exorcistis, & irridetur ab hominibus iniuriis, & verbis irrisuis. Nec obstat, quod non debeamus alicui creaturae inferre iniuriam, nec maledicere; quia in hoc Exorcista non maledicit diabolum, vt creaturam Dei, & ex odio; sed ex amore Dei, qui rebellat, & ex charitate proximi, quia demones in cursu huius vitae constituti, sunt nobis aduersarij; & ideo licet nobis illi inferre verba contumeliae, vt a proximo, quem indebitè vexat, repellatur.

Exorcista applicare possunt sensibilia Energumenis.

Iritare debet Exorcista demones, & quare.

Inferre iniuriam diabolo, ac Exorcista debeat.

### De interrogationibus, & praecipis demonibus ab Exorcista sciendis.

#### CAP. III.

Poterit etiam Exorcista licite interrogare demones obsesses corpus humanum ad instar Christi, qui interrogauit demonem, dicens: Quod est nomen tibi? vt habetur Marthae 5. Sed cauere debet, ne sit leuis, & curiosus inuestigator: quia non licet nobis ipsum interrogare, nisi de his, quae faciunt ad expulsiorem eorum, & ad repellendum nocuum tam a nobis, quam a proximis nostris; & ideo Exorcista sit cautus in interrogationibus, ne diciatur a diabolo. Poterit ergo ex parte Christi interrogare demonem, ipsum arctando, vt dicat, vtum sint multi, vel pauci; quod sit nomen eius, & locorum; qua de causa sint ingressi; qua hora,

Cauet Exorcista a curiosis interrogationibus.

Quae ab Exorcistis interroganda sunt.

per quam personam fiat expellendis; per quem Sanctum, qui fiat sui inimici in celo, & qui in inferno; quibus verbis magis crucientur: si sint aliquo pacto, vel maleficio ibi ligati: quomodo illud maleficio possit destrui: quis sit eorum princeps in illo corpore: si talis persona sit vere vexata, & familia: cum ista non solum non pertineant ad amicitiam, sed ad eorum expulsionem. Deinde in virtute Dei precipere poterit Luciferi, & omnibus potestatibus infernalibus, ut demones contumaces, & nobis inobedientes excrucient in inferno, & spiritui principali in corpore obsessio, quod secum educat totam societatem suam: quia etiam in nocendo hominibus omnes sint concordantes, tamen inter se habent inimicitias, & pugnas: propter quod vnus interdum ad imperium nostrum alium libenter castigat.

Præcipienda demones obsecratis.

Habent demones inter se inimicitiam.

*De quibusdam ab Exorcistis in coniuratione tam publica, quam secreta precauendis.*

CAP. V.

**C**ogere debet Exorcista demones Exorcismis, vel præceptis, ut ad honorem Dei, & proximorum adificationem cõfiteantur aliquam fidei veritatem, & quod in virtute illius veritatis Deo omnipotenti exhibeant reuerentiam: puta stendendo genua, & cum inclinatione capitis ter percutiant terram, adorando sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Aduertat etiam Exorcista, ne deserat aliquod præceptum à se factum diabolo, etiam si viderit ipsum longo tempore contemnere, & irridere: sed conetur per illud à demone obedientiam extorquere: quia si illud derelinquat, diabolus reputat se victoriam obtinisse contra ministrum, & cum maxima difficultate postea cogitur ad obedientiam. Sit etiam cautus in applicando res sensibiles demoniaco, ut sunt reliquie sanctorum, lignum Crucis, & similia, nõ solum propter se, sed etiam propter assistentes, solum præbendo illis tantam fidem, quantum sibi conuenit: quia demones, cum sint astutissimi, aliquando fingunt se timere talia, quæ in veritate aliquando non sunt veræ reliquie, ut postea imminuant fidem sacramentorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: circa quod expectus sum miranda.

Modus applicandi res sensibiles.

*De perseverantia, & patientia ab Exorcistis habenda, & causa, quare demones quandoq; non recedant.*

CAP. VI.

Maximam patientiam debet habere Exorcista.

**D**ebet Exorcista habere maximam patientiam, & perseverantiam in ipsa coniuratione, ne scilicet desperetur de

de victoria, si viderit demones diu permanere in sua obstinatione. Pro cuius declaratione sciendum est, quod præcepta Sacerdotis ad diabolum, ut discedat, sunt præcepta Dei: quia ex Dei persona sunt prolata, quibus diabolus statim, ac subito crederet, si vti vellet Deus sua omnipotenti virtute, quod non semper facit, sed plerunque finit illum in sua voluntate, an obedire velit, neque: sicut & homines, quibus Deus aliqua præcepit: quia Deus regulariter omnia mouet secundum modum suum, rationalia scilicet, cum libertate. Sed tamen sicut hominibus adhibet stimulos, ut velint obedire, per prædicatores, aduersitates, & huiusmodi: ita etiam malignis spiritibus adhibet stimulos vrgentes ad suam obedientiam, qui sunt Exorcismi, quibus demones ita spiritualiter cruciantur, sicut homines verberibus corporalibus. Et similiter conferunt verba irrita ad liberationem obsessi, ut diximus supra cap. 3. Vnde ad expellendam quidam sunt quibusdam duriores: quia sunt ad sustinenda opprobria, & verba diuina contemnenda fortiores. Si tamen finaliter non cedunt, vim coactiuam Deus adhibet, quãdo iudicat opportunum. Immo ipse Deus noster, qui Sacerdotibus, & fidelibus potestatem dedit demones adiuuandi, interdum eos à nostra eximit obedientia, ex occulta causa: sicut aliquando non vult, quod adiurati nomen suum manifestent: propterea quod non bene sonet: vel quod respondeant ad interrogata, quia non expedit.

Stimuli quibus demones cruciantur.

*De Eucharistia præbenda Energumenis, contra communem opinionem vulgi.*

CAP. VII.

**D**ebet Exorcista hortari obsessum, ut sæpè accipiat sacramentum Eucharistiæ, contra communem sententiam, & opinionem vulgi asserentis vexatos à demonibus, & maleficiatos non posse liberari, si communiceant, existente super eos demone. Quæ opinio quantum distet à veritate, patet per Cassianum collatione vij. cap. xxx. qui faciens huic nostro proposito, dicit: Communionem sacrosanctam nequitie spiritibus traditam à senioribus nostris nunquam meminimus interdictam: quinimò etiam, si possibile esset, eis quotidie impartiri eam debere censebatur, quæ ad purgationem, tutelamq; corporis, & animæ pertinere credenda est: & quæ ab homine percepta, eum, qui in membris eius insidet, spiritum, seu in ipsis latitare conatur, quodam exurente fugat

Eucharistia tradenda est Energumenis. Testimonium Cassiani circa communionem.

Abies  
Androm-  
cus à da-  
monio li-  
beratus.

incendio. Hoc namque modo curatum Abbatem Androm-  
cum nuper aperimus: insolentibus offendit, cum eum à celesti  
medicina viderit segregatum: tanto enim durius, & frequen-  
tius attentabit affligere, quando eum à spiritali remedio sen-  
fecit longius abdicatum. Et si obiciatur, quòd ille, qui vult  
accipere communionem sacratissimi Corporis, & Sanguinis  
Domini nostri Iesu Christi, debet seipsum probare, ut dignè  
ex illo Pane, & Calice manducet, & bibat, quod non possunt  
facere obfessi, cum careant usu rationis. Huic obiectioni res-  
pondet diuus Thomas iij. parte, questione lxxx. dicens: Ali-  
qui dicuntur nò habere vsum rationis de pliciter: Vno modo,  
quia debilem habent vsum rationis: sicut dicitur non videns,  
qui malè videt. Tales enim, quia possunt aliquam deuotionem  
concipere huius Sacramenti, non est eis hoc Sacramentum  
denegandum. Alio modo dicuntur aliqui nò habere vsum ra-  
tionis: quia sic à natiuitate permanerunt: & sic talibus non est  
hoc Sacramentum tribuendum, cum in eis nullo modo pra-  
cesserit huius Sacramenti deuotio. Aut non semper caruerunt  
usu rationis: & tunc si prius, quando erant sanæ mentis sompo-  
res, apparuit in eis huius Sacramenti deuotio, debet eis hoc  
Sacramentum dari, nisi timeatur periculum vomitus. Quòd  
& si ibi loquatur de infirmis, tamen in sua iij. distinct. ix. dicit  
communione non esse denegandam demoniacis, nisi cer-  
tum sit pro aliquo crimine à diabolo torqueri. Ex quibus pa-  
cet, quòd si qui possidentur à demone propter sua crimina, dū-  
modo habeant lucida interualla, & vsum rationis, & postea  
conterantur de peccatis suis, & debite confiteantur, tales cum  
sint absoluti coram Deo, nullatenus sunt à cōmunionem diui-  
nissimi Sacramenti Eucharistiæ sequestrandi. Debet etiã Exor-  
cista exorcizare, & benedicere omnia illa, quæ ad vsum male-  
ficiati, vel demoniaci applicanda sunt; cuiusmodi sunt cibaria,  
poragia, vnctiōnes, & similia: & etiam illa, quæ conferunt ad  
coniurationem demonum existentium in corpore humano.  
Deinde faciat diligētem inquisitionem per singulos angulos,  
& in lectisteriis, culcitrīs, sub limine ostij, & per omnia loca  
domus, si forte instrumēta malefici possent inueniri, & inuēta  
statim ad ignem proicienda sunt. Expediret etiam cuncta re-  
nouari in lectisteriis, & indumentis: habitationem quoque, &  
domum mutare: quia sæpe hoc confert ad liberationē obfessi.

De expositione quorundam nominum Hebraicorum,  
& Græcorum Dei, quæ sę vsum in  
Exorcismis ponuntur.

Habere  
vsum ra-  
tionis qui-  
dem obfessi  
debent.

Commu-  
nio nò est  
deneganda  
Energu-  
mentis.

Benedic-  
ta sunt res  
applicandæ  
Energu-  
mentis.

## CAP. VIII.

Cauendum est, ne Exorcista vtriusque aliquibus nominibus  
ignotis: cum secundum D. Chrysostomum illa semper  
sint metuenda. Et quia in hac nostra Exorcismorum colle-  
ctione multa sunt nomina, quæ passim ignota sunt, & tamen  
sunt nomina Dei sanctissima: ideo ne eorum animus relin-  
quatur perplexus, decreui hic inserere declarationem illo-  
rum, ut vnusquisque Exorcista securè, & sine dubio, cum sibi  
placuerit, possit vti illis coniurationibus. Sciendum est ergo  
(secundum D. Hieronymum in epistola ad Marcellam tomo  
iij. Epistolarum,) quod primum nomen Dei est El, quod se-  
ptuaginta interpretantur Deum fortem. Secundum, & tertium  
est Eloym, & Eloa, quod & ipsum Deus dicitur. Quartum est  
Sabaoth, quod septuaginta vertunt, Aquila exercituum tran-  
stulerunt. Quintum est Elion, quod nos excelsum dicimus.  
Sextum est Elereheie, quod in Exodo legitur, qui est, misere-  
re. Septimum est Adonay, quod nos Dominum generaliter  
appellamus. Octauum est Ya, quod in Deo tantum ponitur, &  
in Allehuya extrema quoque syllaba sonat. Nonum est Tetra-  
grammaton, quod Hebraei Iehoua, id est ineffabilem putave-  
runt. Decimum est Saday, quod apud Hebræos pro Deo caeli  
est positum: secundum translationem Aquilæ: nos autem ro-  
bustum, & sufficientem de omnia operanda possumus acci-  
pere. Hæc Diuus Hieronymus, vbi supra. Sunt præter hæc, &  
alia quàmplura nomina Dei ignota ibi posita, quæ ab aliqui-  
bus reiciuntur tanquam superstitiosa, & damnata, quæ tamen  
si bene ponderarentur ab illis, non ignorarentur esse nomina  
sancta, cuiusmodi sunt ista, Aglos, Orheos, Ichyros Achana-  
cos, de quibus dicit Paulus Ghirlandus, tractatu de Soritiegis,  
quod sæpius illa abstulit è manibus Maleficorum: & dicit illa  
tantum significare, quantum Deus Acharon, Deus immorta-  
lis. Et clarum est (inquit ipse) quòd hoc nomen Acharon est  
nomen Satanae, siue Belzebub. Quæ expositio quantum distet  
à veritate, patere potest per hoc, quòd Ecclesia sancta Catho-  
lica, & Romana in Parateue, siue in die Veneris Sancti venit  
illis ad impetrandum apud Deum veniam pro peccatis totius  
mundi: quæ si essent verba vara, & superstitiosa, non solum  
non vteretur illis: sed etiam ab illa damnarentur. Miror ergo  
tam probum, & prudentem, ac doctum virum hanc rem mi-  
nimè animaduertisse, cum illa pateant oculis omnium, & ma-  
ximè fidelium. Sunt deinde ibi aliqua alia nomina non om-  
nibus nota, sparsim posita, ut Sother, quod est nomen Gra-  
ecum, & tantum sonat, quantum apud nos Saluator, & apud  
Hebræos

Cauendum  
est à no-  
minibus  
ignotis.

Nomina  
sancta à  
Diuo Hie-  
ronymo  
exposita.

Nomina  
Dei, quæ  
gratis re-  
prehē-  
duntur.

Error  
Pauli  
Ghirlandi  
circa no-  
mina Dei.

Sother, &  
Iehoua de-  
clarantur.

Hebræos, Iehoua, quod est nomen apud eos ineffabile. Iehoua, est nomen magnum Dei, cuius interpretationem poteris videre in operibus Galatini aduersus Hebræos. Et in libro vulgari R.P.F. Archangeli Putei, quem edidit de nomine Iesv. Agla, est nomen Hebraicum, & ponitur inter nomina magna Dei, & tantum sonat apud Hebræos, quantum apud nos. tu es Deus potens in æternum, secundum ipsummet Galatiu libro secundo, quæ edidit de diuinis nominibus aduersus Hebræos. Homoulio est nomen Græcum, & tantum sonat quantum consubstantialis, quod attribuitur Christo, qui, est consubstantialis Patri, & Spiritui Sancto. Eleye est nomen Hebraicum, & significat simplicissimam essenciam diuinitatis Dei, secundum ipsummet R.P.F. Archangelum Puteum.

Agla, & eius expositio.

Homoulio exponitur.

De expositione quorundam nominum Latinorum Dei, quæ ab Auctore sparsim in Exorcismis ponuntur.

CAP. IX.

Satis facit Auctor de filio quorundam.

Q Via in Exorcismis Flagelli, sunt quædam nomina Dei, diuersis in locis spatim posita, extracta ex sacra Scriptura, vel ex Sanctis Doctoribus; quorum loca ab aliquibus assignari effectabantur, idè vt vnusquisque Exorcista per seipsum de illis rationem reddere possit: vnique nomini proprium locum assignauit, vt etiam illis, cum sibi libuerit, vti securè possit. Alpha, Omega, Primus, Nouissimus, Principium, Finis. Habentur in Apocal. cap. primo. Ego sum Alpha, & Omega, Primus, & Nouissimus, Principium, & Finis. Messias, Christus. Ioan. 4. Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, Iesvs. Luc. 2. Vocatum est nomen eius I E S V S, Rex. Io. 18. Tu dicis quia Rex sum ego. Et Ecclesia sapissime hoc nomine, Rex, vtitur, vt Rex Christe clementissime, Rex atque factor temporum, Rex sempiternæ Domine. Tu Rex ille fortissimus, Æternæ Rex altissime, Rex gloriose martyrum, Emmanuel, Legifer. Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel: & Ecclesia in septima maiori Antiphona. O Emmanuel Rex, & Legifer noster, de Christo canit. Lux. Ioann. 8. Ego sum lux mundi. Pater. Matth. 6. Cum oraueritis, dicite: Pater noster. Magister, Domiaus. Io. 13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Principium. Io. 8. Principium qui & loquor vobis. Imago. Paulus ad Col. 1. Qui est imago Dei inuisibilis. Ostium. Io. 10. Ego sum Ostium, Via, Veritas, Vita, Io. 14.

Rex: hoc nomine Ecclesiæ vtitur.

Domiaus & magister adnotantur in Scripturis.

Ego

Ego sum via, veritas, & vita. Propheta. Luc. 7. Propheta magnus surrexit in nobis. Petra. 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Vitis. Io. 15. Ego sum vitis vera. Clavis. Esa. 22. Apoc. 3. & Ecclesia in quarta maiori Antiphona sic Christum vocat. Virtus. Luc. 1. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Primogenitus. Luc. 2. Peperit filium suum p. imogenitum. Agnus. Esa. 26. Emitte agnum domine, dominatorem terra. Idem 53. Quasi agnus coram ton. lente. Hier. 1. & 51. Quasi agnus manluctus ad victimam. Ovis Esa. 53. Sicut ovis ad occisionem ductus. Sponsus. Psal. 18. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Creator. Gen. In princ. pio creauit Deus cœlum, & terram. Ecclesia. Creator omnium Deus. Veni creator spiritus. Rerum creator optime. Lucis creator optime. Redemptor, Ecclesia pluries. Christe Redemptor omnium canit. Pastor. Io. 12. Ego sum pastor bonus. Præceptor. Luc. 6. Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus, Splendor. Substantia Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Ecclesia. Tu lumen, tu splendor Patris. Tibi Christe splendor Patris. Iudex. 2. Timoth. 4. Reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Sapientia. Prouerb. 6. Sapiens factus est nobis sapientia. Et Ecclesia in prima maiori Antiphona. O sapientia, quæ ex ore altissimi prodisti, de Christo canit. Sol, Malachia: 4. Timentibus nomen ortus est Sol iustitiæ. Et Ecclesia ad beatam virginem Mariam loquens, dicit: Ex te enim ortus est sol iustitiæ. Stella matutina. Apoc. 22. Ego sum radix Dauid, & Stella splendida, & matutina. Flos, Esa 11. Et flos de radice eius ascendet. Sacerdos, Eccles. Sacerdos in æternum Christus dominus. Pontifex, Hebr. 4. Pontifex appellatus à Deo iuxta ordinem Melchisedech. Caritas, 1. Ioan. 4. Deus caritas est. Eccle. Fons viuus, ignis, caritas. Vnigenitus, 1. Ioan. 1. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Paraclitus, Io. 15. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater. Eccl. Qui Paraclitus diceris. Mediator. 1. Timoth. 2. Vnus mediator hominû, homo Christus Iesus. Deus, Æternus, Omnipotens, Ecclesia sapissime his nominibus vtitur. Virtus. 1. Corint. 1. Nos autem prædicamus Christum Dei virtutem: & ibidem. His autem, qui salui sunt, id est, nobis, Dei virtus est. Panis. Ioan. 6. Ego sum panis viuus. Salus, Ecclesia. Mundi salus adueneris. Leo. Apoc. 5. Vicit Leo de tribu Iuda: Lumen ad reuelationem gentium. Os. Esa. 25. Os enim domini locutum est. Verbum. Io. 1. In principio erat verbum: Et verbum caro factum est. Sanctus. Esaia 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus exercituum. Omnipotens. Apoc. 4. Sanctus Dominus

Agnus: & ovis exprimentur.

Splendor declaratur.

Sol: vnde vocetur Christus.

Sanctus in scriptura inuenitur.

Dominus Deus omnipotens, Misericors Exod. 34. Dominator domine Deus misericors. Esa. 58. Quia misericors sum Dominus Deus tuus. Ionæ 4. Quia tu Deus clemens, & misericors es. Iacobi 5. Finem Domini vidistis, quod misericors dominus est. Immortalis. 1. Tim. 1. Regi saculorum immortalis. Ecclesia. Sanctus fortis, & immortalis. Rex pacificus, Ecclesia. Rex pacificus magnificatus est. Oriens, Ecclesia. In quinta Antiph. maiori, sic vocat Christum, dicens: O Oriens splendor lucis aeternæ, & Sol iustitiæ. Bonitas, Ecclesia. Christe lux vera, bonitas, & vita. Summum bonum. Magister Sententiarum lib. 2. distinctione prima. Fecit Deus rationalem creaturam, ut summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, & possidendo frueretur. Spes. Iob. 5. Quam obrem deprecabor Dominum, & infra, & erit ego spes Psal. 13. Quoniam dominus spes eius est. Et Psal. 90. & 141. Tu domine spes mea es. Honor, Ecclesia in officio Trinitatis: Spes nostra, honor noster, ô beata Trinitas. Spiritus. Ioan. 4. Deus spiritus est. Dux, Ecclesia, in secunda Antiphona maiori canit de Christo. O Adonay, & dux domus Istaël. Gloria Exod. 16. Ecce gloria domini apparuit in nube, & Psal. 3. Tu autem Domine susceptor meus, & gloria mea. Mons, Ecclesia. Ad montem, qui Christus est, peruenite valeamus.

Summum bonum, dicitur Deus.

*De expositione quorundam nominum beate Virginis Mariae, quae in Exorcismis Flagelli sparsim posita sunt.*

C A P. X.

**Q**uia à multis desiderabatur, ut cuiusque nomini beatæ virginis Mariæ assignaretur locus Scripturæ, vel Sanctorum, vnde infra scripta nomina excerpta fuere, idem prædicta loca hic inferere decreui, ut Exorcistæ cautiores reddantur. Primum ergo nomen hic positum est, Virgo, Esaia 7. Ecce virgo concipiet. Ecclesia. Maria virgo assumpta est, & ô Clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria. Maria. Luc. 1. Ave Maria gratia plena. Marc. 1. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Luc. 2. Maria conseruabat omnia verba. Et sæpius in quatuor Euangelis sic appellatur, Mater Domini nostri Iesu Christi. Regina Ecclesie. Regina cœli latere. Ave regina cœlorum. Gloriosa Domina Ecclesie. O gloriosa domina. Aurora. Cant. 6. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consergens. Ancilla. Luc. 1. Ecce ancilla Domini. Ortus,

Virgo, Maria sæpe nominatur.

Aurora. Maria in scripturis nomina vit.

Fons.

Fons. Cant. 4. Ortus conclusus, fons signatus. Puteus. Ibidem. Puteus aquarum viuentium. Luna, Sol. Cantic. 6. Pulchra vt Luna, electa vt Sol. Porta, Ezechiel. 44. Porta hæc clausa erit peccato. Ecclesia. Felix cœli porta. Beata. Luc. 1. Et beata, quæ credidisti. Ecclesia. Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi. Pia. Ecclesia. O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria. Rubus, Ecclesia. Rubum, quem viderat Moyses incombustum. Ianua, Ecclesia. Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida. Stella. Ecclesia. Ave maris stella. Turtis. Cant. 7. Collum tuum sicut turtis eburnea. Pulchra. Cant. 6. Pulchra es amica mea. Ecclesia. Pulchra es, & decora. Amica. Formosa. Cant. 6. Veni, propera amica mea, formosa mea. Speciosa. Ecclesia. Speciosa facta es, & suavis. Vellus. Diuus Bernardus Sermone 8. Assumptionis beatæ virginis Mariæ: Maria (inquit) nempe vellus est medium inter Christum, & Ecclesiam. Mater. Ecclesia. Beata mater, & intacta virgo gloria; & Maria mater gratiæ. Alma. Ecclesia. Alma redemptoris mater. Flos. Cant. 2. Ego flos campi. Theotocos. Sic à Diuo Damasceno lib. 3. cap. 12. Orthodoxæ fidei, appellatur beata virgo Maria, contra temeritatem impij Nestorij, qui ausus fuit negare, illam fuisse matrê Dei. Tabernaculum. Sic Ioannes Gerison, tractatu 8. super Canticum Mariæ, ipsam appellat, cò quod Christus in ea habitauit. Arca. Ita beata virgo Maria à Diuo Ioâne Damasceno appellatur, Sermone primo infra octauam Assumptionis eiusdem beatæ virginis Mariæ. Idem dicit in Sermone quarti diei Thalamus. Ecclesia in festo Purificationis Mariæ. Adorna thalamum tuum, de ipsa canit. Aula. Beatus Fulgentius sic appellat beatæ virginis Mariæ vterum, in Sermone S. Stephani prothomartyris. Nubes. Esaia 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluat iustum; & Ezechielis 32. Solè nube tegam. Sic enim appellatur beata virgo Maria à Bernardino de Bullis in suo Mariali, parte 9. principali, Sermone 3. parte 5. eiusdem Sermonis sub litera D. Margarita. A supradicto Doctore sic interpretatur mater Christi Maria lib. prædicto, parte 3. principali, Serm. 1. parte 1. eiusdem sermonis, sub litera B. Scala. Ita à Diuo Damasceno appellatur beata virgo Maria in quodam Sermone super illud Gene. 28. Vidit Iacob scalam: his verbis. Intellectualis scala est virgo Maria. Et D. Bernardus idem his verbis asserit. Facta est (inquit) Mariæ humilitas scala cœlestis, per quam Deus ad terram descendit; & alibi: O virgo scala sublimis, quam in sublimem verticem sanctam erigis, vsque ad sedentem in throno, vsque ad Dominum maiestatis, cui profectò scala Dominus iniuxa est.

Ianua, & Stella, Maria dicitur.

Vellus, vocatur beata virgo Maria.

Tabernaculum quare vocetur beata Maria.

Aula, dicitur Maria domina nostra.

Scala, est appellata sancta Maria.



Domus  
quare ap-  
pellatur  
Genetrix  
Dei.

est. Hæc ex Busto libro supradicto, parte 9. principali, Sermo-  
ne 2. parte 2. eiusdem Sermonis, sub litera D. Domus. Appel-  
latur sic beata virgo Maria à S. Ecclesia in officio Conceptionis  
eius: in cuius ædificatione, ad instar ædificationis Templi,  
nullum ferreum peccati instrumentum auditum fuit, cum ab  
omni peccati labe immunis existerit. Imperatrix. Sic enim. S.  
Ecclesia in Officio Conceptionis eiusdè in persona beatæ Vir-  
ginis Mariæ loquens, eam appellare videtur, dum canit: Girum  
cæli circumi, & profundum penetravi, in omni populo, & in  
omni gente primatum tenui: superborum & sublimium colla  
calcaui. De cuius dominio vide prædictum Bustum in Maria-  
li, parte 3. principali, Sermone 2. parte 3. eiusdem Sermonis, de  
hac excellentia beatæ Virginis Mariæ pulchrè tractantem.

*An Exorcista vii possint schedulis: & de regulis, quibus  
hoc licitè fieri possit.*

### CAP. XI.

Schedulis  
vi possunt  
Exorcista.

**P**Oterit Exorcista vii aliquibus schedulis continentibus  
aliqua nomina & verba sancta, & illa applicate energu-  
menis ad tollendam vexationem. Pro cuius declaratione est  
notandum, quod quinque dantur regulæ ad cognoscendum si  
breuia sint licita, vel superstitiosa. Prima regula est quod  
gloria Dei sit finis principalis, quem in omnibus querere de-  
bemus: vt scilicet attendatur an opus sit ad gloriam Dei, &  
homo in illo opere Deo det principaliter gloriam: per ipsam  
que opus mens hominis Deo subiciatur, secundum illud. 1.  
Corint. 10. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliquid aliud fa-  
citis, omnia ad Dei gloriam facite. Secunda est, vt videatur  
an opus, quod fit, quod scilicet pertinet ad aliquam abstin-  
entiam corporalem, vel ad corporis exercitium, vtrum sit refræ-  
narium cõcupiscentiæ modo virtuti debito, secundum ritum  
Ecclesiæ, vel secundum moralem doctrinam, secundum Apo-  
stolum ad Romanos. 12. Rationabile sit obsequium vestrum.  
Tertia, vt videatur, an opus sit secundum statum vniuersalis  
Ecclesiæ, vel secundum Scripturæ sacræ testimonium, vel sal-  
tem secundum particularis Ecclesiæ ritum, aut de consuetu-  
dine generali. quæ secundum Augustinum pro lege hab-  
enda est. De qua scribit B. Gregorius, Augustino Anglorum  
Episcopo, dicens: Sunt diuersæ Ecclesiæ consuetudines in  
Missarum celebratione; mihi (inquit) placet, vt siue in Ro-  
mana, siue in Gallica, siue in quacunque Ecclesia ali-

Consuetu-  
dines Ec-  
clesiæ ser-  
uari debet.

quid

quid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, so-  
licitè eligas. Et D. Thomas dicit: Ecclesiæ consuetudines in  
cultu diuino, in nullo veritati diuinæ repugnant. Quarta, vt  
inspiciatur in opus adhibitum, vel exercitum ad effectum,  
qui expectatur, habeat naturalem proprietatem, vel non; de  
quo Physici, Medici, & Astrologi, in quantum tales multa iu-  
dicare possunt, & etiam Theologi. Quinta est, vt considere-  
tur si opus est meritorium, vel non; si res, quæ sit, præbeat  
occasionem alicuius scandali, vel an sit causa ruinæ proximi;  
quia tunc licet non esset superstitiosum, tamen propter scan-  
dalum esset dimittendum, vel differendum, vel occultè, &  
sine scandalo faciendum. Quicquid ergo vni ex præmissis  
est contrarium, timendum est, vt superstitiosum, vel pec-  
catum. Propter primam regulam illicitum est in nouo Te-  
stamento exercere ceremonialia, vel iudicialia veteris Te-  
stamenti, nisi de nouo instituta essent ab Ecclesia Catholica,  
& Romana. Propter idem, & propter regulam secundam,  
satuè faciunt videntes non peccinare caput Sabbato; vel  
ieiunare die Dominico, tanquam meliori die, & similia, nisi  
ex aliqua deuotione (pata ad honorem beatissimæ Vir-  
ginis Mariæ) vouerent ieiunare die Sabbati. Propter ter-  
tiam, superstitiosè agunt, qui in ritibus alicuius Ecclesiæ  
particularis, vt in processionibus, & huiusmodi, non con-  
formant se communitati; nisi aliunde excusentur. Propter  
quartam, superstitiosè agunt, qui vtuntur characteribus,  
vel nominibus ignotis, vel suspectis, vel alligationum  
modis, nihil cooperantibus naturaliter effectui, qui expe-  
ctatur; quia præfata de se naturaliter nullius actiuitatis  
sunt, cum sint artificialia solum. Idem dicendum est de  
imaginibus per Astronomos factis, & annulis, ac lapidibus  
suis artificialibus. Similiter qui credunt, quod cæli, vel stel-  
larum influentiæ aliquem necessitent ad aliquod vitium.  
Propter quintam, si res scandalosa esset notabiliter, etiam be-  
nedictiones aliquæ, quæ à secularibus per verba deuota fiunt  
sine malis ritibus super infirmos, non essent publicè facien-  
dæ, ne detur occasio scandali. Qui ergo infirmos exorciza-  
re licitè capit, vltra supradictas regulas, septem alias condi-  
tionales obseruare debet, positas à D. Thoma secunda secun-  
dæ, quæst. xcvi. quibus extantibus, benedictio licita erit: quæ  
si modo adinuatorio fiat per virtutem Diuini nominis, aut  
sanguinis Christi, aut alterius rei sacræ, dicentur eiusmodi  
verba liciti Exorcismi; & qui ista exercent, Exorcista dici  
possunt liciti. Prima ergo conditio est, vt videatur, ne verba

Naturalis  
proprietas  
necessaria  
in operi-  
bus bonis.

Scandalum  
evitan-  
dum est in  
bonis ope-  
ribus no-  
stris.

Characte-  
res varia-  
que obser-  
uationes  
fugiendæ.

Quædam  
benedi-  
ctiones  
propter  
scandalum  
evitandæ.  
Benedi-  
ctio licita  
qualis esse  
debet.

B

aliquid

Nomina  
ignota sũt  
inuetũda.

aliquid contineant, quod pertineat ad inuocationem dæmonum expressam, vel tacitam. Secunda vero conditio est, ne Exorcismi ignota nomina complectantur; talia enim secundum Chryostomum metueda sunt, ne ibi aliquid superstitionis lateat. Tertia, ne materia verborum quicquam falsitatis contineat; sic enim effectus expectari à Deo nequiter, cum ipse non possit esse testis alicuius falsitatis: in quo delinquit sæpè quædam vetula, suis carminibus fatua, nedam falsa complectentes. Quarta, ne ibi adducantur vana, & Characteres inscripti præter signum Crucis. Quinta, ne spes in modo scribendi, vel quavis eiusmodi vanitate nihil ad rem, aut diuinam reuerentiam faciente ponatur; alias omnino totum superstitiosum iudicatur. Sexta, vt in citatione, & prolatione Diuinorum verborum, aut Scripturæ sacræ, respectus solum habeatur ad ipsa sacra verba, & eorum intellectum; habeatur & reuerentia ad Dei virtutem, à qua quis effectum præstolatur, vel ad sanctorum reliquias, à quibus secundario aliquid expectatur, licet à Deo principaliter. Septima, vt effectus expectatus diuinæ voluntati, ac beneplacito Dei relinquatur: qui scit, quid plus, & quid minus postulanti concedendum sit. His igitur conditionibus obseruatis, licitum est exorcizare infirmos Energumenos, & appendere brenia ad collum eorum, vel illa secum deferre.

Operam  
nostrorum  
effectus  
relinquen-  
das est di-  
uine volũ-  
tati.

*De astutijs dæmonum præcognoscendis, reme-  
disque apponendis.*

CAP. XII.

Exorcista debet insistere circa astutias dæmonum existentium in corporibus obsessis, cognoscendas, & præcauendas: quæ etsi sint quasi infinitæ, tamen aliquas hic enarrabo. Aduertendum est ergo, quod communiter, vt in pluribus, quantum potest diabolus, querit latere, & se à loquendo, vel tremendo continere, ne scilicet deprehendatur ibi adesse, vel vt videatur fortis, & impavidus stare ante Sacerdotem, & consequenter Sacerdos minus speret victoriam contra illum. Si verò cogitur virtute Diuinorum verborum tremere, cauet, ne loquatur interiùs ad mentem obsessi. Quòd si interiùs loqui cogitur, cauet, ne ipse per os loquatur obsessi. Et ideo Sacerdos obsessum moneat, vt sibi dicat quicquid interiùs dixerit hostis; hostem verò frequenter adiuret, vt ad interrogata respondeat. Vbi verò & exteriùs fuerit loqui

Latere  
querunt  
dæmones  
in corpo-  
ribus ob-  
sessis.

Mentem  
obsessi  
dæmones  
auertere  
querunt.

coactus,

coactus, querit, quantum potest, auertere mentem obsessi à verbis, quæ leguntur, & similiter mentem suam: querit quoque attentionem, & deuotionem Sacerdotis perturbare, vel per verba leuia, vel per gemitus, vel per clamores, vel incitando astantes ad nugas, & similia. Et ideo Sacerdos, cognita malicia, conetur ad oppositum, & superimperet hosti in virtute Dei, vt desistat ab hoc, vel ab illo, &c. Nonnunquam etiam, cum mulier, quæ exorcizatur, fuerit maximè iuuenecula, fingit se ægrè ferre, quòd Sacerdos tangat vultum eius; ad hoc, vt vehementiùs tangat, & inde malicia ingerat voluptuosa phantasmata, & eadem ratione fingit se ægrè ferre, quòd Sacerdos loquendo, nimis approximet ori, vt vultum vultui magis approximet. Et ideo sit Sacerdos & oculis, & manibus, & omnibus motibus pudicus, & cautus, non solum propter se, verum etiam & propter obsessam: & tanto magis, quanto minus cognoscit eius cogitatus. Nonnunquam etiam requisitus de nomine principali, dicit nomen suum: nomina verò aliorum sociorum dicit se dicere non posse; quia Deus non vult, quia sunt nomina turpia; quod licet interdum sit verum, frequenter tamen est falsum. Et ideo conetur Sacerdos habere veritatem per præceptum. Quòd si nequit, iubeat principalem dare locum, & ad loquendum vocet alium, iubens vt suum nomen pandat; & ne hoc facere timeat superioris timore: præcipiat superiori, ne in hoc eum prohibeat. Quòd si nec sic potest habere veritatem, tunc ipse Sacerdos imponat aliis spiritibus nomina irrita; puta dicendo; primus post principalem vocetur fachinus, secundus pistox; tertius cocus Acherontis, & huiusmodi. Solent etiam quando iam in Sacerdotem prauallere nequeunt, aduocare in auxilium complices suos; siue quia ad eorum præsentiam vigorantur, sicut homo ad præsentiam amici; siue quia alio modo occultò adiuuantur. Contra hoc autem Sacerdos curet scire, quos in celo, vel in inferno habeat magis inimicos, & sanctos quidem inuocare sapiùs; dæmones autem inimicos coniurare contra eum; amicos verò præcepto prohibere, ne succurrant. Solent etiam libenter subtrahere se ab ore obsessi, in quo loquebantur & abscondere in corde, vel aliis partibus sub collo; sed Sacerdos, quantum potest, curet spiritum superiùs retinere; ad quòd faciendum maximè valent ista verba. Ecce crucem Domini, fugite partes aduersæ; cum signo crucis super frontem, vel caput obsessi; & ille Psalmus: Vsq̃quo Domine, obliuisceris me in finem: & similiter præceptum factum, vt

Astutijs  
dæmonum  
ab Exorci-  
stis cauenda.

Cautus sit  
Exorcista  
in verba-  
tis dia-  
boli.

Doctrina  
notabilis  
pro Exor-  
cistis.

Diligentia  
obseruan-  
da contra  
dæmones.

Diversis  
verbis sa-  
cris affli-  
guntur de-  
mones.

super aliquo respondeat: vnde per ista, etiam intermisso Exorcismo, est reuocandus ad superiora. Diversi tamen daemones diuersis verbis sacris magis affliguntur, & redduntur promptiores ad obediendum. Solent etiam exituri, aliqui eorum remanere, vt quasi tenentes possessionem, iterum reintroducant expulsos. Sit itaque Exorcista cautus, precipiendo eis, vt secum ducant totam societatem suam damnatam. Postquam verò exiuerunt, (secundum quod Saluator dicit) querunt denuò intrare, & mirabiliter tentant liberatum, etiam de minimis, maxime circa bonitatem; quia interdum etiam pro venialibus regrediuntur. Et idè persona liberata vigelet in silentio, & orationibus per multos menses, & frequentissime communièet, saltem omni festo; & si est persona in matrimonio, inducat sociam ad continentiam, quantum potest, per aliquod tempus: quòd si non potest, saltem ipsa non sit in causa libidinis, alioquin suum liberatorem denuò faciet fatigari. Solent etiam postquam sunt egressi, persuadere, quantum possunt, quòd persona liberata, nunquam fuerit obfessa, vt scilicet sit Deo ingrata, vt reintegrediantur. Solent etiam egressi, quantum possunt, persuadere, ne credantur egressi, eadem ratione qua prius: & hoc per aliquos effectus, quos relinquat, aut faciunt in corpore. Sed contra hoc, Sacerdos lecturus Exorcismos, precipiat eis in virtute Dei, ne ostendant se esse obfessores, si non sunt, & liberatum moneat, quantum potest, ad credendum se liberatum, & Deo gratias reddendas. In coniuratione autem, vbi senserit serpentem sub manu sacrata contremiscere, mandet obfesso, vt quæcumque spiritus sibi dixerit, innotescat. Et vbi spiritus ceperit loqui in obfesso, incipiat illum interdum adiurare, de supradictis interrogando, vt videbitur ei quarendo de nomine, & sociis, & multo magis vbi loqui ceperit per os obfessi, etiam interdum intermissa lectione. Statim enim, vt se spiritus aliquis manifestauerit, debet illi adiurando inquirere quid sit, & de sociis eius, & de causa ingressus, ac tempore, & quis eum debet expellere, & qui sunt sui inimici in celo, & qui in abyssu, & nomina eius, & sociorumque habere poterit, scribere debet in schedulis, vt cum in obediendo fuerint pertinaces, illa comburat igne benedicto. Nam daemones sunt ista grauissima, quia sunt ei in deducens, & in recordationem gehennæ. Vbi verò dæmò fuerit ista confessus, cum sibi videbitur, faciat illi ratificare confessam. Cautus autè Sacerdos, ne sit leuis, & curiosus, aut suspensius interrogator, ne Deus subrahatur illi obedientiam daemones. Postquam autem à diabolo habuerit omnem

Pro veni-  
libus de-  
mones re-  
ingredi-  
tur corpo-  
ra huma-  
na.

Ingratua-  
dinem  
quærit  
demonis  
inmitte-  
re.

Diligentia  
in coniur-  
atione ap-  
ponenda.

Inquisitio  
fientia in  
interroga-  
tionibus.

Gravissi-  
mum est  
demoni-  
bus  
comburi  
eorum no-  
mia.

omnem confessionem expectam, semper adiuret illum, vt exeat: post singulas coniurationes, semper interrogando an velit exire. Cum verò dæmon se velle exire profitebitur, caueat Sacerdos, ne illum licentiet ad exitum, nisi facto præcepto, quòd nullum ex sociis relinquat in obfesso, & quòd de cætero non regrediatur ad illum, & super hoc exigat ab illo promissum. Nec tamen cum hoc, vel aliud præceperit, Sacerdos statim cedat, si diabolus obedire recusauerit: sed verbis, præceptis, & adiurationibus iteratis, & stimulis, & importunitate, ab eo exigat obedientiam. Super omnia verò semper conetur, vt diabolus non habeat requiem, semper eum vrgendo, vel lectione, vel præceptis: nunquam verò secum veniat ad colloquium curiosum, quia interim Sacerdos perdit spiritum, & diabolus reassumit vires.

Exorcista  
non ceda-  
ad pro-  
missum  
diaboli.

*De quibusdam alijs deceptionibus, quibus daemones vtuntur ad decipiendum Exorcistam, quæ necessario ab omnibus Exorcistis sciri debent.*

## CAP. XIII.

**S**unt quidam daemones, qui tanto odio habent verba sancta, quòd antequàm coniurentur, è corporibus obfessis discedant. Quidam verò coniurationem expectant, quam postea sustinere nequeunt. Nonnulli autem adeò maligni sunt, quòd Exorcistam per magni temporis spacium fatigari faciunt frustra, vt appareat infirmo, quòd non sit demoniacus: & vt Exorcista præ labore, & lassitudine exorcizare desinat, & inde recedat: quòd si fecerit, ipsi reputant se victoriam obtinisse, & maxime quando propter lassitudinem exorcizare dimittit. Contra hoc Exorcista sit constans, nec à fide desiciat, & sit assiduus in coniuratione, nec cessare debet, donec viderit signa liberationis. Aliqui daemones, postquam sunt detecti, abscondunt se, & corpus ab omni infestatione liberum relinquunt, ita vt infirmus putet se omnino liberum esse. Contra hoc Exorcista cautus esse debet, perseverando in coniuratione tribus, quatuor, vel sex horis continue, & plus, donec victoriam obtinuerit: quia etiam daemones plus in prima, quam in secunda vice timere videntur, tamen quotidie debilitantur: idè si in prima Energumenus non fuerit liberatus, prosequatur fecundò, & tertio, quousque ex toto liberetur. Aliqui daemones ponunt omnia impedimenta, quæ possunt, infirmo, ne se exorcizari faciat. Quidam verò persuadere conantur, quòd sint infirmos

Maligni-  
tas, vitia  
que quo-  
rundam  
demonu.

Cautus sit  
Exorcista,  
ne deci-  
piatur.

Daemones  
prouent ad  
primam  
introitam  
Exorcista.

Dormire  
faciunt  
Energu-  
menos &  
mones &  
quare.

Alia verfo-  
tia damo-  
num con-  
tra Exorci-  
stam.

mitates naturales, & quod res ista fit inuentio trufatica. Alij in medio coniuurationis infirmum dormire faciunt, ostendendo illi aliquam visionem, puta Crucifixi, seu aliorum Sanctorum, & hoc faciunt, vt mentem infirmi à lectione distrahant, ac seipfos à coniuuratione subtrahant; & vt in illo corpore latere possint, infirmum esse liberum ostendunt. Contra hoc Exorcista conetur ipsos disturbare Exorcismis, præceptis, & duris comminationibus, ne latere possint. Quidam maleficium factum infirmo ostendunt, auctorelque maleficij, necnon & modum, quo solui potest, detegunt, vt Exorcista illud soluat illicitè, & superstitiosè. Sed Exorcista in hoc, sicut & in cæteris, sit cautus, ne scilicet illud soluat alio maleficio. Nec mirari quis debet, si demon in susceptione Eucharistiæ quandoque non conturbetur: quia postquam intrauit, paulatim despicit, & cõtemnit, nec timet sanctam: imò loquitur mysteria fidei nostræ, & confitetur Diuinam maiestatem, & supponit personam vexatam, & ei loquitur in corde, atque illam pro minimo perturbari facit. Et aliqui demones, post longam vexationem alicui personæ, si non expellantur, quasi semper per os eius loquuntur, & cessant nocere ei, postea tandem deprehendantur. Hæc ex Sacerdotali, quasi ad literam.

*De his, quæ ab Exorcista scienda sunt, vt possit curare Maleficia, & Energumenos.*

### CAP. XIII.

Quæ sci-  
da sunt ab  
Exorcistis.

**C**Vret Exorcista scire omnia pertinentia ad coniuurationem; & primò, quem modum tenet diabolus intrando in humana corpora: debet cognoscere, si infirmus sit maleficiatus, necne: & scire signa, quibus aliquis cognoscitur esse demoniacus, & maleficiatus: & quæ signa apparent, quando coniuurat maleficiatum: & modum, quem tenet diabolus egrediendo de corporibus obsessis: & denique debet præcognoscere malitias, & deceptiones, quibus vruntur demones ad decipiendum Exorcistam: de quibus omnibus vltra illa, quæ dicta sunt supra, locuti sumus in nostro Fusle, c. 11. 12. & 13.

Exorciza-  
re non de-  
bet Exor-  
cista in do-  
mibus pri-  
uatis.

*De loco, & tempore, quibus Energumeni Exorcizandi sunt.*

### CAP. XV.

**E**Xorcista debet præcauere, quantum potest, ne absque graui necessitate exerceat hoc officium adiurandi demones

in

in domibus priuatis, ne detur occasio scandali, pusillis: sed debet exorcizare in Ecclesia, vel in alio loco Deo dicato, vel alicui Sancto: tum quia in domibus priuatis, vt in pluribus, adiunt mulieres, quarum consortium debet summopere ab Exorcistis vitari, ne incidant in laqueum diaboli: tum quia ibi sunt multa turpia, potius tacenda, quam hic inferenda; tum etiã quia Ecclesia propriè est locus deputatus, vbi Energumeni debent exorcizari, & demones adiurari; vt à corporibus obsessis recedant: quia ibi magis timent, & contremiscunt ad sacra Dei verba, quàm alibi, cum sit domus orationis, in qua habitat Deus, vbi melius exaudiuntur orationes, & deprecationes nostræ, quàm alibi. De tempore verò dico, quod non datur tempus determinatum: ideò cum charitas te cõgerit, poteris omni tempore exorcizare. Expedit tamen Exorcistis exorcizare summo mane post Missam: & quando dies sanctiores fuerint: vt sunt festa Natiuitatis Christi, Resurrectionis, & Ascensionis eius, festum Pentecostes, & similia: festa Beatæ Virginis Mariæ, Apostolorum, ac aliarum solemnitarum, vel vigiliarum, tanto amplius proficient. Caucas tamen, ne absque aliqua præparatione incipias exorcizare: cum demones magis timeant orationes factas à deuoto, quàm à dissoluto Exorcista, vt supra diximus, c. 1.

Tempus  
adiurandi  
demones.

*Hominem posse à spiritibus immundis vexari demonstratur: vbi ostenditur, quid sit Arreptiuus.*

### CAP. XVI.

**S**Ciendum est propter aliquos, qui consueuerunt admirari, videntes aliquos iustos homines corporaliter vexari à spiritibus immundis, non intelligentes, quibus ex causis Deus benedictus id fieri permittat: neque considerantes illa præsupposita, quibus hoc fieri potest, quæ sunt voluntas Dei permissiua, scientia, & potentia demonum: & liberi arbitrij libertas, quibus demones admiranda possunt operari: quod, demones possunt hominem inhabitare quantum ad corpus (teste quotidiana experientia) sed hoc magis pertinet ad rationem peccatorum, quàm culpæ, secundum D. Thomam. Peccatorum autem corporales huius vitæ non consequuntur culpam: sed quandoque peccatoribus non inferuntur, & inferuntur non peccatoribus, secundum altitudinem Iudiciorum Dei, vt patet de cæco nato, Jo. 9. Isti ergo sic obsessi à demonibus consueuerunt vocari Arreptiuus. Quid autem sit hominism esse arreptiuus, dico

Facta ad-  
miratio  
quorundam.

Demones  
corpora  
humana  
inhabitare  
possunt.

Arreptiuus  
esse  
quid sit

B + quod

quod nihil aliud est quam hominem (Dei permisso) sic à demone possideri, ut eius membris pro eius libito utatur interioris, & exterioris: quod eisdem quinque modis fieri potest, ut diximus in nostra Compendio, lib. 2. cap. 12. Et hoc quinque ex causis evenisse legitur in genere: quamquam ex aliis innumeris in specie esse possit, de quibus loenti sumus ibidem: ideo hic supercedemus, remittendo lectorem ad supradictum capitulum, ubi etiam videbit quare demones in obsessis corporibus, his nostris temporibus non loquantur Hebraicè, Græcè, & Latinè, & multa alia scita digna.

*Quòd aliqui obsessi inveniuntur, qui nunquam liberantur, & de causis, quibus hoc contingit.*

## CAP. XVII.

Obsessi quidam nunquam liberantur.

Pauca fidei impedit liberationem obsessi.

Peccata propria impediunt liberationem obsessi.

Infidelitas Exorcistæ impedit liberationem obsessi.

**E**ST aduertendum, quòd multi obsessi à demonibus inveniuntur, qui nunquam liberantur ab ipsis spiritibus immundis, sic Deo permittente: quod videntes aliqui homines admirantur, ne scientes rationem huius facti: ideo pro maiori declaratione est sciendum, quòd etiam hoc possit contingere sex causis in genere, est tamè una septima, supra quam suspenditur iudicium nostrum. Nam quòd aliquis non liberetur: aut hoc est propter parvitatem fidei circumstantium: aut ipsam agrotum offerentium: aut propter peccata vexationem sustinentium: aut propter accommodata remedia adhibere negligentium: aut propter aliquod Exorcistæ in fide vitium: aut propter reverentiam virtutum in alio existentium: aut propter purificationem, vel meritum patientium vexationem. Prima igitur causa est circumstantium, vel offerentium fides exigua, de qua dicebat Pater illis Ionarici, Matth. 17. & Mar. 9. Credo domine, adiuva incredulitatem meam. Et ad turbam circumstantem dicebat ibi Iesus Christus. O generatio incredula, & peruersa, quomòdo ero vobiscum? Secunda, sunt peccata sustinentis vexationem: unde ibidem Christus increpauit illum filium. Vbi dicit. Diuus Hieron. quòd ille propter sua peccata à demone fuerat oppressus. Tertia, est negligentia exhiberem remedia: unde ibi non fuerunt presentes viri perfecti: ubi Ioan. Chryl. dicit quòd columne fidei: scilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes non aderant, sicut Christi transfigurationi afferant: nec aderant ibidem oratio, & ieiunium, sine quibus minime curaret illud genus demoniorum. Quarta, est aliquod Exorcistæ in fide vitium: unde ibi Christus, discipulis querentibus, cur

spirituum

spirituum nequiuissent eicere: respondit: Propter incredulitatem vestram: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeris huic monti, transi hinc, & transibit: & nihil impossibile erit vobis: ubi dicit beatus Hilarius. Crediderunt quidem discipuli, sed nondum erant in fide perfecti. Nam cum Dominus in monte moram faceret cum aliis tribus, & illi cum turba residerent: quidam torpor eorum fidem relaxauerat. Quinta est, ut notificetur virtus in altero ab Exorcista existens: sic enim in vitis Patrum legimus, obsessos, quos beatus Antonius non curaret, aliquando Paulum eius discipulum curasse. Sexta, est purgatio corum, qui patiuntur vexationem: sepe enim abolita culpa, peccata non abolerentur ad expurganda priora delicta. Qui ergo predictis licitis remediis curari nequunt, propter impedimenta supra narrata, ad patientiam, & tolerantiam commouendi sunt in remissionem suorum peccatorum, & ne ad illicita remedia contra Dei voluntatem recurrant, ne eis deteriora contingant: sicut sepe contingere consuevit his, qui non contenti licita remedia experiri, ad illicita recurrunt.

Qui liberari non possunt, hortantur ad patientiam,

*An Dæmoniaci sint publicè, vel privatè exorcizandi: & de bonis, quæ fidelibus ex conuersione proueniunt.*

## CAP. XVIII.

**C**AUERE debet Exorcista, ne tempore conuersionis solus cum sola permaneat, tam in Ecclesia, quam etiam in loco priuato, etiam mulier, quæ exorcizatur, sic valde seuer: tum quia aliquando demones corpora humana adeo agitant, quòd nihil ad sine, qui vexatos teneant, maxima cum difficultate possunt exorcizari: tum quia inter ministrum, & vexatum possit etiam aliqua occasio scandali: tum etiam quia quando adfuerit persona deuota orans pro vexato, facilius demones cedunt. An autem dæmoniaci sint publicè, vel privatè, exorcizandi in Ecclesia, etiam est ianis aperis, aut clausis. Circa hoc videtur mihi, quòd tot sint sententiæ, quot capita: Actamen hoc vni scio, quòd ordo Exorcistatus est vnus ex septem sacris ordinibus Ecclesiæ, quæ nihil in occulto operatur, sed omnia publicè peragit. Et quòd Dominus noster Iesus Christus eiecit demones à corporibus humanis, turba presente, ut patet ex Evangelica historia, Matth. 17. Marc. 9. & Luc. 11. Ex quo factum, elicitur, quòd officium exorcizandi potest, & forsitan debet fieri publicè propter bona spiritualia, quæ inde

Cum Exorcista à confortio priuato mulierum.

Dæmoniaci, ubi exorcizandi sint.

Christus turba presentem eiecit demones

B s fidelibus

Spiritus  
boni, quæ  
ex conu-  
lutione  
oriuntur.

fidelibus proueniunt. Ibi enim malitia dæmonis inspicitur; fides roboratur: Dei misericordia, & potestas manifestatur: & sæpè homines impenitentes ad remedium sanctissimæ penitentia confugiunt, & lachrymabiliter deplorant sua facinora diu perpetrata: & multa alia bona inde proueniunt, quibus Deus benedictus uerit ad gloriam suam, & utilitatem nostram, quæ ( ut uidetur ) non deberent impediri. Sed quia hoc non est nostrum diffinire: ideo relinquatur arbitrio superiorum, quorum iudicio in talibus standum est. Alia capitula ad hæc materiam pertinentia, quare in nostro Fuste dæmonum, ubi pulcherrimè doctrina perutilis, & valde necessaria Exorcistis describitur.

## FLAGELLVM DÆMONVM, SEV EXORCISMI TERRIBILES,

potentissimi, & efficaces ad malignos spiritus  
effugandos de obsessis corporibus, cum  
suis benedictionibus, & omnibus  
requisitis ad eorum ex-  
pulsionem:

Auctore R. P. F. HIERONYMO MENDO  
Vitellianensi, Ordinis Minorum  
Regularis Observantia.

## EXORCISMVS PRIMVS.

### RUBRICA.

**E**xorcizaturus igitur, tu quicumque fueris,  
Nulla lenitate ductus: sed sola necessitatis,  
vel charitatis causa, hanc rem disponas assumere  
arduam: præmissa sacramentali confessione, &  
trium dierum ieiunio teipsum corde humilians,  
& peccatorem reputans: nec in tua, sed Dei po-  
tentia confidens, intrabis Ecclesiam unà cum in-  
firmo

firmo à dæmone vexato, & ibi ante Sanctissimum Sacramentum corporis Christi, si adest: vel saltem ante Altare genuflexus, indutus sacris vestibus pro tui ordinis qualitate, deuotè, attentè, constanter, & intrepidè faciens tibi signum Crucis in fronte, in ore, & in pectore, dicas:

**S**IGNVM Crucis † sit in fronte mea. Verba Christi † sit in ore meo. Arma Christi † sit in pectore meo. Per signū crucis † de inimicis nostris libera nos Deus noster. Potentia Pa † tris confirma me. Sapientia Fi † lii doce me. Amor Spiritus † sancti illumina me. Benedicte sit dies, & hora, in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de Virgine Maria. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria.

Postea signa obsessum in fronte, in ore, & in pectore, dicendo:

**P**otentia Pa † tris conforta eum. Sapientia Fi † lii doce eum. Amor Spiritus † sancti illumina eum. Benedicte sit dies, & hora, in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de Virgine Maria. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen. Postea dic. Confiteor Deo omnipotenti. totum, & fac absolutionem super infirmum, & assistentes, dicen † to: Mittereatur uestri, &c. Indulgentiam, & absolutionem. Deinde lege sequentia præcepta.

**P**ræcipio vobis dæmones, qui venistis in adiutorium istorum dæmonū vexantium hæc creaturam Dei N. ex parte sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et sub pena immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per manus inimicorum vestrorum, & sub pena tradendi vos in potestatem inimicorum vestrorum, ac condemnandi vos in stagnum ignis & sulphuris per annos mille, quatenus nullum adiutorium, vel fauorem detis istis dæmonibus, qui vexant hoc corpus istius creaturæ Dei N. sed discedatis statim, & exeat ad loca vobis deputata à Deo. Ecce crucem † Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David. Præcipio vobis etiam dæmones, qui vexatis hanc creaturam Dei N. quod

Ex tract.  
aureo Pie-  
ri in mi-  
lig. spiri-  
tus.

quod exeuntes ab ea, dimittatis. & relinquatis eam liberam, & sanam, absque ulla lesione animae, & corporis, ut possit seruire Deo creatori suo. Eriam præcipio omnibus inimicis vestris, in nomine sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et sub eisdem precibus præcipio vobis, ut nihil dicatis, vel faciatis, quod presentibus, vel absentibus displiceat, nisi quantum fuerit interrogatum à me. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

*Postea ligando stolam ad collum obsessi cum tribus nodis, dic:*

Ex anti-  
quis Exor-  
citiis.

**O** Vos omnes abominabiles, & rebelles Dei, conuro vos spiritus, adiuro, voco, constringo, euoco, contendo, & contestor, ubicunque sitis in homine isto, per Pa tris, & Fi lium, & Spiritum sanctum, & per potentissimum nomen Dei Heloym forte, & admirabile, exorcizo te, & adiuro vos spiritus, ac impero vobis auctoritate, qua fungor, per virtutem Dei, & sapientissimi creatoris, qui cuncta creauit, tenens vos in sua potestate, à qua fugere non potestis, ut incontinenti verba coniurationis meae intelligatis, & virtute eius sentiatis vos victos, & præcepto vobis facto, nunc ab ista creatura Dei, & imagine Christi non audeatis recedere absque licentia mei præcepti, & sic sitis ligati, & incatenati, sicut sancti Dei ligauerunt demones cum catenis, ita cum ista stola iucunditatis ego vos ligo. In nomine Pa tris, & Fi lij, & Spiritus sancti. Amen.

*Deinde positis manibus super caput vexati, dicat.*

Ecclesia in  
extrema  
vult.

**E**xringatur in te N. omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, in nomine per invocationem omnium Sanctorum Archangelorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium simul sanctorum. Amen.

*Deinde dic sequentia verba, signando obsessum in fronte: quod seruabis, quoruuscumque inueneris aliquam crucem, nisi aliter tibi assignatum fuerit.*

P. Hiero. Hel tris Heloym tris Heloa tris Heye tris Terragrammaton tris Adonay tris Saday tris Sabaoth tris Sothet tris Emmanuel tris Alpha. & Omega

Omega tris Primus & Nouissimus tris Principium & finis, tris Agyos tris Ylchyros tris Otheos tris Athanatos tris Agla tris Iehoua tris Homouision tris Ya tris Messias tris Efercheye tris Christus vincit tris Christus regnat tris Christus imperat. tris Increatus Pater tris Increatus tris Filius tris Increatus Spiritus tris sanctus. tris Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

*Sacerdos dicturus aliquod infra scriptorum Euangeliorum, semper debet ponere manus suas super caput vexati.*

*Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem.*

**I**N principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebre eum non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. R. Laus tibi Christe. *Deinde subiungat Exorcista.* Per Euangelica dicta exringatur in te N. omnis virtus diabolica, & infundatur virtus Diuina. Amen.

*Quod seruandum est in fine cuiuscumque Euangelij.*

Credo in Deum, totum. *Postea dic:* Ecce crucem Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David.

*Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem.*

**I**n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Cap. 16.*

vobis. Usque modo non peristis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit innum. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. Illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiit. Exiit à patre, & venit in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis, nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo exiisti.

**E**cce Crucem † Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David, alleluia. *Postea dicitur Psalmum. Miserere mei Deus, totum. Ecce Crucem † Domini, &c. Deinde dicitur Psalmum.*

*Psalm. 69.*

**D**eus in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. Confundatur, & reuertantur: qui querunt animam meam. Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge, euge. Exultent, & lætentur in te omnes qui querunt te, & dicant semper: magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuua me. Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris. Gloria Patri, &c. Deinde: Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

*Postea dicitur sequentes Litanias gemis flexus.*

*Eccl. Ro.*

<b>K</b> yrice eieison.	Sancta Dei genitrix,	ora.
Christe eleyson.	Sancta Virgo virginum,	ora.
Christe audi nos.	Sancte Michael,	ora.
Christe exaudi nos.	Sancte Gabriel,	ora.
Pater de caelis Deus, miserere ei.	Sancte Raphael,	ora.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere ei.	Omnes sancti Angeli, & Archangeli,	orate.
Spiritus Sancte Deus, miserere ei.	Omnes sancti beatorum spirituum ordines,	orate.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere ei.	Sancte Ioannes Baptista,	ora.
Sancta Maria, ora pro eo.	Sancte Ioseph,	ora.
	Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetae,	orate.
	Sancte	

Sancte Petre,	ora.	Sancte Ludouice,	ora.
Sancte Paule,	ora.	Sancte Bonaventura,	ora.
Sancte Andrea,	ora.	Omnes sancti Pontifices, & Confessores,	orate.
Sancte Iacobe,	ora.	Omnes sancti Doctores,	orate.
Sancte Ioannes,	ora.	Sancte Thoma,	te pro.
Sancte Thoma,	ora.	Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Philippe,	ora.	Sancte Francisce,	ora.
Sancte Iacobe,	ora.	Sancte Dominice,	ora.
Sancte Bartholomæe,	ora.	Sancte Antoni,	ora.
Sancte Mattheæ,	ora.	Sancte Bernardine,	ora.
Sancte Simon,	ora.	Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Thadæe,	ora.	Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitæ,	orate.
Sancte Matthia,	ora.	Omnes sancti Monachi, & Eremitæ,	orate.
Sancte Barnaba,	ora.	Sancta Anna,	ora.
Sancte Luca,	ora.	Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancte Marce,	ora.	Sancta Agnes,	ora.
Omnes sancti Apostoli, & Euangelistæ,	orate.	Sancta Lucia,	ora.
Omnes sancti discipuli Domini,	orate.	Sancta Cæcilia,	ora.
Omnes Sancti Innocentes,	orate.	Sancta Agatha,	ora.
Sancte Stephane,	ora.	Sancta Catharina,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.	Sancta Clara,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.	Sancta Helisabeth,	ora.
Sancte Cypriane,	ora.	Sancta Anastasia,	ora.
Sancti Fabiane, & Sebastianæ,	orate.	Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ,	orate.
Sancti Ioannes, & Paule,	orate.	Omnes Sancti & Sanctæ Dei,	intercedite pro eo.
Sancti Cosma, & Damiane,	orate.	Propitius esto, parce ei Domine.	
Sancti Geruasi, & Protasi,	orate.	Propitius esto, exaudi nos Domine.	
Omnes Sancti Martyres,	orate.	Ab omni malo, libera eum Domine.	
Sancte Syluester,	ora.	Ab omni peccato,	lib.
Sancte Gregori,	ora.	Ab ira tua,	lib.
Sancte Ambrosi,	ora.	A subitanea & improbita morte,	lib.
Sancte Augustine,	ora.	Ab insidiis diaboli,	lib.
Sancte Geminiane,	ora.	Ab ira, & odio, & omni mala	lib.
Sancte Hieronyme,	ora.		volun
Sancte Martine,	ora.		
Sancte Nicolæ,	ora.		



voluntate,	lib.	Vt oculos misericordie tue
A spiritu fornicationis,	lib.	super eum reducere digne-
A fulgure, & tempestate,	lib.	ris, te rog.
A morte perpetua,	lib.	Vt tribulationem, & vexatio-
Per mysteriam sancte incar-	lib.	nem eius intueri, & reue-
nationis tue,	lib.	lare digneris, te rog.
Per Adventum tuum,	lib.	Vt hunc famulum tuum N.
Per Natiuitatem tuam,	lib.	benedicere: & liberare di-
Per Baptismum, & sanctam	lib.	gneris, te rog.
icium tuum,	lib.	Vt hunc famulum tuum N. à
Per Crucem, & Passionem	lib.	vexatione diaboli capere
tuum,	lib.	digneris, te rog.
Per mortem, & sepulturam	lib.	Vt hunc famulum tuum N.
tuum,	lib.	ab infestationibus dæmo-
Per sanctam Resurrectionem	lib.	nam liberes, te rog.
tuum,	lib.	Vt nos exaudire digneris, te
Per admirabilem Ascensio-	lib.	rogamus.
nem tuam,	lib.	Fili Dei, te rog.
Per aduentum Spiritus sancti	lib.	Agnus Dei, qui tollis peccata
Paracliti,	lib.	mundi, parce ei Domine.
In die iudicij,	lib.	Agnus Dei, qui tollis pec-
Peccatores,	te rog.	cata mundi, exaudi nos
Vt pacem ei dones,	te rog.	Domine.
Vt misericordia, & pietas tua	te rog.	Agnus Dei, qui tollis peccata
eum custodiat,	te rog.	mundi, miserere nobis. X

Ecce crucem † Domini, &c.

*Et sequitur ista oratio.*

Ex 101.  
quis Exor-  
citur.

**D**omine Iesu Christe, qui pro redemptione mundi, voluisti à Iudeis reprobari, à Iuda proditore osculo tradi, & à perfidis, vinculis alligari; & sicut agnus mansuetus ad victimam duci, atque in conspectu Pilati indecenter offerri: & à falsis testibus accusari, clavis acutis perforari, flagellis, & opprobriis vexari, conspui, & spinis coronari, colaphis cædi, & in Cruce lenari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lancea vulnerari. Tu Domine Iesu Christe, per has sanctissimas penas tuas, quas ego indignus, & miser peccator recolo, & per sanctam Crucem tuam te precor, vt non respicias peccata mea, atque peccata istius creaturæ tuæ N. sed secundum magnam misericordiam tuam libera eam à diabolo vexante. Et mihi indigno famulo tuo præbe virtutem, vt va-

leam

leam expellere omnes dæmones eam vexantes in profundum abyssi, per tua sanctissima verba. Qui visis & regnas in secula seculorum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c. Crux bona, Crux digna, lignum super omnia ligna, Per crucis † hoc signum, repellitur omne malignum. Ne mentem lædant, phantasmata cuncta recedant. Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Domine Psal. 101. exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Esto mihi, Domine, turris fortitudinis: à facie omnium malignorum Spirituum. Pone eos, Domine, vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti. Eccl. Ro.

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, iniuctæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, & semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui hostiles nequicias potenter expungas, qui omnia per tuam verbum ex nihilo condidisti, qui Luciferum, & suos sequaces, tanquam superbos, & rebelles de caelo empyreo expulisti, qui in filio tuo, ima summis reconciliasti, qui non vis mortem peccatoris, nec latatis in perditione morientium, cui proprium est Ezech. 18. misereri semper, & parcere, miserere huic creaturæ tuæ N. non ad eius peccata, sed ad tuam benignam clementiam aspiciendo, & libera eam ab omnibus laqueis malignorum spirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni infestatione, & molestia ipsorum, quibus torquetur, sicut tu liberaisti Mariam Marc. 16. Magdalenam à septem spiritibus immundis, sic filiam Cananæ à vexatione dæmonis, sic ipsam N. nunc liberare digneris ab omnibus malignis spiritibus eam infestantibus, & sicut liberaisti Ionam de ventre Ceti, & Susannam de falso crimine, & Dauid de gladio maligno, & de manibus Saul, & tres pueros de camino ignis ardentis, & Daniele de lacu leonum, & Isaac de manu patris sui, & Ioseph de carcere Pharaonis, ita nunc tua clementia liberare digneris hanc creaturam tuam N. sanguine Filij tui redemptam, & vnda baptismatis regeneratam, ab omni vexatione malorum spirituum, & diabolorum. Et dedisti Apostolis tuis potestatem super malignos spiritus, & virtutes eorum ipsosque fugandi à corporibus hominum, & curandi infirmos: ita nunc mihi indigno famulo tuo, vnda baptismatis regenerato, & tuo sanctissimo nomine consignato, concedere digneris, dono tuæ gratiæ, virtutem fugandi istos malignos spiritus ab hac creatura tua N. virtute

C tua,

tua, & invocatione tui sanctissimi nominis. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c.

Ex secundo  
Exorcismo  
S. Ambros.

**O**mnipotens sempiternae Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, te supplices exoramus, ut imperes spiritibus istis, qui hunc famulum tuum N. detinent, ut ab eo recedant: libera eum, quia credit in verum liberatorem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen. Ecce Crucem † Domini, &c.

*Hic Sacerdos surgat ab oratione, & aequam  
incipiat adiurare demones, prius debet  
exorcizare obsessum hoc modo.*

EXORCISMVS.

**E**xorcizo te N. in nomine Dei † Patris omnipotentis, & in nomine Iesu † Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti, ut fias vas mandum, sanctum, & purgatum ab omni labe iniquitatis, & ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, quae omnia maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, & facturas in corpore, vel circa corpus tuum facta: Ego N. seruus Dei indignus, & peccator auctoritate mihi praestita, in nomine eiusdem Dei Pa † tris omnipotentis, & in nomine Iesu † Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti, dissoluo, & dissoluta esse concerno: & praecipio tibi, maledicte diabole, ac locis tuis, ut amplius non habeatis potestatem manendi in hoc corpore, à planta pedis vsque ad verticem: sed statim recedere debeatis cum omnibus maleficiis, & incantationibus vestris. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

Oratio.

Ex malleo  
malefic.  
par. 1. q. 1.  
c. 16.

**D**eus misericordiae, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum, quos diligis, corripis: & quos recipis, pie ad emendationem coeeres, te inuocamus Domine, ut famulo tuo N. qui in corpore patitur membrorum debilitatem, gratiam tuam conferre digneris, ut quicquid terrena fragilitate corruptum, quicquid diabolica fraude violatum est, unitati corporis Ecclesiae membrum redemptionis annecte. Misere Domine gemituum, misere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad tuum sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et

*Et aspergatur aqua benedicta super obsessum.*

EXORCISMVS.

**E**xorcizo te N. infirmum, sed sacrosancti Baptismi vnda Ex malleo  
regeneratum, per Deum viuum, † per Deum verum, † per Deum sanctum, † per Deum, qui te suo pretioso Sanguine vbi supra  
redemit, ut fias homo exorcizatus, ut effugiat, atque discedat à te omnis phantasia, & nequitia diabolicae fraudis, omni-  
que spiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, &c.

Oratio.

**D**eus, qui facturae tuae semper pio dominaris affectu, inclina autem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum N. ex aduersa valetudine corporis laborantem placatus respice, & visita, & salutis tuae, & coelestis gratiae praesta ei medicinam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta super obsessum: Postea  
cum magna fide, & spe incipiat Exorcista  
adiurare demones existentes in  
corpore obesso, dicens.*

ADIURATIO.

**A**udi immunde spiritus diabole: admonco te, & exorcizo te, atque tibi praecipio tentator, vane, insensate, fallae, hereticae, vacuae, inimicae, ebriose, suluro, insipiens, deicte de gratia Dei, & Christi. Per ipsum te exorcizo, † qui propter Ex Sym-  
nos in terram descendit, & qui ab Angelo fuit nominatus, † bolo Apo-  
& à Spiritu sancto incarnatus, ex Virgine Maria natus, & stolorum.  
creuit aetate, & sapientia: in duodecimo anno venit in Templum, & sedens in medio Doctorum, sapienter interrogabat illos. Adiuro te † per illum, qui à Ioanne Baptista in Jordano flumine baptizatus fuit, & à diabolo tentatus, venundatus, & traditus à discipulo suo Iuda, captus, illusus, flagellatus, cibus felle, potatus aceto, victus, & spinis coronatus, vestibus expoliatus, super cuius vestes sortem miserunt. Coniuro te † per illum, qui crucifixus, mortuus, & sepultus fuit, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in caelum, sedet ad dexteram Dei Patris, inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, & saeculum per ignem, ut statim exeat, & fugias de vase isto, & plasmate Dei: & nec me, neque astantes offendas, & sine laesione ipsius. Exorcizo te † per illum, quem Gabriel Angelus nuntiavit in Luc. 1.

vtro B. Mariæ Virginis venturum, & in vtero Helisabethæ Ioannes salutauit, & per ipsum te coniuuro, vt de quacunque te te interrogauero, dicas, & indices mihi verum, quomodo vocatur magister tuus, & quomodo vocaris: & si in corpore isto es, vel extra corpus, aut si solus es, vel legio tecum, vel plures legiones.

*Hic Exorcista interrogare poterit, quod est nomen demonis obsidentis: quot socios habeat: quomodo vocetur magister eius: sub qua potestate demonum sit: qua de causa opprimat obsessum: si aliquo maleficio sit ibi ligatus: quomodo illud possit solui, quantum tempus ibi habitauit: per quem sancturus debet exire: per quam personam: deinde qui magis sint sui inimici in Cælo, & qui in Inferno: quod signum dabit in exitu suo. Postea præcipe illi, vt non noceat patienti, & quod de cætero nõ audeat reueri ad eum, neque inducat malum tempus. Sed esto prudens, & circumspiciendus in interrogationibus, ne decipiaris. Magis enim stude cum humilitate mentis, qua ad hoc est necessaria, liberare creaturam Dei, quam loqui cum demonibus. De omnibus factis interrogationibus, si non recesserit, siue responderit, siue non, prosequere hanc coniurationem.*

## CONIURATIO.

**T**Vergero homicida, reprobe, fili perditionis, per ipsum te coniuuro, cuius signum apparuit in Cælis, quem pastores viderant, & Magi adorauerunt: quem Angeli, & Archangeli collaudant, vt statim exeat de vase isto, & plasmate Christi, & pergat in profundum maris, vel in arbores steriles, vel ad loca deserta, vbi non sit habitatio Christianorum, vel accessus hominum, & vbi te incendant fulgura de Cælo. S. Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus vera maiestas Dei, coërceat te statim exire. Adiuuro te ¶ inique dæmon, per ipsum, cuius nomen est Iesus Nazarenus, vt foras exeat audito verbo Domini ab hoc famulo Dei. Per ipsum te coniuuro, ¶ cuius ortum sancti Angeli collaudantes cantauerunt, dicentes: Gloria in excelsis Deo. Magi ab Oriente venientes, aurum, thus, & myrrham offerentes adorauerunt, sicut prædictum erat. Coniuuro te ¶ per ipsum, in cuius ortu stella de Cælo apparuit, sicut

sicut Balaam prophetizauit, dicens: Orietur stella ex Jacob. Num. 24. Et per ipsum, quem animalia muta cognouerunt: sicut scriptum est. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Coniuuro te ¶ per ipsum, quem Herodes interficere voluit, & non potuit: pro quo sancti Martyres innocentes interfecti sunt: de quorū sanguine ornata est sancta Hierusalem in cælo. Per illam te adiuuro, ¶ qui cum matre sua in Ægyptum fugit: & qui in Cana Galilee aquam conuertit in vinum: quem Pilatus spinea corona coronauit, & crucifixus: quem Longinus lancea transfixit: & qui in Cruce clamauit Hely Hely Lamazabatani. Coniuuro te ¶ per ipsum, qui in Templo inuentus est in medio Doctorum: in Cruce in medio latronū, & in medio aëris, & post Resurrectionē stetit in medio discipulorū, dicens: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Adiuuro te ¶ per ipsum, qui mortuus fuit, & sepultus, qui ad inferna descendit, & suos à diabolo detentos extraxit: & primum hominem Adam liberauit: & tertia die resurrexit: & post quadraginta dies ad cælos ascendit. Ipse te eiiciat, & exire coërceat de corpore, & de compaginibus membrorum istius creaturæ Dei N. Qui te eiicit de statu cæli, ille te coërceat indicare mihi nomen magistri tui, & si tu es solus, vel aliqua legio tecum. Adiuuro te ¶ per illum, qui cõdidit Paradisum, à quo excussit quatuor flumina, scilicet Gyon, Phison, Tygrin, & Euphraten: & quem tentare voluisti, dicendo: Si Filius Dei es, die, vt lapides isti panes fiant. Et iterū: Si Filius Dei es: mitte te deorsum: & ostendēdo ei omnia regna mundi, dixisti: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Per ipsum te ¶ coniuuro, qui locutus est ad te, dicens: Vade Satana, non tentabis Dominum Deum tuum, sed ipsum adorabis, & illi soli seruies.

## CONIURATIO.

**O** Inique dæmon, & serpens antique, coniuuro te ¶ per nomen Dei sanctissimum magnum, & fortissimum, quod explicare nequeunt omnes lingue viuientium, nec mens, nec sensus hominū, quod est Tetragrammaton. Adiuuro te ¶ demon per nomen Dei Alpha, & Omega: Iesu nostra redemptio: vita, & resurrectio: salus nostra, defensio: & criminū remissio. Adiuuro te ¶ demon per nomen Dei Adonai, quod est magnum, & admirabile, Creator ineffabilis: Filius Dei admirabilis: via infatigabilis: spiritus inuisibilis: splendor inextinguibilis: trinus inseparabilis: vnus inuisibilis, vt per hæc sancta nomina, tu dæmon, exeat foras statim absque vlla offensione, & terrore plasmatis Dei, & sine latione alicuius personæ: & nullum signum in ea dimittas. Adiuuro te ¶ demon per

Ecclesia in  
officio Na-  
tuitatis  
Christi.  
Apo. 22.

Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: & per spirituales vir-  
tiones illius, qui est trinus & vnus Deus. Iterum coniuo te  
dæmō, per illam, que Christū lactauit, & in suo utero portauit  
illum, qui fecit eam: vt in hac creatura Dei N. vterius moran-  
di non habeas potestatem. Coniuo te dæmon, per S. Michae-  
lem Archangelum, qui te de celo eiecit per virtutem Dei,  
quando cū dracone pugnavit, & deuicit eum: vt dimittas hunc  
locum, in quo nunc es, & vadas ad locum desertum, vel in pro-  
fundum abyssi, vbi nemini nocere valeas. Coniuo te dæmon,  
per sanctum Gabrielem Archangelum, qui nuntiauit B. Mariæ  
Virgini aduentum Domini nostri Iesu Christi, & incarna-  
tionem eius, quando dixit: Ave Maria gratia plena Domi-  
nus tecū benedicta tu in mulieribus, vt audito verbo, festinan-  
ter recedas sine terrore alienius personæ ab hac creatura Dei  
N. Coniuo te dæmon, per S. Raphaelē, qui Tobiam, & Saram  
custodiuit, & à dæmonio eos liberauit: qui per virtutē Dei Af-  
modarum dæmonē taliter ligauit, quòd nullo modo eis nocere  
potuit, vt statim ab hac creatura Dei N. recedas, non reditu-  
rus: & ei nequaquam deinceps nocere valeas. Coniuo te dæ-  
mon, per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, Thronos,  
Dominaciones, Principatus, Potestates, virtutes, Cherubim, &  
Seraphim, qui quotidie nō cessant clamare vna voce, dicentes:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Apo. 4.

#### CONIURATIO.

Gen. 4.

Gen. 15.

Exod. 33.

Iterum coniuo te, dæmō, per omnes oratio-  
nes Patriarcharum, & merita Prophetarum, & suffragia Apo-  
stolorum, & victoriam Martyrum, & per fidem Confessorum,  
& deprecationes Virginum, & per intercessionem omnium  
Sanctorum, & Sanctarum Dei, qui Deo placuerunt ab initio  
mundi, vt statim ab hac creatura Dei N. ex eas, & recedas. Ite-  
rum coniuo te dæmon, per sanctum Abel, qui inter Marty-  
res fuit primus. Per sanctum Enoch, qui ambulauit coram Deo,  
& translatus est de mundo. Et per sanctum Noe, qui reſeruat  
est in diluuiū propter iustitiam. Per fidē Abrahæ, qui credidit  
Deo, & cui reputata est fides ad iustitiam. Per sanctum Isaac,  
qui fuit obediens patri vsque ad mortem, qui fuit figura Do-  
mini nostri Iesu Christi oblatus pro salute mundi. Et per sc-  
licem Iacob, qui vidit Angelum Domini venientem in adiu-  
torium sibi. Iterum coniuo te dæmō, per sanctum Moysen:  
cum quo locutus est Dominus facie ad faciem. Et per sanctos  
Prophetas, Amos, Micheam, Oseam, Iohellem, Abdiam, Aba-  
cach, Ionam, Sophoniam, Aggeum, Zachariā, Malachiam, Ec-  
drum, Ieremiam, Ezechielē, Dauid, & per omnes sanctos alios  
Prophe

Prophetas te coniuo, vt de quacunque te te interrogauero,  
mihī puram veritatem dicas sine mora, & quicquid percipiam,  
nullo modo recusare valeas. Coniuo te dæmon, per Mi-  
cheam Prophetam, qui dixit, quòd Dominus debebat nasci in  
Bethleem, terra Iuda, prophetizando hoc modo. Et tu Beth- Michea 5:  
leem, terra Iuda, non eris minima ex principibus Iuda: ex te  
enim egredietur dominator Israël: egressus enim eius ab ini-  
tuo, & à diebus æternitatis. Coniuo te per sanctum Iohellem Iohelis 2:  
prophetam, qui prædixit debere obscurari Solem, & Lunam in  
passione, & morte Christi, dicens: Sol conuertetur in tenebras, &  
Luna in sanguinem. Iterum coniuo te per sanctum Iacob, qui Gen. 49:  
prophetauit de morte Christi, dicens: In concilium eorum  
non veniat anima mea, & in eorum non sit gloria mea:  
quia in furore suo occiderunt virum. Coniuo te per san- Zach. 3:  
ctum Zachariam Prophetam, qui prophetauit de tentatione  
Christi, dicens: Vidi Iesum Sacerdotē magnum, & Satan stabat  
à dextris eius, & dixit. Inreperit in te Dominus, diabolus, qui ele-  
git Hierusalem. Coniuo te per sanctum Dauid Prophetam Psal. 119:  
qui dixit, quòd Christus prodendus erat à discipulo suo Iuda,  
hoc modo. Et enim homo pacis mee, in quo speraui, qui edebat  
panes meos, magnificauit super me supplantationem. Iterum Zach. 11:  
coniuo te per sanctum Zachariam qui prophetauit, quòd  
Christus erat vendendus, dicens: Et acceperunt triginta ar-  
gēteos, pretium appretiatum, quem appretiauerunt à filiis Israël,  
& dederunt eos in agrum figuli. Coniuo te dæmō, per bea-  
tum Isaiam Prophetam, qui prophetauit, quòd Christus erat Esa. 7:  
uenturus dicens: Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora  
plebi tuæ Israël. Et iterum. Ecce Virgo concipiet, & pariet fi-  
lium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Iterum coniuo  
te per beatum Esaiam, qui prophetauit, dicens: Veniet rex  
tuus Sion humilis, & restaurabit te. Coniuo te per san-  
ctum Abacuch Prophetam, qui per Angelū Domini deporta- Dao. 14:  
tus fuit de regno ad regnum vsque Babylonem, & positus fuit  
super lacum leonum, vbi erat Daniel. Iterum coniuo te per  
sanctum Ionam Prophetam, qui per tres dies in ventre Ceti  
mansit viuus: & postea in Ninive ciuitate magna permansit, &  
predicauit. Iterum coniuo te per beatum Heliam Prophe- 4. Reg. 2:  
tam, qui leuatus fuit in curru igneo vsque ad cælum, qui ora-  
uit, vt non plueret super terram per annos tres, & menses sex: &  
iterum orauit, vt plueret, & pluit, & terra dedit fructum suum.  
Iterum coniuo te per sanctum Dauid Prophetā, quem Deus Psal. 77:  
regem elegit, & de post fatantes accepit eum. Iterum coniuo  
te per electam Danielem, qui somnia Regis explicauit, &  
C 4 Bel

Malc. 3. Bel interfecit, & de laeu leonum liberatus est. Coniuro te per sanctum Malachiam Prophetam: qui prophetauit de aduentu Christi ad iudicium, hoc modo: Ego accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perinis, & qui calumiantur mercedē mercenarij: & humiliant viduam, & pupillos: & opprimunt peregrinum, nec timentur me, & tu maledictē dammate ex illis es. Coniuro te † per tres pueros de camino ignis ardentis liberatos, scilicet Sidrac, Misac, & Abdenago. Et per sanctum Ioannem Baptistam, quo nemo maior inter natos mulierū surrexit. Coniuro te † demon per duodecim Apostolos Domini nostri Iesu Christi: & per omnes sanctos suos discipulos: & per beatū Petrum principem Apostolorum: vt de hoc famulo Dei N. statim exire debeas: & omnia membra sui corporis sana dimittas, sicut inuenisti, quando prius in eum intrasti: & de quacūque te interrogatus fueris per me, statim veritatem dicere festines sine aliqua dubitatione, & te manifestare mihi in omnibus interrogationibus: deinde per merita Sanctorum, & Sanctarum Dei ad præceptum meū ab hoc famulo Dei penitus: & sine mora recedas: nullū ei dolorem inferendo, nec aliquod nocumētum ei faciendo, nec alicui persone, sed sine terrore vadas in profundum abyssi, non rediturus vsque in diem iudicij. Amē. Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

*Hic interroga de exitu, sicut supra dictum est, postea sequere, hoc modo.*

Ex coniurationib.  
S. Ambrosij.

**A**diuro te, † serpens antique, per iudicem viuorum, & mortuorum: per factorem mundi: per eum, qui habet potestatem mittere te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei N. qui ad Ecclesie sue currit presidium, festinus discedas. Adiuuro te † non per meam infirmitatem, sed per virtutem Spiritus sancti, vt ex eas ab hoc famulo Dei N. quē Dominus noscer Iesus Christus fecit ad imaginē, & similitudinē suam. Cede, cede non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te vigeat potestas, † qui te (affixus Cruci) suo subingauit imperio. Illius brachium † contremisce, qui de eundis gemitibus inferni animas iustorum ad lucem perduxit. Sitque tibi terror corpus hominis, sitque tibi terror imago Dei: nec resistas, nec moteris discedere ab homine isto, quia complacuit Deo, vt in homine habitaret. Et ne me infimissimum contemnendum putes, dum me peccatorem esse cognoscis. Imperat tibi Deus. † Imperat tibi maiestas Christi, † Imperat tibi Deus Pater. † Imperat tibi Filius,

Filius. † Imperat tibi Spiritus sanctus. † Imperat tibi fides Apostolorum Petri, & Pauli, & cæterorum Apostolorum. † Imperat tibi sanguis Martyrum. † Imperat tibi sacramētū Crucis. Imperat tibi mysteriorum virtus. † Imperat tibi Iesus Nazarenus. † Imperat tibi verbum caro factum. † Exi ergo transgressor, exi seductor, plene omni dolo, & fallacia, veritatis inimice. Da locum, durissime, da locum, impiissime, da locum Christo, in quo nihil inuenisti de operibus tuis nefandis, qui te expoliavit, qui regnum tuum destruxit, qui te victum ligauit, & vasa tua dirupit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cū ministris tuis erit præparatus interitus. Sed quid, truculente, recogitas: quid, temerarie, retractas: Reus Col. c. 1. omnipotenti Deo, cuius statuta transgressus es. Reus Iesu Christo filio eius, quē temerarie ausus es tentare, & crucifigere præsumpsisti. Reus humano generi, cui tuis persuasionibus mortis fructum propinasti. Adiuuro te † iraque, draco nequissime, in nomine agni immaculati, qui ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcat leonem, & draconem, vt discedas ab homine isto: discedas ab Ecclesia Dei: contremisce, & fuge, inuocato nomine illius, quem inferi tremunt: cui virtutes cælorum, & potestates subiectæ sunt: quem Cherubin, & Seraphin indefessis vocibus, laudant, dicētes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Iesus Nazarenus, qui te, cū discipulos eius contemneres, elisum, & prostratum exire iussit ex homine: quo presente, cū te ab homine separasset, nec porcorum gregem præsumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in nomine eius † ab homine isto, quem ipse plamauit. Durum est tibi Christo velle resistere: durum est tibi contra stimulum calcitrare: quia quanto tardius exis, tanto maius tibi supplicium crescit: quia non hominem contemnis, sed illum, qui est dominator viuorum, & mortuorum. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

#### CONIURATIO.

**I**terum, atque iterum coniuro te, † demon, per illum, qui Iona. 14. dedit potestatem discipulis suis, vt caecos illuminarent: leprosos mundarent: mortuos suscitarent: & omnes infirmitates curarent. Per illum te coniuro, † qui primum hominem Ecclesia. in per lignum sanctæ Crucis restaurauit: qui caeco nato oculos presbiteri & Curæ. aperuit: qui Lazarum mortuum, & sepultum suscitauit quadragesimam, & ad superna reuocauit: & omnes morbos sua virtute curauit: qui exanimauit magica signenta lannes, & Manibres. Et per hunc Exorcismum: & per omnes alias coniurationes,

nes, per vaigerum orb; per hæc omnia præcipio tibi vbicun-  
que sis, vel fueris, vt statim, sicut fumus, euaneſcas, & vadas ad  
deſertum locum, vel in profundum abyſſi, ita quod nunquam  
alicui noceas, non rediturus. In nomine Pa + tris, & Fi + lij;  
& Spiritus + sancti. Amen.

## EXORCISMVS II.

### ADVERSVS DÆMONES

obsidentes corpora humana.

**I**N nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + sancti.  
Amen. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &  
fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit  
fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant om-  
nes dæmones à facie nostra.

*Hic Exorcista ostendat Crucem demoniaco, & dicat:*

**E**cce Crucem + Domini nostri Iesu Christi, fugite partes  
aduersa, quia Christus vult vos persequi. Inceatus Pa-  
ter, + Inceatus Filius, + Inceatus Spiritus sanctus, + vicit  
leo de tribu Iuda, radix David. Salue Crux sancta, qua dantur  
munera tanta, Fac tua me velle, quæ sunt nobis noxia, pelle.  
Da mihi virtutem, veniam, pacemque salutem. Spes mihi vi-  
uenti, protectio sis morienti. Ecce Crucem Domini nostri  
Iesu Christi, fugite partes aduersa, quia Christus vult vos  
persequi. Per Crucis hoc signum pellet Deus omne malignum.  
Mentem ne lædant, phantasmata cuncta recedant. Crux bo-  
na, Crux digna, lignum super omnia ligna, Crux via virtutis,  
Crux via veræ salutis, Crux virtus hominum, Crux leuat ad  
Dominum.

*Hic Exorcista genuflexus dicat:*

**O**mnipotens Domine cæli, terræque creator, Iesu Chri-  
ste, Rex regum, summa potestas, omniæque iustæ mode-  
rans moderamine sancto. De cælis veniens natus de Virgine  
sacra. Panditur in terris manus omnipotentis Olympi. Post-  
quam mille modis miracula sancta dedisti. In Cruce confixus  
saluasti sanguine mundum. Vnde tuis famulis donasti forte  
trophæum: Dæmoniacas fraudes, per quod constringere pos-  
sint. Te rogo Christe Deus humane gentis amator: Vt dæ-  
monis huius tu pandas cuncta nefanda. Et propriis dans pro-  
mat

mat sua facta maligna. Per quam cicatricis pramat sua terra  
venena. Quod videant populi, te laudent semper in eum, Té-  
que promant omnes cæli, terræque factorem. Qui cum Patre  
Deus regnas cum flamine sacro.

*Hic Exorcista surgat, & inuicendo contra  
dæmonem, dicat:*

**P**ESSIME tu dæmon, animarum magne seductor. Tu  
Deus existe malis eximia spondens. Hic finis tibi erit, Do-  
minus nec ultra voceris. Sed deceptus eris, & deridendus vbi-  
que videris.

### CONIVRATIO.

**C**oniuuro ergo te dæmon, per Deum + viuum, & in virtu-  
te Spiritus sancti: & per illum, qui te creauit, & de cælo  
precipitauit, & per tremendum diem Iudicij: & per ineffa-  
bile nomen Domini, vt dicas mihi qui es tu, & quomodo vo-  
caris. Et per ista sancta nomina Dei, ad præceptum meum, ab  
hac creatura Dei N. sine mora recedas: nullum ei dolorem  
inferendo: nec aliquod nocumentum faciendo: statim, & sine  
læsione alicuius personæ. Hel + Heloym + Adonay + Saday +  
Soher + Emmanuel + Tetragramaton + Alpha, & Omega +  
Principium & finis + Agyos + Yschyros + Orheos + Atha-  
natos + Agla + Ichoua + Homoufion + Ya + Iesus + Chri-  
stus + Mellias + Eloa + Eheye. + Iterum coniuuro te + dæmon,  
per Deum viuum, + per Deum verum, + per Deum Sanctum,  
+ per Pa + trem, per Fi + lium, & per Spiritum + sanctam:  
per beatam Virginem Mariam: per totam cælestem curiam,  
& per omnia, quibus in nomine Iesu potes cogi, & constringi:  
vt subito manifestes te, maligne spiritus, & respondeas  
mihi de quacunque te te interrogauero.

*Hic Exorcista poterit interrogare dæmonem existentem  
in corpore, ipsum arctando ad dicendam veritatem de  
omnibus concernentibus ad liberationem vexati. Postea  
dicat sequentia Euangelia.*

Initium S. Euangelij secundum Ioannem.

In principio erat verbum. *Quare supra fol. 27.*

Sequentia S. Euangelij secundum Marcum.

**I**n illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, appa-  
ruit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & da-  
uitam

riciam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient. Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *R. Laus tibi Christe.*

• Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

Cap. 11. **I**n illo tempore. Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratae sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Belzebul principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de Cælo querebant ab eo. Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis in Belzebul eiicere me dæmonia: Si autem ego in Belzebul eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quarens quietem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatum. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cum hoc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo, beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Resp. Laus tibi Christe.*

Sequen

Sequentia S. Euang. secundum Mattheum.

**I**n illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est: Non in solo panis viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. At illi Iesus rursus. Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade Satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. *R. Laus tibi Christe.*

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. **A**rborem ficu habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quarens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quarens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, ut quod etiam terram occupet. At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercorea. Et si quidem fecerit fructum: sin autem in futuro succides eam. Erat autem docens in Synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem Archisynagogus indignans, quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in iis ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit Satanas, ecce decem, & octo annis, non

non oportuit solui à vinculo isto die sabbati; Et cum hoc diceret, erubescabant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo. *R. Laus tibi Christe.*

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

Cap. 4.

**I**n illo tempore. Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febrim, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: quia tu es Filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in Synagogis Galilee. *R. Laus tibi Christe.*

Sequentia S. Euangelij secundum Marcum.

Cap. 9.

**I**n illo tempore. Respondens vnus de turba dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutam: qui vbicumque eum apprehenderit: allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit: & dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero, quamdiu vos patiar: afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum: & elusus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum in aquam misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, miserere nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilis sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo, Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius non introcas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent: quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit: Et cum introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum. Quare non potuimus eiicere illum?

Et

Et dixit illis: Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. *Reip. Laus tibi Christe.*

CONIURATIO.

**E**xorcizo te ꝑ immunde spiritus, tentator, diabole, inimice, ebriose, luxuriose, insipiens, deiecte de gratia Dei, & Christi, per ipsum te exorcizo, & adiuro, qui propter nos in Symbolo terram descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, & ex Maria Virgine natus: vt statim, & sine mora ex eas, & fugias de vase isto, & plasmate Dei sine latione ipsius N. vel alicuius personæ. Per ipsum te exorcizo, ꝑ quem Gabriel Angelus in vtero Virginis Mariæ annuntiauit. Per ipsum te exorcizo, ꝑ quem in vtero Virgini Mariæ ex vtero Heliſabeth Ioannes salutauit. Per ipsum te exorcizo, ꝑ adiuto, ꝑ & constringo: ꝑ vt si in corpore isto es, mecum loquaris, & indices mihi, quomodo vocatur magister tuus. Per ipsum te coniuuro ꝑ decepte, homicida, fili perditionis: cuius signum apparuit in cælis: quem pastores viderunt: & Magi adorauerunt: quem Angeli, & Archangeli collaudant, ipse te proiciat de vase isto, & imagine Christi, & mittat in profundum maris, vel in locum desertum, vbi nulla est habitatio hominum, & vbi incendat te de cælo Sancta Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Coniuuro te ꝑ per ipsum, cuius nomen est Iesus Nazareus: quem Herodes Rex interficere voluit, & non potuit: pro quo interfecti sunt sancti Martyres Innocentes: de cuius sanguine ornata est sancta Hierusalem in cælo. Per ipsum te coniuuro, ꝑ exorcizo, ꝑ & constringo, ꝑ qui cum matre fugit in Ægyptum. Adiuro te per coronam Christi. Per ipsum te exorcizo, ꝑ & adiuro, qui in Cana Galilee aquam conuertit in vinum: quem Pilatus crucifixit: Longinus lancea transfixit: qui clamauit, Hely, Hely Lamazabatani: & qui ad inferna descendit, & suos à diabolo oppressos extraxit: tertia die surrexit: & post quadraginta dies ad cælos ascendit: & qui liberauit primum hominem Adam, ipse te expellat, hæretice, false, homicida, decepte, sine Iesu Christo, sine Cruce Christi. per ipsum te exorcizo, ꝑ & adiuro, qui ex paradiso excussit quatuor flumina principalia, scilicet Gyron, Phylon, Tygris, & Euphraten: vt non habeas auctoritatem, aut potestatem tacendi nomen tuum: sed statim dicas mihi, qui es tu, aut cuius magisterij, quia seruus, & minister Christi sum.

*Hic exorcista querat de nomine dæmonis, & sociorum: de recessu: quare opprimunt: & de omnibus alijs pertinentibus ad liberationem obsessi. Postea sic sequatur:*

CONIURATIO



## CONIURATIO.

Ex anti-  
gnis con-  
iurationi-  
bus.

**A** Vdi igitur, malignissime dæmon, audi creatura dānata, reprobatā, & maledictā à Deo: audi, inquam, superbiam tuam. Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui, qui te ob superbiam tuam æternis ignibus cum principe tuo Satana, & aliis dæmonibus mancipavit. In cuius Dei, & Creatoris omnium virtute, & potestate, non meis meritis, aut virtute cōsūsus, maledicte diabole, & Satana immundissime, ac spurcissime spiritus, qui propter perversitatem electionis tuæ, qua contempto, & derelicto domicilio omnipotentis Domini Dei nostri, qui Trinus, & vnus Deus exat ante sæcula, qui est causa subsistendi omni creaturæ, ita quòd in icu oculi mundus stare non posset, si eius regimen subtraheretur, elegisti contradicere, & noluisse te ordinare, & conuertere ad ipsum, neque ei fideliter obedire, quemadmodum fecerunt illi beatissimi spiritus, qui plena eius sclicitate perfruuntur: *Idem.* Sed ordine perverso superbiæ, & inuidiæ in te complacuisse; & in te, & in execratis angelis sortem tuam posuisti: propter quam immūditiam electionis tuæ, proiectus de Cœli fastigio, *Idem.* in hunc caliginosum ærem detractus, præcipitandus es in die tremendi iudicij in abyssum, & baratrum inferni, vbi cruciaberis die, ac nocte, & fumus tormentorum tuorum ascendet in sæcula sæculorum. Exorcizo, & anathematizo te ꝑ sine vnus sis, siue plures, vt dicas mihi, quomodocunq; in hunc famulum Dei N. consignatum, & initiatū diuinis mysteriis, temerè ingredi præsumpsisti, siue in cibo, vel in potu, vel in quacūque malefica superstitione, vel præstigiis, quomodocunq; super hunc famulum Dei factis. Quæ quidem præstigia, & maleficia omnia, & singula, virtute, & potestate inuictissimi Regis omnium Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui in hunc mundū apparuit, vt dissolueret opera Satanae, dissoluo, & dissoluta esse decerno. Et sicut per beatos Apostolos sanctos Petrum, & Paulum patres nostros, dissoluit omnia maleficia, & præstigia facta per illud membrum tuum Symonem Magum: & sicut per beatū Bartholomæum Apostolum sanabat omnes læuiatos à dæmonio inhabitante idolum Astaroth. Et per sanctum prophetam Moysen detegebat præstigia magorum Ægyptiorū Iannes, & Mambres in digito omnipotentis Dei: ita & nunc in eodem digito Dei, scilicet Spiritus sancti, qui ex Patre, filioque eius procedit, dissoluimus omnes sortilegas artes, & præstigia super hunc famulum suum N. siue atrocitate inuidiæ tuæ, qua, maligne, & imunde spiritus, insidiaz humanæ salutari secundum impiam voluntatem tuam: siue

iusta dispensatione omnipotentis Domini Dei nostri: siue etiam exigentibus peccatis suis, vel parentum suorum: intra quæ interpono copiosam redēptionem pretiosissimi sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qui in hunc mundū veniens, principem vestrum vicit, non solum potentia: sed pretio sanguinis sui pretiosissimi: & ipsum superbū alligauit: vasa eius dirupit, spoliās principatus, & potestates, nos de potestate vestra iuste, & potenter eripuit. Et ipse benedictus Deus, & Dominus noster, & caput nostrum ascendens in cælum, dedit potestatem discipulis, & fidelibus suis vos eiciendi de corporibus hominum, dicens: In nomine meo dæmonia eicient. Et alibi duodecim Apostolis, & discipulis dixit: Dedi vobis virtutem, & potestatem supra omnia dæmonia, & virtutē inimici: de quorum numero nos indignos esse voluit. Nam ministerium nostrum in mēsa altaris transubstantiat substantiā panis, & vini in corpus & sanguinem suum. In hac ergo virtute, & potestate mihi præstata ab omnipotenti Deo, & Domino nostro Iesu Christo, te coniuro, immodè spiritus, siue vnus sis, siue plures quomodocunq; in hunc famulum Dei N. consignatū, & initiatū diuinis mysteriis temerè ingredi præsumpsisti, siue in cibo, siue in potu, siue in quacunq; malefica superstitione, vel præstigiis quibuscunq; super hunc famulum Dei factis. Et præcipio tibi in nomine Dei Pa ꝑ tris omnipotentis, & Fi ꝑ lij eius Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus ꝑ sancti, vt ex eas, & recedas ab hoc famulo Dei N. sine aliqua ipsius læsione: ita quòd de cætero ad ipsum non præsumas accedere, nec ad momentum in eo habitare, nec perturbare sensus eius interiores, vel exteriores à planta pedis vsq; ad verticem: neque humores commouere; neque in desiccationes ducere, vel quacunque imbecillitate vexare: neque horis diurnis, vel nocturnis eius quietem impedire. Quod si pertinaciter huiusmodi mandatis, & sententiis nostris, immò verius Dei, & Domini nostri Iesu Christi summi, & inuictissimi Imperatoris nostri obedire cū effectu contempseris, suppliciter exoramus eundem Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, quatenus per virtutem suæ sacratissimæ passionis, & per merita beatissimæ Virginis Mariæ, matris suæ benedictæ, & sanctorum Angelorum, qui vident reuelatam faciem Dei Patris omnipotentis: & per merita patrum nostrorum beatorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque sanctarum Virginum, quatenus, sicut contra illum contemptorem, & induratum Pharaonem, mittat Angelum suum sanctum contra

re, qui te catenis igneis alligatum cum sociis tuis apostaticis angelis mergi faciat in stagnum ignis ardentis, & sulphuris, vbi cruciaberis die, ac noctu, & fumus tormentorum tuorum ascendet in sæcula seculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Ex anti-  
quis exor-  
cismis.

**E**Rgo maledicte diabole, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternū propter tuam nequitiam, spiritus immunde, vbiq; latitas in corpore istius N. recognosce sententiā tuam, & cognosce sententiā iustissimā damnationis nequitie tue. Et licet inuitus, & coactus, contra tuam nequissimā voluntatē, da honorē Deo vivo, & vero, † da honorē Iesu Christo Filio eius Domino, & Salvatore nostro, da honorē Spiritui sancto paraclyto, † & recede ab hoc famulo Dei N. & nunquā de cætero ad ipsum accedas: quia istum sibi Deus, & Dominus nosier Iesus Christus ad suā sanctā gratiā, & benedictionem, fontēmq; baptismatis, dono suæ gratiæ vocare dignatus est. Et hoc signum sanctæ † Crucis quod nos in fronte eius damus, tu maledicte diabole, damnate, atq; damnande spiritus immunde, nūquā audeas violare, per nomen, & virtutē eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Hic Exorcista ponat manus suas super caput  
versati, & dicat. Oratio.*

Ex anti-  
quis exor-  
cismis.

**E**xpelle, Domine, diabolum ab hac creatura tua N. de capite, de capillis, de vertice, de fronte, de oculis, de lingua, de sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingivis, de ore, de palato, de cerebro, de paniculis cerebri, de ciliis, de superciliis, de pilis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de intestinis superioribus, & inferioribus, de femore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de vugibus, de ossibus, de neruis, de vèris, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis, de toto corpore suo intus, & extra, de quinque sensibus corporis, & animæ: nullumque locū habeat in ipsa intus, & foris amplius, vt sana, & salua fiat per inuocationem sanctissimi nominis Filij tui vnigeniti, & per inuocationem Spiritus sancti coæterni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam huius creaturæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius saluare, & saluam facere. Per eundem, &c.

EXOR

## EXORCISMVS III.

Optimus, & mirabilis efficacitæ contra  
Spiritus malignos.

*Exorcista genuflexus, corde firmo, & deuoto dicat.*

**Q**UOD DIVTORIVM nostrū in nomine Domini. R. Qui fecit cælum, & terram. V. Sit nomen Domini benedictum. R. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo. V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. V. Mitte ei Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere eum. V. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. A facie omnium malignorum spirituum. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**Eus, qui Beato Zenoni confessori tuo virtutem expellendi dæmones de quocūque loco tribuisti, presta quæsumus, vt per eius orationes, & merita mihi virtutē præbeas: vt istos dæmones, qui hanc creaturam tuam inuaserunt, expellere valeam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ex coniu-  
rationibus  
S. Zeno-  
nis.

*Oratio.*

**O**Mnes sancti Angeli, & Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cælorum, Cherubin, & Seraphin: qui non cessatis clamare ante Deum, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, fundite preces pias pro me fragili peccatore apud altissimum Deum, & Dominum nostrum, vt mei misereatur, & peccata mea misericorditer, & clementer dimittat: me liberet, me protegat, me defendat, me eripiat de omnibus tentationibus meis, & me sic faciat transire per bona temporalia, vt non amittam æternæ vitæ gaudia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Oratio.*

**O** Summe Michaël Archangele, ô princeps cælestis militiæ, ô præclare, atque summe decor, & minister, qui coram Deo vigilanter assistis, peto, vt tuis precibus mihi misero mortali faueas, vt pio Domino miserante, teque intercedente,

D 2 eripi

eripi merear à demoniaca deceptione, ac per te representari ante Dei maiestatem merear. Amen.

*Oratio.*

**D**eus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginam, Deus pater Domini nostri Iesu Christi inuoco nomen tuum, ac prælatæ maiestatis tuæ clementiâ simplex exopto, vt mihi auxilium præstare digneris aduersus hunc nequissimum spiritum. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculam per ignem. Amen.

*Hic Exorcista surgat, & dicat sequentem*

*Orationem.*

Ex cõiurationibus S. Zenonis.

**D**eus creator, & redemptor corporis, & animæ, esto propitijs huic tuæ creaturæ N. Anima Christi sanctissima sanctificet te. Corpus Christi gloriosissimum, & saluet te. Sanguis Christi sanctissimus & inebriet te. Sudor Christi virtuosissimus & sanet te. Pallio amarissima Christi & confortet te. Iesus Christus bonus & custodiat, & liberet te, & infra sua vulnera abscondat te, & ne permittat te separari à se ab hoste maligno defendat & liberet te, & in hora mortis vocet te ire ad se, & ponat te iuxta se, vt cum Angelis suis laudes eum in sæcula sæculorum. Amen. Ecce Crucem & Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, quia Christus vult vos persequi. Increatus Pa & ter, Increatus Fi & lius, Increatus Spiritus & sanctus. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Domine Iesu Christe, qui cælum, & terram fecisti, flumen Iordanis benedixisti, in quo baptizari voluisti: bene & dicere, & sanctificare digneris hanc creaturam tuam N. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Deinde lege sequentes Psalmos.*

*Psal. 67.*

**E**xurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis: sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Carate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnus moris in domo. Qui educit viuos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Deus cum egrederetis in conspectu populi tuicùm pertransires in deserto. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt

runt à facie Dei Synai, à facie Dei Israël. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est: tu verò perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea, parati in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa. Rex virtutum dilecti: dilecti & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios ceros: pennæ columbæ de argentate, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cœlestis reges super eam: niue dealbatur in Selmon, mons Dei mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons, in quo, beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in firmo. Curtus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in Synai in sancto. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum. Benedictus Dominus die, quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Deus noster, Deus saluos faciendi: & domini Dei exitus mortis. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulatum in dilectis suis. Dixit Dominus ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris. Vt intingat pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Præueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuencularum tympanitriarum. In Ecclesijs benedicite Deo Domino, de fontibus Israël. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthalim: Munda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. A Templo tuo in Hierusalem, tibi offerent Reges munera. Increpa ferarum arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento. Dissipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto, Æthiopia, præueniet manus eius Deo. Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, psallite Deo, qui ascendit super cælum cœli, ad Orientem. Ecce dabit voci suæ, vocem virtutis: date gloriam Deo super Israel, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis Deus Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Gloria Patri, &c.

*Psalmus.*

**Q**ui habitat in adiutorio, altissimi: in protectione Dei Psal. 90.  
cœli commorabitur.

Dicit Domino susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. Sicut circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & daemone meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculus tuus considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutarem meum.

Gloria Patri, & Filio, Spiritui sancto, &c.

*Hoc factò, dic viriliter, & cum magna audacia alta voce, & cum magna fide, & spe.*

#### CONIURATIO.

**O** vos nefandissimi spiritus rebelles Dei omnipotentis, qui vestra iniquitate, vt inimici humani generis: & vt vltimo ad ignem æternum destinati estis, quod nullo modo fugere potestis: proditores iniqui, qui hanc creaturam Dei N. inuadere presumpistis. Ego auctoritate Domini nostri Iesu Christi, inuocatione sui sanctissimi nominis vos per ipsam coniuro, & exorcizo, cogo, & constringo, & vobis in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, precipio, & impero, & mando, quòd statim, & immediatè, omni mora post-

posita, mihi nomina vestra, & causam quare super hanc personam venistis: & totum esse vestrum, & omnes condiciones vestras sine fallitare, & fallacia manifestatis mihi: ita certè sicut in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud Deum: & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: & sicut predictum Dei verbum caro, id est homo, factum est, & habitauit in hunc mundum, verus Deus, verus homo, verus Christus, vna persona predicans Euangelium salutis: vos immundos spiritus de corporibus hominum pellendo, & infirmos sanando: & sicut ipse Christus, perfectum verbum Dei, factus est obediens Deo Patri vsque ad mortem Crucis, & ipso mortuo, anima eius sanctissima, dimisso corpore in Crucem, ad inferos descendit: & deuictis principibus infernalibus viriliter ligauit Luciferum: & deuicta tota potentia infernali, inde animas sanctorum patrum extraxit: & tertia die resurrexit: & die quadragesima caelum ascendit: sedet ad dexteram Dei Patris: & inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, dando predestinatis regnum æternum: & vobis reprobatis, tanquam Dei rebellibus, ignem perpetuum infernalem: & sicut omnia ista verba vera sunt, ita virtute ipsorum nullo modo deinceps mihi nomina vestra, & causam, quare istam Dei creaturam N. sic inuasistis, & molestastis, nec tacere possitis: & immediatè, omni mora postposita, in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi recedatis ab hoc famulo, & creatura Dei N. & ipsam sanam, vt inuasistis, relinquatis, nunquam ad eam amplius redeunt: & ad locum, vbi deinceps nullum Christianum ledere possitis, protinus ire festinetis, per illam virtutem, & potentiam, qua Lucifer & ceteri prauis, & rebelles Angeli de caelo empyreo ad ima caeli sunt: alioquin in virtute Domini nostri Iesu Christi Nazareni Crucifixi, & per virtutem sanctorum nominum vos in stagnam ignis, & sulphuris precipito, & æternaliter condemnato. Amen.

*Hic Exorcista conetur scire nomina, & condiciones demonum existentium in corpore vexato, ipsos arctando preceptis, & deorsus comminationibus. Postea legantur sequentes coniurationes.*

#### CONIURATIO.

**C**hristi nomine inuocato. Ego peccator auctoritate ipsius Domini nostri Iesu Christi, quam suis Apollolis & eorum successoribus, & omnibus in ipsam credentibus

Luc. 9.

dedit, dicens suis Apostolis: Ecce dedi vobis potestatem super omnes malignos spiritus & virtutes eorum: & in alio loco ait. Signa eos, qui in me crediderunt, hæc sequetur. In nomine meo demonia eicient, & super agros manus imponet, & bene habebunt. Ideo præfata auctoritate, cum sum (licet immeritus) de numero in ipsum credentium, vos, vel te coniuro, & contestor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & constringo vos omnes nefandissimos, & Dei rebelles spiritus immondissimos, dignos vestrorum immanissimorum, & nefandissimorum scelerum, & æterni, ac infernalis ignis, & vobis plenis omni superbia, & rebellionem, falsitate, abusione, spurcicia, & dolo strictissime impero, & mando per omnipotentiam Dei Patris, & per sapientiam Filij, & per virtutem Spiritus sancti, & per sanctissimam Trinitatem, & per immensitatem, æternitatem, pulchritudinem, nobilitatem, & excellentiam Dei: ita quod omnis vestra potentia, & cuiuscunque alterius vobis fauentis sit ligata deinceps: ut sicut ipse est Deus omnium, à quo omnia, per quem omnia, cui omnis decor, & gloria, convenit, quem omnes tam cælestes, quam aëreæ, & infernales potestates adorant, & contremiscunt, ita statim, & immediate, omni mora postposita, per nomen, & in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi recedatis ad hæc creatura Dei N. & ipsam sanam, ut inuenistis, relinquatis, nunquam ad eam amplius redeuntibus, & ad locum, ubi deinceps nullam creaturam Dei laedere possitis, protinus ire festinetis, & per illam virtutem, & potentiam, qua Lucifer, & pravi alij rebelles Angeli de cælo empireo ad ima eiectione sunt, alioquin in virtute Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipito, & æternaliter condemno. Amen.

## CONIVRATIO.

Coniuro & vos superscriptos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hæc creaturam Dei N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellionem non cessatis, per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: & per sanctam Mariam genitricem Dei, & per omnia, quibus in nomine Iesu Christi cogi, & constringi potestis, ut statim exeatis, & fugiatis de vase isto, & plasmate Dei, & nec istam creaturam, nec me, nec aliquam personam offendatis. Contradicat vobis & Filius Dei vivus, qui est initium omnium creaturarum. Contradicat vobis & sanctus Michael. Contradicat vobis & sanctus Gabriel. Contradicat vobis & sanctus Raphael. Contradicant vobis & omnes virtutes cælorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Symboli  
Athanasi.

Apoc. 12.

Ioan. 1.

sancti. Amen. Alioquin in virtute Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti auctoritate Domini nostri Iesu Christi, per omnia supradicta, sit Lucifer nefandissimus spiritus ille, cum omnibus furis, & pœnis infernalibus, contra vos omnia sua indignatione, & furia indignatus, insurgat, & irruat, & vos statim affigat, & vsque ad diem Iudicij tanquam crudelis minister Dei, omnibus pœnis infernalibus cruciet, per omnia supradicta per me. Amen.

## CONIVRATIO.

Item districtius, & fortius auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hæc Dei creaturam N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellionem non cessatis, coniuro, & constringo vos per omnia supradicta, & per omnia illa, quibus in nomine Iesu constringi, & cogi potestis, maxime coniuro vos per Incarnationem, Natiuitatem, Baptismum, & sanctum ieiunium Christi, per Passionem, Mortem, Crucem, Resurrectionem, & Ascensionem Domini nostri Iesu Christi, & per omnem vitam eius benedictam, & per aduentum Spiritus sancti paraclyti: & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes Patriarchas, & Prophetas, sanctos patres veteris Testamenti, & omnem fidem, spem, charitatem, & iustitiam eorum, & per omnem vitam, & omnia bona opera ipsorum, & per totum vetus Testamentum, & omnia myteria in ipso contenta, ut ab hac creatura Dei N. recedatis. Amen.

## CONIVRATIO.

Item coniuro & vos nefandissimos, & abominabiles spiritus, per potentissimum, & corroborantissimum Deum, per fortem, & admirabilem: per excelsum, ineffabile, & inuisibilem Deum: & per hæc sanctissima nomina Dei omnipotentis, & per virtutem ipsorum vobis impero, scilicet Tetragrammaton & Heloy & Adonay & Emmanuel & Messias & Agyos & Otheos & Yschyros & Athanatos & Sabaoth & Rex & Index & Dux & Lux & Legifer & Pater & Magister & Principium & Verbum & Homosion & Alpha, & Omega & Imago & Sapientia & Ostium & Via & Vita & Stella matutina & Propheta & Petra & Vitis & Clavis & Virtus & Primogenitus & Altissimus & Agnus & Ovis & Sponsus & Primus & Nouissimus & Creator & Redemptor & Pastor & Splendor & Præceptor & Sol & Flos & Sacerdos & Pontifex & Veritas & Charitas & Unigenitus & Fons & Paracliticus & Mediator & Iesus & Dominus & Deus & Omnipotens & Æternus. Et in virtute, & per virtutem illius sanctissimi nominis Dei Iehoua, & omnium

Explicatio  
horum  
nominum  
quare supra  
cap. 9.

aliorum nominum eius, & omnium conuentionum, alligacionum, vinculorum, & mandatorum cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, quibus aliquo modo in nomine Iesu Christi potestis conuerti, constringi, ligari, vel fugari, vel de loco ad locum mitti, vel cruciari, torqueri, vel ad pœnas aliquas damnari, sit vobis ipso facto omnis locus, & omnis situs interdictus, præter centrum mundi: & ego vt minister Christi in stagnum ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno, & ibidem virtute omnium supradictorum vos maledico, & vsque in profundum abyssi, vsque in diem iudicij proicio, & relego, vt sitis subiecti omnibus pœnis infernalibus acrius, & durius Lucifero: quia fuistis rebelles tantis, & tam sacratissimis nominibus, & mysteriis Dei: & vobis in virtute, & per virtutem omnium supradictorum præcipio, vt recedatis immediate ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, vt vobis superius dixi, & iniunxi, & ab isto instanti in posterum semper virtute omnium supradictorum: & in nomine, & virtute Domini nostri Iesu Christi, sit ligata omnis vestra potentia, & cuiuslibet alterius vobis fauentis, resistendi mandatis meis, imò mandatis Christi cuius auctoritate, & officio nunc fungor (licet immeritus) sicut ipse voluntarie ad columnam ligari, & cruci affigi dignatus est. Amen.

*Et si nec audire, nec obedire voluerit, accipe ignem, & sulphur, & demoniacum, velit, nolit, diu super dictum sulphur, & ignem facis fumigari, donec de omnibus, que tibi placuerim, dixerit veritatem.*

CONIVRATIO.

Iterum coniuo vos supradictos spiritus Dei rebelles, quibus data est potestas super istud corpus, & super omnia corpora humana, que vexantur per Patrem, & Filium, & Spiritum ꝑ Sanctum, vt subito recedatis. Coniuo ꝑ vos, & impero vobis per omnes sanctas Virgines, & Continentes. Coniuo ꝑ vos, & impero vobis per sanctam Mariam Magdalenam, Catherinam, Agnetem, Luciam, Agatham, Margaritam, Dorotheam, Vrsulam, & societatem suam, Annam, Elisabeth, & ceteras Dei Virgines, Viduas, & continentes, vt exeat. Iterum coniuo ꝑ vos supradictos spiritus Dei rebelles per beatissimam Virginem Mariam, matrem Domini nostri Iesu Christi, ꝑ Nativitatem suam, ꝑ Virginitatem suam, ꝑ Cœceptionem suam, ꝑ sanctissimum lac suum, quod proprio ore suscepit, qui vocatus est Alpha, & Omega ꝑ Ya ꝑ Saday ꝑ Emmanuel ꝑ Tetragrammaton: ꝑ merita sua, & per omnia

bona,

bona, que dici, & cogitari possunt de beatissima Virgine Maria, & per omnia nomina beatissimæ Virginis Mariæ, scilicet Virgo ꝑ Flos ꝑ Nubes ꝑ Regina ꝑ Theotocos ꝑ Imperatrix ꝑ Domina ꝑ Aurora ꝑ Ancilla ꝑ Ortus ꝑ Fons ꝑ Puteus ꝑ Luna ꝑ Sol ꝑ Porta ꝑ Domus ꝑ Beata ꝑ Gloriosa ꝑ Pia ꝑ Aula ꝑ Rubus ꝑ Scala ꝑ Stella ꝑ Turris ꝑ Auxilatrix ꝑ Arca ꝑ Thalamus ꝑ Margarita ꝑ Tabernaculum ꝑ Amica ꝑ Vellus ꝑ Pulchra ꝑ Mater ꝑ Alma ꝑ Speciosa ꝑ Formosa ꝑ Benedicta ꝑ Sponsa ꝑ Maria, ꝑ & per omnia supradicta vobis impero, & in stagnum ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno: & sicut beata Virgo Maria, & supradictæ Dei Virgines, Viduæ, & Continentes gaudent eum Christo gloria æterna, ita vos immediate, in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem suæ passionis recedatis subito ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione: vt superius vobis iniunxi: alioquin per omnia supradicta sitis ipsis facto lapsi indissolubiter in omnem damnationem, & pœnam superius dictam, & expressam, tanquam Dei rebelles. Amen.

Horum  
expositio-  
nem quar-  
re sup.  
cap. 10.

CONIVRATIO

Iterum ad hæc fortius, & districtius vos coniuo ꝑ per omnia supradicta, & per omnia, quibus fugari potestis, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi: vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei N. occupate, & molestare vestra rebellionem obstinata non cessatis, coniuo, ꝑ conestor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & constringo per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, quorum gloria, & societate vestris sceleribus iustissime perenniter priuati estis, & per hæc sanctissima nomina Angelorum Dei, Michael, Gabriel, Raphael: & per omnia alia nomina Angelorum, quod statim, & sine mora, sicut vos, & ceteri reprobat, merito, societate, & gloria præfatorum sanctorum Angelorum perenniter priuati estis, & pœnis infernalibus deputati: & sicut prædistanti cum supradictis sanctis Angelis gloria æterna gaudebunt, & Deo fruuntur, & vos perenni infernali igne merito cruciabimini cū Lucifero, & aliis sibi subiectis in pœnis infernalibus ardentibus: ita vos nunc statim, & sine mora immediate, tanquam deuicti, & fugati auctoritate, & potestate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, ab hac creatura Dei N. recedatis: & ad locum desertam eatis, vbi nullam creaturam deinceps molestare possitis, omni mora, & occasione postposita: &

Luc. 9.

Math. 27.

hanc

hanc creaturam Dei, quam tanto tempore molestastis, amodò relinquantis eam, & in sua pristina sanitate dimittatis, & nunquam ad ipsam deinceps redire, nec molestare valeatis: alioquin in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni, per omnia supradicta, sit Lucifer nefandissimus spiritus ille, cum omnibus suis subditis, & cum omnibus furis, & pœnis infernalibus, tunc contra vos omni sua indignatione, & furia indignatus, surgat, irruat, & vos statim per omnia supradicta in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi trahat, & usque ad diem Iudicij, tanquam crudelis minister Dei, ibi vos omnibus pœnis infernalibus acriter cruciet per omnia supradicta. Amen.

## CONIVRATIO.

Iterum coniuro vos supradictos spiritus Dei rebelles nominibus, & mysteriis Dei, & auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifici vobis strictissime impero, per omnes sanctos eius Pontifices, Doctores, Confessores, Monachos, & Eremitas, Sacerdotes, & Leuitas, scilicet Gregoriū, Ambrosium, Cyprianum, Geminianum, Bernardinum, Franciscum, Dominicum, Paulum primum eremitam, Antonium, & beatum Nicolaum de Tolentino, & per omnem eorum benedictam vitam: & per omnia merita, orationes, operationes eorum. Et sicut Angelus ligauit serpentem tortuosum, ita omnis vestra potentia, & cuiuslibet alterius vobis fauentis sit ligata, per hæc sanctissima Filij Dei nomina, & virtutem ipsorum, scilicet, Primogenitus, & Sapientia, & Virtus, & Sol, & Splendor, & Lux, & Gloria, & Panis, & Fons, & Salus, & Mons, & Ostium, & Petra, & Verbum, & Sponsus, & Pastor, & Propheta, Mediator, & Agnus, & Ovis, & Vitis, & Veritas, & Via, & Vita, & Leo, & Lumen de lumine, & quod immedatè, sicut ipsi supradicti sancti gaudent cum Christo, & ceteri beati in gloria æterna: ita vos recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & ea conditione, vt supernis vobis sapè mandauit, alioquin per omnia supradicta strictissime, & potentissime, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifici ex nunc mando, & impero Luciferi, & omnibus furis infernalibus, vt statim, & sine mora contra vos insurgant & irruant, ac in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi indispensabiliter ducant, ligent vos omnibus pœnis simul, nulla deficiente, & vos Dei, & sanctorum nominum eius rebelles crucient, & affligant usque ad diem Iudicij. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Apo. 20.

Ecclesia  
Romana.

EXOR.

## EXORCISMVS IIII.

Terribilis, & maximæ efficaciam aduersus dæmones opprimentes corpora humana.

*Exorcista accessurus ad exorcizandum, peracta prius sacramentali confessione, corde puro, & deuoto genuflectens ante imaginem Crucifixi dicat Psalmum.*

**M**ISERERE mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, &c. *rotum.* V. Ab occultis meis munda me, Domine. R. Et ab alienis parce serue tuo. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

**D**EUS, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt me, & hunc famulum tuum, quos delictorum catena constringit, miseratio tue pietatis clementer absoluat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

**D**EUS, qui sanctis Apostolis tuis dedisti virtutem expellendi dæmones de quocunque loco: presta quæsumus, vt per eorum merita, & intercessionem mihi præbeas virtutem, vt hos dæmones, qui hunc famulum tuum N. vexant, expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuas, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

**D**EUS cæli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarchum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Cōfessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viuentium: Deus, quem omnis lingua confiteretur, & omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum: Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, & requiem post laborem, & non est aius Deus præter te, nec esse potest verè Deus, vbi tu es auctor, & regni tui non erit finis: te humiliter inuoco, Domine Deus meus, & misericorditer maiestatem tuam gloriosissimam supplico, vt non respicias peccata mea innumerabilia, neque pec-

caza

cata istius creaturæ, sed secundum tuam misericordiam, hunc famulum tuum N. de immundis spiritibus liberare digneris, & eum ad gratiam veræ liberationis misericorditer perducere digneris: ut te æterne Deus, qui es Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Moyſi, Deus Aaron, Deus Tobie, Deus Eliæ: te humiliter deprecor, omnipotens æterne Deus, ut famulum tuum de tentationibus spirituum immundorum liberare iubeas, & permittas: quia ipsi immundi spiritus ab initio fuerunt fallaces, & nunquam steterunt in veritate, sed semper in malitia iniquitatis, superbix, vanitatis & cupiditatis assistunt, qui famulum tuum N. iniuriis, perturbationibusque fatigant. Iube etiam Domine Deus, Angelis tuis benignis, ut ipsi destruant, & præcipitent in profundum abyſſi inimicos tuos malignos, & isti antiqui serpentes crudelissimi deuoratores langueſcant, & subito dissipentur, & omnes socij eorum: sicut percussisti in ira tua Domine, & in furore tuo Sodomam, & Gomorram: sic iubeas omnes inimicos tuos malignos, & aduersarios percutere, qui hunc famulum tuum N. fatigant, occupant, & decipere cupiunt: non in eius corpore latere possint, quin se manifestent: nec in nullo indumento vestium, nec compagine membrorum sui corporis malignitatis viam obtinere, nec occupare valeant, quod tu Domine de terra formasti: ossa, nervos, & spiritum dedisti, ut per gloriam tui nominis, Domine, & Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & per virtutem sue sanctissimæ Crucis dissipentur, sicut stipulam ante faciem ventis: sicut deficit fumus, ita deficiant, & pereant, & dissipentur omnes demones ab anima, & corpore famuli tui N. & pergant ad loca deserta, & arida: vbi sancti, & iusti non habitant, quia tu, Domine, nos non auro, nec argento, neque gemmis pretiosis comparasti, sed tuo sanguine pretioso, & sanctissimo corpore per Passionem tuam nos redemisti Iesu Christe Saluator mundi: quem laudant Angeli, tibi laus, tibi gloria per æterna seculorum secula. Amen.

*Hic Exorcista surgens ab oratione dicat.*

*Sequentia S. Euangelij secundum Marcum.*

Cap. 5. **I**n illo tempore: Venit Iesus trans fretum maris in regione Gerasenorum: & exiit ei de navi statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis: & neque catenis iam quispiam poterat eum ligare: quoniam sæpe compedibus, & catenis vinctus dirupisset catenas, & compedes comminisset, & nemo poterat

poterat eum domare: & semper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & occidens se lapidibus. Videns autem Iesum à lōgè cucurrit, & adorauit eum: & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi Iesu Fili Dei altissimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat illi Iesus. Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum: quod tibi nomen est? Et dixi ei. Legio nomen est mihi: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens in agris. Et deprecabatur eum spiritus, dicens: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis Iesus statim. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mari ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascabant eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt videre, quid esset factum, & venerunt ad Iesum, & viderunt illum, qui à dæmonio vexabatur, sedentem, & vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui viderant qualiter factum esset ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare eum coeperunt, ut discederet de finibus eorum. Cumque ascenderet nauim, cepit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, ut esset cum illo: & non admisit illum. Sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & nuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abiit, & cepit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. *R. Laus tibi Christe.*

*His expletis, Exorcista accedat ad obsessum, & signando ipsum in fronte, dicat.*

Hel † Heloym † Heloa † Heheye † Tetragramaton † Adonay † Saday † Sabaoth † Sother † Emmanuel † Alpha, † & Omega † Primus † & Nouissimus † Principium, † & finis † Agnos † Yschyros † Otheos † Athanatos † Agla † Iehoua † Homouſion † Ya † Christus vincit † Christus regnat † Christus imperat, † Inceatus Pater † Inceatus † Filius † Inceatus Spiritus † sanctus Iesus † Christus. † Per signū Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

CONIVRATIO.

**E**GO vos coniuro, † & adiuro, contessor, & exorcizo per Deum, diuinitatem, increationem, immensitatem, æternitatem, gloriam, maiestatem, immortalitatem, impassibilitatem, immutabilitatem, incomprehensibilitatem, potentiam, iustitiam, clemenciam, sapientiam, pulchritudinem, misericordiam, benigni

D. Hiero.  
vbi supra.

De sum.  
Trinitate.



Symbolū  
Athanasi.

benignitatem, bonitatem, sanctitatem, gratiam, & influentiam potentissimi, & corroborantissimi Dei viui omnipotentis, cui omnes obediunt creaturæ: & per admirabilem præordinationem Dei, quam habuit ab æterno, ut suum mitteret Filium Iesum Christum, per quem sæculum saluabitur. Iterum coniuro, † & adiuro vos, contestor, & exorcizo per vnum Patrem, per vnum Filium, per vnum Spiritum sanctum: per vnam Trinitatem, per vnam unitatem in Trinitate, per vnum incarnationis verbi mysterium, per vnum omnipotentem, per vnum æternum, per vnum immortalē, per vnum impassibilem, per vnum incōprehensibilem, per vnum incorruptibilem, per vnum omnium conditorem, per vnam Christi in carne natiuitatem, per vnam Christi circumcisionem, per vnum baptismum, per vnam Christi mortem, per vnum Christi descensum ad inferos, per vnam Christi resurrectionem, per vnam Christi ascensionem in cælum per vnam orthodoxam Ecclesiam, per vnam fidem Catholicam, per vnum diem nouissimum, per vnam Christi Crucem, ut sine mora recedatis ab hac creatura Dei N. eo modo, & conditione, ut superius vobis sæpè mandauimus, sine nocumento sui & omnium Christianorum, & faciatis taliter, ut possim scire quæ queram: alioquin per omnia supradicta strictissime, & potentissime, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi ex nunc mado, impero Lucifero & omnibus furiis infernalibus, ut statim, & sine mora contra vos insurgant, & irruant, & in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi indispensabiliter præcipitent, ligent, & affligant. Amen.

## CONIVRATIO.

Iterum coniuro, † & adiuro vos spiritus per omnia supradicta, & per omnia, quibus fugari potestis, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei occupare, & molestare vestra obstinata rebellionē nō cessatis: & indissolubiliter vos constringo per maiestatem ipsius, cuius pulchritudinem Sol & Luna admirantur: ira Domini super vos descendat. Coniuro vos † per sanctissimam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: & per potentiam † Sapientiam † Imperium † & unitatem omnipotentis Dei viui, & Domini nostri Iesu Christi, † & per annuntiationem suam, † & per circumcisionem suam, † & per sacrum baptismum suum, † per prædicationem suam, † & per doctrinam suam, & per penas suas. & per Crucem, † in qua crucifixus fuit & per clauos, cum quibus affixus fuit in Cruce, †  
per

Pid. 148.

Lac. 2.

per coronam spineam, quam in capite suo portauit, & per lanceam, qua latus eius apertum fuit, † & per sanguinem & aquam, quæ de latere eius exiuit, † per sanctissima verba scripta in Cruce, scilicet, Iesus Nazareus Rex Iudæorum. Marc. 26.  
Coniuro † vos per mortem Christi, & per resurrectionem eius, & per apparitionem eius, & per sacrum corpus eius, & per sacram animam eius, & per sacrum spiritum eius, & omnia bona opera eius, & per omnia, quæ dici, & cogitari possunt de Creatore omnium creaturarum: & per tremendum diem Iudicij, quod statim recedatis ab hac creatura Dei N. sine nocumento sui, & omnium Christianorum. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen.

*Hic Exorcista accipiat Rutam benedictam benedictione propria posita infra: & illam supponens naribus obsessi, dicat.*

## CONIVRATIO.

Per ipsum te exorcizo, † & adiuro, & contestor, quem in Monte tentasti, & dixisti: Si Filius Dei es, mitte te deorsum: & dic ut lapides isti panes fiant. Per ipsum te exorcizo, † & adiuro, qui locutus es ad te, dicens: Vade Satana, non tentabis Dominum Deum tuum, sed ipsum adorabis, & illi seruias. Adiuro te † per omnes Apostolos Christi. Adiuro te † per omnes Martyres Christi, † per omnes Cōfessores Christi, † per omnes Virgines Christi, † per omnes ministros Christi. Adiuro te † per Crucifixum Saluatorem, per Michaelē, Gabrielem, & Raphaelē. Adiuro te † per tremendum diem Iudicij, † per resurrectionem Saluatoris, † per Patriarchas, & Prophetas, † per Principem Apostolorum sanctum Petrum.

*Impropria contra demones,*

Adiuro te † per Deum Abraham, Isaac, Iacob, & per Crucem † Domini, per Pa † trem, per Fi † lium, & Spiritum † sanctū. Spiritus imunde, miserimè tentator, fallax, pater mendacij, hæretice, fatue, bestialis, furiose, tui Creatoris inimice, luxuriose, insipiens, crudelis, inique, prædo, bestia, serpens, & sus macra, famelica, & immundissima, bestia eruginosa, bestia scabiosa, bestia truculentissima, bestia omnium bestiarum bestialissima, eiecte de Paradiso, de gratia Dei, de loco inenarrabili, de consortio, & societate Angelorum, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam, & nequitiam tuam, scelerate, & nefande, maledicte,

E ledicte,

Iediste, & excommunicate, blasphemate, damna-  
nate, & excommunicate, blasphemate, damna-  
nate, ut amplius non habites in hac creatura Dei N. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuro ✠ te, spiritus maligne, ex parte sanctæ Dei ge-  
nitricis, semperque Virginis Mariæ, & sui Filij charissimi,  
& per benedictum lac, in quo ipsum nutriuit, & per benedi-  
ctum velum, in quo inuoluit eum, quatenus, spiritus maligne,  
cum sociis tuis recedas ab hac creatura Dei N. Coniuro ✠  
vos per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per san-  
ctam Trinitatem, & per genitricem Dei inuolatam Ma-  
riam, & per nomen Alpha, & Omega, Primus, & Nouissi-  
mus, Principium, & Finis, Emmanuel, Adonay, per Sabaoth  
magnam nomen Dei. Coniuro ✠ vos per incarnationem,  
& natiuitatem Dei. Coniuro ✠ vos per Angelos, & Archan-  
gelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Vir-  
tutes, Cherubin, & Seraphin, Apostolos, & Euangelistas, per  
omnes sanctos Innocentes, per Martyres, & Confessores, Vir-  
gines, & Viduas, & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei. Coniu-  
ro ✠ vos per Filium Dei viui, qui in Cruce suspensus fuit pro  
nobis peccatoribus, & per illum, qui venturus est iudicare  
vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Coniuro ✠ vos  
per sanctum Mathæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Per  
vndecim millia Virgines, quia Christus vincit, Christus re-  
gnat, Christus imperat. Coniuro ✠ vos per bonitatem Christi,  
✠ Per annuntiationem Christi, ✠ Per circumcisionem, ✠ Per  
apparitionem, ✠ Per baptismum Christi, Per eius mirabilia, ✠  
Per tentationem Christi: ✠ Per humilitatem eius, qua pedes,  
suorum Discipulorum lauit, ✠ Per passionem Christi, ✠ Per  
coronam spineam Christi, ✠ Per acetū, quo potatus fuit, ✠ Per  
lanceam, qua perforatus ✠ fuit, Per sanguinem, & aquam, quæ  
de latere Christi exiuit, ✠ Per inuocationem, qua Christus in  
Cruce pendens clamauit, dicens: Hely Hely lama sabathani, ✠  
Per sepulchrum Christi, ✠ Per sudarium, quod fuit circa cor-  
pus eius, ✠ Per potentiam Christi, qua reuixit à mortuis,  
✠ Per totam curiam cælestem, & per virtutem omnium San-  
ctorum vos coniuro, ✠ vobisque præcipio, vt immediatè sine  
mora recedatis ab hac creatura Dei N. sine nocumento sui: &  
faciatis taliter, vt possim scire veritatem. In nomine Pa ✠ tris,  
& Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

## CONIVRATIO.

**E**rgo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, &  
recognosce sententiam iustissimæ damnationis nequitia-  
e tuæ: & licet inuitus, & coactus contra tuam nequissimam  
volun-

voluntatem: da honorem Deo ✠ viuo, & vero Iesu Christo ✠  
Filio eius Domino nostro, da honorem Spiritui ✠ sancto pa-  
raclito, vt exeat, & recedas ab hac creatura Dei N. quia ipsam  
Deus, & Dominus noster Iesus Christus, ad suam sanctam  
gratiam vocare dignatus est: hoc signum sanctæ Crucis, ✠  
quod ei in fronte damus, tu nunquam maledicte diabole au-  
deas violare, sed recede adiuratus per eum, qui venturus est  
iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, & te, diabo-  
le humani generis inimice. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, &  
Spiritus ✠ sancti. Amen.

*Hic interroga de nomine, de socijs, de exitu, & de omni-  
bus alijs concernentibus ad liberationem  
obsessi: Postea sic sequere.*

## CONIVRATIO.

**I**terum fortius, & districtius coniuro, ✠ adiuro, exorcizo,  
Icogo, & constringo vos omnes nefandissimos, & Dei rebel-  
les spiritus immundissimos dignos vestrorum immensorum,  
nefandissimorum scelerum, æternique, & infernalis ignis: &  
vobis plenis omni superbia, rebellionem, falsitate, abusione,  
spureicia, & dolori strictissime impero, & mando per potentissi-  
mum, & corroborantissimum nomen Dei EL. forte, & admi-  
rabile, atque impero per eum, qui dixit, & facta sunt: & per  
omnia ipsius nomina. Per ipsum te coniuro, ✠ per quem Noë *Genel. 7.*  
liberatus fuit cum tota sua familia ab aquis diluuij. Et per  
eum te coniuro, ✠ per quem Isaac liberatus fuit de occisione *Genel. 22.*  
patris sui Abrahæ. Coniuro, ✠ vos supradictos Dei rebelles, ac  
viriliter impero per illum, quem Iacob audiuit secum luctan-  
tem, & liberatus fuit de manu Esau fratris sui. Cōiuro, ✠ atque *Genel. 32.*  
viriliter impero vobis supradictis spiritibus Dei rebellibus  
per Deum sanctum; quem Moyses in monte Oreb audiuit, & *Exod. 33.*  
meruit loqui cum ipso, & eum audire in flamma loquentem.  
Per ipsum te exorcizo, ✠ quem Moyses nominauit, & om- *Exod. 7.*  
nes aquæ fluminum, & paludum de terra Ægypti versa sunt  
in sanguinem, & computruerunt. Et per illum te ✠ adiuro,  
quem Moyses nominauit, & omnes fluuij ebullierunt, ranæ *Exod. 8.*  
que ascenderunt in domos Ægyptiorum omnia destruen-  
tes. Per eum te adiuro, ✠ quem Moyses nominauit percu-  
tiens puluerem terræ, & facti sunt sciniphes, in omnibus iu-  
mentis Ægypti, ipsos grauando, & molestando. Per isum te *Ibidem.*  
coniuro ✠ quem Moyses nominauit, & grauis pestis percuf-  
sit omnes asinos, boues, & camelos, & mortui sunt. Con- *Ibidem.*

iuo ✠ vos per Deum, per quem Moyses tulit cinerem, & illum sparſit in aërem, & facta ſunt vulnera veſicarum in hominibus, & iumentis in omni terra Ægypti. Per ipſum te exorcizo, ✠ quem Moyses nominauit, & fuit grando talis, qualis non fuit ab initio mundi vſque ad præſens tempus: ita quòd homines, & iumenta, quæ erant in agris, ceciderunt, & mortua ſunt. Per ipſum te adiuro, ✠ quem Moyses nominauit, & fuerunt loeuſtæ, & apparuerunt ſuper faciem terræ, & deuorauerunt, quæ reſidua fuerunt grandini. Coniuo vos ✠ per illum, quem Moyses nominauit, & tenebræ factæ fuerunt horribiles tribus diebus, & tribus noctibus. Et per eum, quem Moyses nominauit, & omnia primogenita Ægypti perierunt. Per ipſum te adiuro, ✠ quem Moyses nominauit, & totum populum Iſraeliticum de captiuitate potenter liberauit.

## CONIVRATIO.

Coniuo ✠ vos, adiuro, conteſtor, exorcizo, atque viriliter impero vobis ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus, per Deum, quem Moyses nominauit, & mare obediuit, & diuiſum eſt, & interierunt omnes curus Pharaonis. Per illam potentiam coniuo ✠ vos, per quam percuffæ ſunt petreæ, & innumerabiles aquæ emanauerunt. Per ipſum te adiuro, ✠ quem Moyses in monte Sinai audiuit, & meruit tabulas manu ipſius ſcriptas de manibus eius accipere. Coniuo ✠ vos, adiuro, atque viriliter impero vobis ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus, per eum, per quem Iſue pugnavit cum inimicis ſuis, & habuit victoriam. Et per illum, quem ſanctus David nominauit, & liberatus fuit de manibus Goliath. Coniuo ✠ vos per eum, quem Elias exorauit, vt non plueret ſuper faciem terræ, & non pluit per annos tres, & menſes ſex: & iterum orauit, vt plueret, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Adiuro vos ✠ per illum, quem Eliſeus nominauit, & ſuſcitauit filium Sunamitidis. Et per illum, per quem Hieremias præſciuit captiuitatem Ciuitatis Hieruſalem. Et per illum, per quem Daniel deſtruxit Bel, & draconem interfecit. Coniuo vos ✠ per illum, quem tres pueri in camino ignis ſtantes nominarunt, & liberati ſunt illaſi: & per omnia nomina omnipotentis Dei viui, & veri, qui vos de cælo, & excelſo throno veſtra culpa cecidit, vos vique ad infernalem locam ex parte eius præcipito, & condemno. Amen.

## CONIVRATIO.

Coniuo vos, ✠ conteſtor, & exorcizo, adiuro, atque viriliter mando, & impero ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus.

libus, per eum, qui dixit, & facta ſunt: eni obediunt omnes creaturæ: & per tremendum diem Iudicij ſummi Dei, & per quatuor animalia circa ſedem maiestatis Dei gradientia, oculos ante, & retro habentia: per illam ſanctam æternitatem, quam Deus habet: & per nomina, quæ dicuntur de Filio Dei: & per ineffabilem ipſius Creatoris virtutem, & omnipotentiam: & per ſummam ſapientiam ipſius omnipotentis Dei, & per ſanctiſſimum nomen eius, per quod timeret, & tremunt omne ſæculum, quod eſt Ieſus. Et per nouem choros Angelorum, vt incontinenter ſine aliqua ſimulatione, fallacia, ſine ſtridore mecum loquamini, nihil mentiendo, nihil lædendo, ſed potius iuſſionibus meis obediendo, & quæ præcipiam diligenter adimplendo: & ſicut per nomen Dei, quod Moyses nominauit, abſorpti fuerunt à cauernis abyſſi Dathâ, & Abiron: ſic in virtute illius ſanctiſſimi nominis maledico vos, & vſque in profundum abyſſi vſque ad diem iudicij proiicio, & relego. Amen.

*Hic Exorcista habeat incenſum benedictum propria benedictione, & proyiciendo ipſum ignem ſimiliter benedictum, dicat.*

## Oratio.

Adonay, Saday, Elohy, per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui, Domino ſancte Pater omnipotens æterne Deus, dona nobis auxilium tuum ſuper fumam huius incenſi: vt ſit in noſtro adiutorio ad expellendum ſpiritus iſtos maledictos, qui hanc imaginem, & ſimilitudinem tuam derinent. Sicut aſcendit fumus aromatatum in conſpectu tuo, Domine Ieſu Chriſte, ſic famus huius incenſi torquet, inflammet, & expellat ſupradictos nefandiſſimos, & abominabiles ſpiritus, & per omnes virtutes cælorum dona nobis, ne ipſi maligni ſpiritus amplius vllam habeant poteſtatem ſuper creaturam iſtam N. peccatoſo ſanguine tuo redemptam. Qui viuus, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Terum exorcizo ✠ vos per potentiffimum, & corroboratiſſimum Deum, atque impero vobis ſupradictis ſpiritibus Dei rebellibus, per eum, quem Enoch, & Helias nominabunt ad pugnandum contra Antichriſtum: & per eum qui præcipit vitium vniuerſæ terræ in monte ſancto: & per illum, per quem Angeli ad hoc conſtituti (ſonibus & tubis aſſumptis) terribile iudicium; ſonitu tubæ mundo inſonabunt

- Per eum vos coniuo, † per quem Angeli clamabunt, dicentes: Surgite mortui, venite ad iudicium. Ad quorum vocem omnes mortui, boni, & mali in momento oculi resurgent.
- Ibidem.* Et per illum, per quem iusti resurgent: & mox ab Angelis in aëra rapientur, semper cum Domino regnaturi. Et per eum, per quem omnes, qui vitales spiritus receperunt, resuscitantur ætate plenitudinis Christi. Et per illum, qui de eadem materia reformabit idem corpus: cui omnis integritas aderit, & decor, quamvis vnumquodque corpus, vel membrum Deus in suum locum decentem restaurabit. Per ipsum te coniuo, † per quem omnes montes humiliabuntur, & colles, & valles omnes implebuntur, & erit omnis mundus æqualis. Et per illum, in quo Sol, & Luna obscurabuntur, & Stellæ cadent de cælo.
- Matth. 25.* Coniuo † vos per illum, qui venturus est ad iudicium, sicut Imperator ingressurus civitatem corona coronatus: & omnia insignia proferuntur, per quæ aduentus ipsius cognoscitur: ita Dominus cum omnibus suis ordinibus Angelorum veniet ad iudicium, & Angeli præbunt: & tunc omnia simul turbabuntur in tempestate ignis, & fulguribus maximis, undique ferientibus: ut dicitur in Psalmo. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu eius tempestat valida, & tunc pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos, & peracto iudicio, diabolus cum omnibus impiis suis viriliter, & potenter in carcerem, & in stagnum ignis, & sulphuris præcipitabit: ipse verò cum electis suis omnibus cum triumphali gloria in celestem patriam reuertetur.
- Psal. 96.*

## CONIVRATIO.

- Genes. 7.* Coniuo † vos spiritus supradictos Dei rebelles per potentiam Dei, qua sicut ipse fecit olim aquas diluuij mundo præualere, & super omnes montes per quindecim cubitos inundare: ita faciet ignem mundo præualere ardentem. Coniuo, † contestor, exorcizo, & viriliter vobis impero supradictis spiritibus Dei rebellibus per omnem Dei viui, & veri, & sancti: & per omnipotentiam eius per quam ipse sæcula purgata faciet permanere, ut dicitur in Psalmo. Mutabis eos, & mutabuntur. Coniuo † vos, & vobis impero, ac potenter constringo per omnia nomina Dei terribilia, & opera, quæ supra dixi, & facturus est: & per sanctissimam sedem suam, atque beatitudinem, in qua gloriose vinit, regnat, & imperat, atque regnaturus est in sæcula sæculorum. Amen.
- Psal. 101.*

## CONIVRATIO.

**I**terum coniuo vos supradictos spiritus Dei rebelles per nomina Dei Heloym, † & Heloa, † ut statim respondeatis, &

& obediētiam porrigatis mihi, & sine dilazione aliqua recedatis: alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum, in stagnum ignis & sulphuris vos præcipito, æternaliter condemno. Amen. Coniuo † vos supradictos spiritus Dei rebelles, per potentissimum, & corroborantissimum Deum, per fortem, & admirabilem, & inuisibilem Deum: & per hæc sancta Dei nomina Tetragrammaton † Alpha † & Omega † Iehoua † Agla, ut mihi respondeatis, & obediētiam porrigatis, & sine dilazione aliqua recedatis: alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos æternaliter concremandos præcipito, atque condemno vsque in diem Iudicij. Amen. Coniuo † vos, & vobis præcipio per Dominum Deum nostrum, qui dixit per prophetas: Ego occidam, & ego viuere faciam: percuriam, & ego sanabo: & non est, qui possit de manu mea eruere, ut recedatis statim eo modo, & ea conditione, ut sæpe superius vobis iniunxi, alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum vos condemno, ut supra sæpe sententiatum est. Coniuo vos † per gratiam Spiritus sancti paraclyti: & per obediētiam Isaac, qui patri suo fuit obediens vsque ad mortem, ut statim mihi respondeatis, & obediētiam porrigatis, & sine dilazione aliqua faciatis, quæ vobis præcipio: alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum vos in stagnum ignis, & sulphuris æternaliter concremandos præcipito, atque condemno vsque in diem Iudicij. Amen. Coniuo † vos per tres pueros existentes in camino ignis, scilicet Sidrac, Misac, & Abdenago: per nomina Christi, per tremendum diem Iudicij: per ineffabilem Deum, qui est Creator omnium rerum: per septem candelabra, quæ in dextera Dei sunt, per quinque vulnera Christi, per clauos Christi: per sudorem, & sanguinem Christi: per Angelos, Archangelos, thronos, dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per mortem, & sepulturam Christi, ut statim recedatis ab hac creatura Dei N. Coniuo † vos spiritus Dei rebelles, per suffragia Prophetarum: per merita Apostolorum: per victoriam Martyrum: per fidem Confessorum: per castitatem Virginum: per intercessionem omnium Sanctorum, & Sanctarum, atque electorum Dei, ut statim recedatis ab hac creatura Dei N. Coniuo † vos spiritus, & vobis præcipio, potenter adiuro, & constanter exorcizo, ac viriliter impero per circūcisionem, & sanctum ieiunium Christi, per baptismum, & passionem Christi: per resurrectionem, & admirabilem ascensionem Domini nostri

noſtri Ieſu Chriſti: per ſepulturam Chriſti: per panem, quem fregit, & dedit diſcipulis ſuis in cœna, dicens: Accipite, & manducate. Hoc eſt enim corpus meum. Et per vinum, quod poſuit in calicem, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et per illum amorem, quo ardebat Virgo Maria in amore Ieſu Chriſti: & per dilectionem, quæ eſt inter Chriſtum, & Eccleſiam, vt ſtatim ab hac creatura Dei N. recedatis.

Math. 26.

## CONIURATIO.

**C**oniuro ꝑ vos ſpiritus Dei rebelles, quibus data eſt po-  
teſtas ſuper iſtud corpus: & ſuper omnia alia corpora, quæ  
vexantur, per Pa ꝑ trem, & Fi ꝑ lium, & Spiritum ꝑ ſanctum,  
ꝑ & per omnes ſanctos Apoſtolos Dei, Cardinales, Epiſcopos,  
Preſbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Exorciſtas,  
Oſtiarios, & Lectores, & per magnum nomen Dei Hel, ꝑ  
vt mihi reſpondeatis, & obediat, & quæ præcipio, diligenter  
adimpleatis, vt ſtatim recedatis ab hac creatura Dei N. alio-  
quin in virtute, & per virtutem ſanctorum Dei nominum in  
ſtagnum ignis, & ſulphuris vos æternaliter concremandos  
præcipito, & condemno vſque in diem Iudicij, vt ſtatim, &  
ſine mora tanquam deuicti, & fugati, auctoritate Domini no-  
ſtri Ieſu Chriſti, & poteſtate ipſius recedatis ab hac creatu-  
ra Dei N. ſine documento ſui, & omnium Chriſtianorum:  
& faciatis taliter, vt poſſim ſcire veritatem, & eatis ad lo-  
cum deſertum, vbi nullam creaturam deinceps moleſtare poſ-  
ſitis, omni mora poſtponſa, & hanc creaturam Dei, quam  
ſanto tempore moleſtaſtis, amodò relinquatis in ſua  
priſtina ſanitate, & nunquam ipſam deinceps  
moleſtare valeatis. In nomine Pa ꝑ tris,  
& Fi ꝑ li, & Spiritus ꝑ ſancti.  
Amen.

Luc. 9.

## EXOR

## EXORCISMVS V.

Aduerſus ſpiritus immundos.

*Exorcista indutus veſtibus ſacris, pergat ad altare, vel  
ante aliquam imaginem: & præmiſſa ( vt ſapienter di-  
ctum eſt ) ſacramentali confeſſione, corde humiliato, &  
firmo, flexis genibus ſeipſum ſignando, dicat.*

**I**N nomine ſanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Pa-  
tris, & Fi ꝑ li, & Spiritus ꝑ ſancti. Amen. Adiu-  
torium noſtrum in nomine Domini. R. Qui fecit  
Cælum, & terram. V. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam  
tuam. R. Et ſalutare tuum da nobis. V. Adiuua nos Deus ſa-  
lutatis noſter. R. Et propter gloriam nominis tui, Domine,  
libera nos. V. Nihil proficiat inimicus in nobis. R. Et filius  
iniquitatis non apponat nocere nobis. V. Fiat miſericordia  
tua Domine ſuper nos. R. Quemadmodum ſperauimus in te.  
V. Exurge Chriſte, adiuua nos. R. Et libera nos propter no-  
men tuum. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et cla-  
mor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum  
ſpiritu tuo.

## Oratio.

**D**omine Ieſu Chriſte, qui dediſti Apoſtoliſ tuis virtu-  
tem, & poteſtatem ſuper infirmos, & languores: vt infir-  
mos curarent: mortuos ſuſcitarent: leproſos mundarent: dæ-  
mones eiicerent: confirma in me hanc gratiam, quamuis in-  
dignus, & miſer peccator ſim: & non reſpicias ad innumera-  
bilia peccata mea, ſed ſicut conſueuiſti peccatorum miſereri,  
& preces humilium exaudire propter magnâ miſericordiam  
tuam: ita me nunc exaudire digneris: & ſicut exaudiſti la-  
tronem in Cruce: ita me nunc exaudire digneris clamantem  
ad te contra iſtum ſpiritum vexantem hunc famulum tuum  
N. vt in nomine ſancto tuo terribili, ipſum expellere valeam.  
Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula  
ſæculorum. Amen.

Luc. 23.

*Hic Exorcista ſurgens ab oratione, dicat  
ſequentia Euangelia.*

In principio erat verbum. *Quare ſupra, fol. 29.*

In illo tempore. Recumbentibus yndecim diſcipulis, &c.

*Quare ſupra, fol. 43.*

In illò tempore. Ductus est Iesus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. *Quare supra, fol. 45.*

*Postea dic inscripta verba, signando obsessum in fronte.*

D. Hiero. **H** El † Heloym † Heloa † Eheye † Tetragrammaton †  
vbi supra. Adonay † Sabaoth † Messias † Sother † Emmanuel †  
Agyos † Yichyros † Orheos † Athanatos † Agla † Ichoua †  
Ya † Christus vincit, † Christus regnat † Christus imperat †  
Symbolū Increateus Pater † Increateus Filius † Increateus Spiritus san-  
Athanasi. ctus. † Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduersæ, vicit  
leo de tribu Iuda, radix David.

CONIVRATIO.

**C**oniuro vos, † spiritus Dei rebelles, qui hanc creaturam  
N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellione  
non cessatis, per omnia supradicta, & per omnia, quibus in  
nomine Iesu cogi, vel constringi potestis, maxime per Pa-  
trem, per Filium, & per Spiritū sanctum, qui resider in subli-  
mi solio, & cuncta gubernat, & sua virtute, & sapientia dispo-  
nit. Coniuro vos † per potentissimum, fulgentissimum no-  
men Dei El; & per ipsum Deum, qui in excelsis throno se-  
der, vnus in essentia, & trinus in personis: à quo omnia tā in  
esse: quàm in conseruari primordialiter dependent, tanquàm  
à vero Creatore, & conseruatore cunctorum. Coniuro vos †  
per omnem gloriā, & omnipotētiā Diuinæ maiestatis eius:  
Apoc. 4. & per quatuor animalia: quæ in circuitu eius existunt: & per  
sedem Diuinæ maiestatis: & per septem candelabra aurea ante  
thronum Dei existentia, & viginti quatuor seniores in cōspe-  
ctu Dei sedentes, qui quotidie non cessant clamare, dicentes:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, quod sta-  
tim sine mora, sicut fuit cera à facie ignis, ita nunc fugiatis  
Luc. 9. ab hac creatura Dei N. alioquin in virtute Dei Patris, & Filij,  
& Spiritus sancti, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Na-  
zareni crucifixi: per omnia supradicta, sit Lucifer ille spiritus  
nefandissimus cum omnibus subditis suis, & cum omnibus su-  
riis, & pœnis infernalibus contra vos omni sua indignatione,  
& furia indignatus, & vos statim per omnia supradicta in sta-  
gnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi vsq; in diem  
iudicij, tanquam crudelis minister Dei, omnibus infernalibus  
pœnis excruciet in sæcula sæculorum. Amen,

CONIVRATIO.

D. Hiero. **I**terum coniuro vos † spiritus supradictos Dei rebelles per  
vbi supra. hac sanctissima nomina Dei Hel † Heloym † Heloa † Ado-  
na7

na7 † Saday † Lux † Tetragrammaton † Alpha, & Omega †  
Messias † Sother † Emmanuel † Sabaoth † Sapientia † Vir-  
tus † Via † Veritas † Vita † Agyos † Otheos † Yschyros †  
Athanatos † Principium & Finis, † & per omnia alia nomi-  
na Dei tam nota, quàm ignota, tam mortalibus creaturis,  
quàm immortalibus, vos constringo, vt amodò non compri-  
matis, nec comprimere possitis, nec lædatis, nec lædere possi-  
tis: nec molestare, neque vexare valeatis, in aliquo etiam mi-  
nimo hunc famulum Dei N. sed protinus per omnia supra  
dicta ab eo fugiatis, sicut fugit fumus à facie venti: & sicut  
fuit cera à facie ignis: sic subitò, & immediatè eo modo, &  
conditione, vt superius iniunxi, recedatis. Et sicut per manus  
B. Iacobi Zebedei, Philetus liberatus fuit à maleficiorum li-  
gationibus Hermogenis: ita auctoritate Domini nostri Iesu  
Christi Nazareni crucifixi vos supradictos nefandissimos, &  
abominabiles spiritus: qui hanc creaturam Dei N. vexatis, &  
occupare, & molestare vestra obstinata rebellione non cessa-  
tis, coniuro, † contestor, & potenter exorcizo, ac vobis viri-  
liter impero, cogo, constringo, fugo, & expello vos omnes spi-  
ritus supradictos Dei rebelles, per omnem potentiam Dei  
Pa † tris, per omnem sapientiam Dei Fi † lij, & per omnem  
virtutem Dei Spiritus † sancti: quia Christus vincit † Chri-  
stus regnat † Christus imperat, † & vobis præcipio, quod im-  
mediatè, tanquàm deuicti, & fugati auctoritate, & potestate  
Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, ab hoc famulo  
Dei N. recedatis, eo modo, & conditione, vt superius iniunxi,  
& ad locum desertum, vbi nullam creaturam Dei deinceps  
molestare possitis, pergatis, omni mora, & occasione postpo-  
sita, & hunc Dei famulum N. quem tantum molestastis, amo-  
dò relinquatis in sua pristina sanitate, & nunquam ad ipsum  
deinceps redeatis, nec molestare valeatis. Alioquin per om-  
nia supradicta strictissime: & potentissime, auctoritate, & po-  
testate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi ex nūc  
mando, & impero Lucifero, Belzebub, Satana, & omnibus fu-  
riis infernalibus, vt statim, & sine mora contra vos insurgant,  
& in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum abyssi ater-  
naliter vos concremandos præcipitent, atque indispensabili-  
ter ligent vos omnibus pœnis simul, nulla deficiente, & vos  
Dei, & sanctorum nominum eius rebelles crucient, & affli-  
gant, vsque in diem Iudicij. Amen.

CONIVRATIO

**C**oniuro † te, dæmon, per illam venerandam annun-  
tiationem, quam fecit Angelus Gabriel Virgini Mariæ,  
dicens:

Legatur  
vita Beati  
Iacobi  
Apostoli.

Luc. 6.

Ibidem.

Luc. 1. dicens: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Et per illam humilem, atque prudentem reipositionem, qua dixit Angelor:  
 Ibidem. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et per illam reuerentiam, quam fecit sanctus Ioannes Baptista  
 Ioan. 7. Domino nostro Iesu Christo, dum ambo essent in corpore matrum. Et per Natiuitatem eiusdem Domini nostri Iesu Christi: & per pannos, quibus fuit inuolutus: & per aquam, in qua primo baptizatus fuit: & per miracula, quæ apparuerunt, quando Christus natus fuit: & per annuntiationem, quam fecit Angelus Dei pastoribus, dicens: Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est hodie Saluator mundi. Per Circumcisionem Christi, per oblationem Virginis Mariæ, quando obtulit eum in Templo: & per reuerentiam, quam fecit ei  
 Luc. 1. Simeon quando dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, totum. & per disputationem Iesu Christi, & per sanctum Baptismum eius, quando Ioannes eum baptizauit in Iordane flumine: & per columbam, quæ volit Spiritum sanctum super caput eius: & per vocem mirabilem Dei viui dicentem: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ut statim recedatis ab hac creatura Dei N. & per hæc nomina Dei, & Christi, Agyos † Sother † Messias † Sabaoth † Emmanuel † Adonay † Orheos † Achanatos † Tetragrammaton † Iesus † Christus † Heloym † Homouision † Saluator † Alpha. & Omega † Primogenitus † rincipium & finis † Via † Veritas † Vita † Virtus † Paraclitus † Sapientia † Mediator † Agnus † Ouis † Leo † Os † Verbum † Imago † Lux † Gloria † Sol † Splendor † Panis † Fons † Oilium † Sponsus † Pastor † Sacerdos † Propheta † Sanctus † Omnipotens † Misericors † Deus immortalis † Rex pacificus † Oriens † Charitas † Mons † Aternus † Creator † Redemptor † Viris † Stella † Substantia † Bonitas † Summum bonum † Spes † Fides † Honor † Spiritus † Yschyros † Flos † Filius † Primus † & Nouissimus. Defende ergo Domine Deus famulum tuum N. à diabolo, & à spiritibus omnibus cum vexantibus die, nocteque, & omni hora diei, & noctis, per tua sanctissima nomina, & per tuam misericordiam preta quaeso. Fili Dei vni miserere nobis, & famulo tuo N. vexato à diabolo, & à spiritibus immundis, qui dixisti, Petite, & dabitur vobis, pulsate, & aperietur, quaerite, & inuenietis, nunc peto, pulso, & quaero. Et neut promissisti in tuo nomine, ita fiat tua amplissima potentia, virtute, & misericordia. Amen.

CONI

## CONIVRATIO.

Coniuro † vos omnes spiritus, qui infestatis hanc creaturam Dei N. cuiuscunque nominis sitis, & omnes vobis fauentes, cuiuscunque præsentia sine, ut minister Domini nostri Iesu Christi. habens plenam auctoritatem, libertatem, Luc. 9. & potentiam: & vobis omnibus nunc strictissime iniungo, mando, & impero per hæc Dei nomina sanctissima Hel † Heloym † Adonay † Saday † Ya † Iehoua † Agla † Emmanuel † Agyos † Orheos † Yschyros † Athanatos † Alpha, & Elai: 6. Omega, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, Sanctissima Trinitas, Vnus Deus, Creator omnium quod statim, immediatè, remota omni causa, vos omnes spiritus hanc Dei imaginem infestantes, & vexantes, & in ea habitantes, de quocunque loco, vbicunque latitatis, recedatis, & superius ad linguam ascendatis, non recessuri sine mea licentia: & loquamini mecum veritatem de omni illo, quod vos interrogare volero apertè, & clarè, sic quod vos intelligam bene: & ex nunc vobis impero per omnia, quæ in nomine Iesu Christi vos cogere, ligare, & affligere possunt, ut narretis mihi causam, quare super hanc creaturam Dei N. venistis, & quare eam infestatis: deinceps obediendo mandatis meis omnibus: Alioquin per omnia supradicta, vos omnes spiritus, qui hanc Dei creaturam N. inuasistis, in profundum abyssi proiicio, & ibidem vos potenter ligo, & relego indissolubiliter vsque ad vicinum diem Iudicij indispesabiliter, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni, crucifixi, dicentis: Signa autem eos, qui in me crediderint: hæc sequentur. In nomine meo demonia eiciunt: Matth. 16. linguis loquentur nouis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super agros manus imponent, Ioan. 8. & bene habebunt. Et sicut ipsemet Deus verbum caro factum est homo, natus ex Virgine Maria, & habitauit in mundo, verus Deus, & verus homo, vna persona, prædicans Euangelium salutis æternæ, sanans infirmos, & dimittens peccata, ac suscitans mortuos, ita per omnia supradicta ego, ut minister Dei † Patris, & Fi † Iij, & Spiritus † sancti, vos coniuro, † adiuro, cogo, & viriliter cōstringo, vobisque omnibus strictissime impero, & mando, quod in omnibus mihi obediatis verè, & sine mora nunc, & semper. Amen.

*Hic interroga de omnibus concernentibus ad demonis  
expulsionem, & liberationem obsessi.*

*Postea sic sequere.*

CONI

## CONIVRATIO.

- Luc.1. **C**oniuo te ꝑ dæmon, per illum, cuius natiuitatem Angelus Mariæ virgini annuntiauit: quique pro nobis peccatoribus descendit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sancto, & nascens ex Mariâ virgine, homo factus est. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui vilibus indumentis inductus in præsepio iacere voluit: qui infantiles necessitates sustinens, vberibus virginis lactatus fuit: pastoribusque nuntiatus fuit, quique, vt legem impleret, circumcidi voluit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundemmet, qui Magis (stella prævia) manifestum se fecit: in temploque præsentatus in vlnis Simeonis excipi voluit, & in Ægyptum fugit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui inuentus in Templo in medio Doctorum fuit & qui à Ioanne baptizari voluit: in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ieiunauit, & à diabolo tentari voluit.
- Ibidem 2. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui vocatus ad nuptias, aquam conuertit in vinum: quique cæcos illuminauit, surdos fecit audire, claudos ambulare, & qui infirmos propria virtute, & potestate sanauit. Coniuo te ꝑ dæmon, per illum, qui demones è corporibus obsessis expulit, qui leprosos mundauit, mortuos suscitauit, cæco nato lumen restituit, super aquas siccis pedibus ambulauit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui in monte Tabor coram Discipulis suis transfiguratus est: & qui Cananeam pro filia sua rogantem exaudiuit, mulieremque deprehensam in adulterio, lachrymantem non desepxit.
- Ibidem 4. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui publicanum ad penitentiam vocauit: Petrum lachrymantem suscepit, quique ex itinere fatigatus corpus suum fame, & siti afflixit, & cõpatiendõ nostris calamitatibus lachrymatus est. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui demoniacus, & potator vini appellari voluit: qui indigentiã paupertatis sustinuit: quique cum Maria, & Martha ad monumentum Lazari defuncti plorauit, ipsumque Lazarum quatrduanum fœrentem è monumento excitauit: quique præuidens desolationem Hierusalem fleuit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui dignatus est pedes discipulorum suorum lauare: & qui in Cæna panem, & vinum suis sanctissimis verbis in corpus, sanguinem suum conuertit, & appropinquante termino suæ passionis, vsque ad sudorem sanguineum ad Patrem orauit: & à Iuda suo discipulo tradi, & osculari voluit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundemmet, qui ab impijs derisus, & vinculis ligatus, & ad Pontifices ductus, in concilio Iudæorum accusatus: pugnis, & alapis in faciem demum cædi voluit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui spatis,
- Ibidem.

& opprobriis affectus, facie velari, colaphis cædi, palmis percuti, & variis iniurijs blasphemari, ad columnam nudus ligari, & pro nobis vsque ad sanguinem verberari voluit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui à Pilato traditus fuit militibus, & ab eis veste purpurea indutus, spinis coronatus, arundine percussus, & genuflexionibus subiannatus fuit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui Rex Iudæorum iuste nominatus, à Pilato iniuste iudicatus, & eius iussu flagellatus fuit, veste purpurea exutus, ligato Crucis oneratus, & cum latronibus deputatus. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui vestibus propriis coram omnibus exutus, in Cruce eleuatus, brachijs extensis, durissimis clauis in ea affixus: à prateruentibus, ab ipsisque summis Pontificibus blasphematus fuit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, cuius labia dulcissima, & melliflua aruerunt; faciemque illam suam speciosam verberibus affectam, vt leprosam ostendit, quique pro suis crucifixoribus Patrem exorauit, latronem in Cruce exaudiuit, Matrem propriam Ioanni commendauit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui sitiens, felle, & aceto potatus fuit: quique ad Patrem suum magna voce clamans: In manus tuas commendo Spiritum meum, dixit: qui venerandum illud caput suum inclinans, Spiritum emisit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundemmet, qui pretioso sanguine suo totum mundum redemit: quique lancea in latere suo perfossus fuerat, ex quo sanguis, & aqua exiit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui de Cruce vespere fuit depositus, quique in monumento nouo sepultus: maxima cum virtute ad inferos descendens, portas areas confregit, & potentia sua diabolum vicit, & infernum expoliavit. Coniuo te ꝑ dæmon, per eundem, qui tertia die resurgens à mortuis, Maria Magdalena, & Discipulis suis apparuit, & eis Spiritum sanctum infudit: die verò quadragesima, illis videntibus, in cælis ascendit: & post quinquagesimum diem Spiritum sanctum Paraclytum in linguis igneis super illos misit, & per eundem, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te maledicte diabole, & seculum per ignem, vt statim exeat, & recedas ab hoc famulo Dei N. cum omnibus iniquitatibus, maleficijs, incantationibus, ligaturis, & facturis tuis, nunquam ad eum rediturus. Nec te lateat, maledicte Satan: nec te lateat, creatura, damnata, & reprobara, & ma' edicte à Deo in æternum propter nequitiam tuam: nec te lateat, spiritus immunde, vbicunque latitas in corpore istius creature Dei N. imminere tibi diè Iudicij sempiterni, diemque, qui venturus est, velut cibus ardens, in quo tibi, & omnibus Angelis tuis apostatis æterius superueniet interitus.

Et



Et ideo pro tua nequitia, dammate, atque damnande: da honorem Deo viuo & vero: da honorem Iesu Christo Deo, & Saluatori nostro, da honorem Spiritui sancto Paraclyto, in cuius nomine, atque virtute ego præcipio tibi, immunde spiritus, vbicunq; latitas in corpore istius N. vt ex eas, & recedas ab eo, & nunquam de cætero ad ipsum accedas: quia istum Deus, & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis, dono suæ gratiæ vocare dignatus est, vt fieret eius Templum per aquam regenerationis, & remissionem omnium peccatorum, & per nomen, & virtutem eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, &c.

## CONIVRATIO.

**V**irgeat ergo te Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, virgeant te Angeli Dei, virgeant te Archangeli, virgeant te Patriarchæ, & Prophete, virgeant te Apostoli, & Evangelistæ, virgeant te Martyres, virgeant te Confessores, virgeant te Virgines, virgeant te omnes Sancti & electi Dei: deficiant ergo omnes artes, & insidie tuæ in dies, & omnibus horis. Reddite ergo, ô rebelles Dei, fortitudinem: reddite animæ sanitatem, non tentetis, nec morti tradatis: non in esca, non in potu, non in locis, vbi habitat, non superuacuitatis vigilantia, nec dormienti, nec ei nocetis, neque vocem suffocetis, nec impediatis quartentem vitam æternam.

*Hic Exorcista signet omnia membra infirmi, dicens:*

Ex anti-  
quis Exor-  
ciznis.

**R**ecedite ergo per nomen æterni Dei à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à genibus, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, & superciliis, à pilis, à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à partibus verecondis, à renibus, à lateribus, ab intestinis superioribus, & inferioribus, à femore, à ventre, à stomacho, à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachiis, à manibus, ab unguibus, ab ossibus, à neruis, à venis, à medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis: & à toto corpore, & ab omnibus partibus corporis, & de vestimentis eius, intus, & foris, & de tota carne, de tota pelle, vbicunq; latitatis, & latere possitis: separate vos ab hac creatura Dei N. sicut separauit Dominus Deus cælum à terra: lucem à tenebris: veritatem à mendacio: bonum à malo: sic sicis separati ab ista creatura Dei N. immundissimi spiritus, nunc & semper. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

EXOR

## EXORCISMVS VI.

Potentissimus, terribilis, & mirabilis efficacitæ ad effugandos spiritus immundos de obsessis corporibus: cuius practica propriè spectat ad Sacerdotes.

*Exorcista pugnaturus aduersus demones: seruato ordine prescripto in primo Exorcismo, flexis genibus deuote dicat Psalmum.*

**M**ISERERE mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Psal. 50.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditi meo dabis gaudium, & lætitiã: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

F

Quo

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem vique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, &c. *Antiphona.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris. Kyrie eleyson, Christe eleyson.

Kyrie eleyson. Pater noster. *totum.* Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo. V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

### Oratio.

*Eccles. 18.* **O** Altissime conditor, qui omnia simul creasti ex nihilo: qui diuidens cœlum & terram, etiam mari terminum posuisti, quem nemo præterire potest, qui ex elementis creaturas condidisti, & vnique propriam virtutem dare voluisti. *Luc. 7.* Supplico ergo clementiam tuam ego peccator nomini tuo consignatus, & vnda baptismatis regeneratus, quod sicut sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem super malignos spiritus, & virtutes eorum, ipsosque fugandi à corporibus hominum: ita nunc tua sancta clementia mihi, licet indigno, famulo tuo N. præstare digneris dono tuæ gratiæ virtutem fugandi istos malignos spiritus ab hac creatura tua N. virtute, & inuocatione tui sanctissimi nominis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

### Oratio.

*Eccl. 6.* **O** Summa maiestas, & ineffabilis essentia, atque diuina sapientia deitatis, Alpha, & Omega, carens principio & fine, verbum sine tempore, cui omnia possibilia sunt. O ineffabilis, & admiranda Deitas, ô summa potestas, ô virtus altissima, ô cœlestium rerum mundi Creator, qui sedes in excelsis throno, cœlorum altitudinē, & abyssos intueris: & omnia ante te presentia existunt: illumina nunc, & semper, & sana dono tuæ gratiæ, & salutis hanc creaturam tuam N. quam ad imaginem tuam formasti: & libera eam ab omnibus laqueis malignorum spirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni infestatione, & molestia ipsorum, à quibus torquetur: sicut *1. Reg. 17.* liberaisti David de gladio maligno, & Ionam de vētre Ceti, & Danielem

Danielem de lacu Leonum, & tres pueros de camino ignis ardentis, & Petrum de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Sic Domine Iesu Christe vnâ cum Patre, & Spiritu sancto, tua clementia immensa, & precibus beatissime Virginalis Mariæ matris tuæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum liberare digneris hanc creaturam tuam N. sanguine tuo redemptam, & vnda baptismatis regeneratam, ab omni vexatione malorum spirituum, libera nunc eam tua sancta virtute, & inuocatione, & da ei nunc, semper perfectam fidem spiritus liberationis, & timorem tui, & amorem, quibus tibi semper seruiat, & abrenuntiet Satana, & omnibus malignis spiritibus: & tua sancta medicina reducat ad pristinum sanitatis statum. Per te, qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

### Oratio.

**D**omine Deus sancte Pater omnipotens, qui es Alpha, & *Apoc. 1.* Omega, hoc est principium, & finis, absque principio, & fine: & quo viuens homo cognoscit: Rex summe, & Imperator excellens, qui Deus es, Rex regum, & Dominus *Apoc. 19.* dominantium, qui etiam es pius, misericors, clemens, benignus, gloriosus, & mirabilis in tuis sanctis: mundum tenes manu tua: & omne, quod creatum est, potestate tua conferas, qui cœlorum contines firmamentum, qui thronos, & abyssos intueris, qui montes ponderas, terramque palmo concludis, qui fecisti spiritus Angelos tuos, & ministros tuos flammam ignis, qui producis ventos de Theauris tuis, qui percussisti primogenita *Psal. 103.* Ægypti ab homine vsque ad pecus, qui diuisisti lucem à tenebris: qui fecisti luminaria magna Solem, & Lunam, Deus totius misericordiz. Ego quidem N. creatura tua sanguine Filij tui redempta, & vnda baptismatis regenerata, & seruus tuus, quamuis indignus, & peccator miser sum, & insufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis ad te recurro confidenter, velut ad tutum portum, & refugium singulare recte Deum meum, & Dominum reuerenter, & misericorditer peto, & te humiliter supplico quantum scio, & valeo, vt nunc digneris me esse in tuo sancto seruitio, & Mysterio huius artis, virtute omnium tuorum verborum: nec tribuas mihi peccatori secundum peccata mea, secundum quæ sum aggravatus, & inuolutus mei temeritate: sed tu clemens, pius, & misericors, propitius, & benignus adesto mihi miserissimo peccatori, & miserere mei. Miserere mei Domine, cum plus sit tua misericordia, quam omnia peccata, & scelera mea, quæ commisi à

die, & hora natiuitatis meæ vsque in diem, & horam præsentem, quam exprimere non possum: quare digneris me exaudire nunc, & semper, sicut dignatus es exaudire tres pueros in camino ignis ardentis: & dignatus es exaudire Ionam Prophetam in ventre Ceti, Petrum Apostolum ligatum in carcere, & Mariam Magdalenam tibi veniam petentem de suis peccatis: & sicut dignatus es exaudire Publicanum in templo, & sicut exaudisti preces matris tuæ ad nuptias, Latronem in Cruce, Catharinam in tormento rotarum: sic tu dulcissime Pater, me exaudire digneris, & ostende nunc potentiam, & misericordiam tuam quam confidenter imploro: & misericorditer concede mihi indigno peccatori seruo tuo donum gratiæ tuæ hoc, quod nunc à te peto cum cordis desiderio, qui dixisti: Petite, & accipietis, &c. Et sibi. Qui venit ad me, non eiciam foras. Vnde nunc à te quero, vt in virtute tua, & dono gratiæ tuæ mihi peccatori seruo tuo indigno virtutem, & gratiam hanc misericorditer præbeas: & vt hos spiritus nefandissimos existentes in hac creatura tua N. exeant ab omnibus partibus intus, & foris, audito nomine, & verbis tuis sanctissimis: expelleréque valeam eos sine vlla contradictione, & rebellionem in profundum abyssi, non redituros amplius, sine latione huius corporis, & nocumento omnium Christianorum, relinquentes ipsam in sua pristina sanitate, & exeant cum signo eidenti. Quod donum gratiæ tuæ concedatur mihi à te, benignissime Iesu, qui solus cum Patre, & Spiritu sancto verus Deus, & Creator es. Et ego, ne vicium ingratiitudinis incurere videar, te laudo, te adoro, te benedico, teque glorifico, nec non deuotissime nunc, & in perpetuum seruiam. Per infinita sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista surgat ab oratione, & dicat  
sequens Euangelium.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. 9.

**I**n illo tempore. Conuocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis potestatem, & virtutem super omnia dæmonia: & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos, & ait ad illos: Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quacunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonio

testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella Euangelizantes, & curantes vbique. R. Laus tibi Christe.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui in principio ex nihilo Genesi.  
cuncta creasti, cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in  
eis sunt: qui nihil odisti eorum, quæ fecisti: qui inquis vir-  
tutes, & vitia fugas: ita fugare digneris hunc malignum spi-  
ritum circa hanc creaturam tuam N. existentem, quia verè  
credit in te, & in Filium tuum verum liberatorem Dominum  
nostrum Iesum Christum, & Spiritum sanctum à Patre, & Fi- Symboli  
Nicanum.  
lio procedentem, & ego etiam pro ipsa credo in te: & Filium  
tuum verum liberatorem Dominum nostrum Iesum Christum,  
& in Spiritum sanctum à Patre, & Filio procedentem. Amen.

*Hic Exorcista alia voce, forti animo, & cum  
magna audacia inuehendo contra spiri-  
tum obsidentem, dicat.*

CONIVRATIO.

**A**udi, immundissime spiritus, intellectualiter, exorcizo  
te per Deum Pa-<sup>t</sup>rem, per Deum Fi-<sup>l</sup>ium, per Deum  
Spiritus-<sup>s</sup>anctum. Admoneo te, & tibi præcipio, nefandissi-  
me spiritus, qui stas, & habitas in isto corpore, vel circa hoc  
corpus, per Deum omnipotentem Creatorem Cæli, & terræ,  
& per illam potentiam, quæ te de cælo præcipitavit ob su-  
perbiam tuam: & per virtutem, & in virtute sanctorum nomi-  
num Dei, vt Diuinis verbis, & nominibus sanctis, & omnibus  
verbis à me prolatis, & aliis hæc existentibus, necnon manda-  
tis omnibus sine rebellionem, & contradictionem festinanter obe-  
dias cum effectu. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, Psal. 67.  
& fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus,  
deficias, spiritus maligne, qui habitas in hac creatura Dei N.  
vel circa: declina te ab hoc famulo Dei N. Spiritus nequissi- Psal. 34.  
me, & ipse scrutabitur mandata Dei sui. Iteuat super te formi-  
do, & pauor in magnitudine brachij nominis Dei. Fiant viæ  
tuæ tenebræ, & lubricum, & Angeli Dei, scilicet Michael, Ga-  
briel, Raphael, & omnes alij Angeli Dei persequantur, & expel-  
lant te, spiritus maledicte, de hoc famulo Dei N. sic quod ad  
eum nunquam redire valeas: & sit tibi interdictus deinceps,  
& omnibus spiritibus immundis. In nomine Pa-<sup>t</sup>ris, & Fi-<sup>l</sup>ij,  
& Spiritus-<sup>s</sup>ancti. Amen. Deus Pater tibi imperet, Deus Filius  
te cogat, Deus Spiritus sanctus, & tota Trinitas simul tibi  
præcipiat, qui habitas in hac creatura Dei N. vel circa. Et  
ego tibi præcipio, spiritus nequissime, per hæc eius glo-  
riofissima

Vide ca. 1.  
8. huius  
operis.

tionissima nomina, scilicet Alpha, & Omega, Agla, Sadaï, Adonay, Agyos, Osheos, Yschyros, Achanatos, Sabaoth, Deus, increatus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quod protinus absque lesione alicuius creature viuens ab hoc famulo Dei N. recedas, tu maledicte diabole: & cum sanum, vt prius inuenisti, sine mora ipsum dimittas, & ad eum redire non valeas, nec alter. Christus regnat † Christus vincit † Christus imperat † tibi spiritum immundo: qui in corpore istius viri habitas, & ego tibi oppero, nequissime diabole, per eius sanctissima nomina Tetragrammaton, Hel, Immanuel, Heloym, Paraclytus, Deus, immelos, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quod festinanter, audito verbo, de hoc famulo Dei N. recedas, non obstantibus quibuscumq; ligaminibus, quibus teneris hęc, & nullam sibi lesionem inferas: sed eum sanum dimittas, vt quādo ad eum, tu nequissime, pertexisti: nec ad eum redire valeas, vel alter. Et auctoritate Domini nostri Iesu Christi te N. ab isto spiritu immundo absoluo: & omnia vincula, & ligamina cuiuscumque conditionis, potentia, & virtutis existant, quibus spiritus iste tenetur in isto corpore, dissoluantur, & confingantur per virtutem Domini nostri Iesu Christi. Amen. Et sit deinceps tibi, maledicte spiritus, interdicta omnis via à Deo Patre omnipotente, & à Domino meo Iesu Christo, necnon omnibus malignis spiritibus cuiuscumque virtutis potentia, & conditionis existant. Per ipsum † & cum ipso † & in ipso † Deo: & per hęc eius veneranda nomina Athanatos, & Sother, Deus, Æternus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, per omnia, quę dixi, & sum dicturus, tibi præcipio, vilissime, rebellis, nequissime, nefandissime, spurcissime, & immundissime spiritus, à Deo maledicte, & à virgine purissima Maria, & ab omnibus sanctis Angelis, & Archangelis, Thronis, & Dominationibus, Principatibus, & potestatibus & Virtutibus, Cherubin, & Seraphin, à Patriarchis & Prophetis, à Martyribus, Confessoribus, & Virginibus: & ab omnibus sanctis, & à cœlorum virtutibus gloriosis: vt in profundissimo inferni loco sis deinctus, relegatus, & submersus, & ab omnibus dæmonibus acrius cruciatus nūc, & in æternum diuino imperio. Amen. Et maledictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti: & ira, & indignatio omnium Angelorum, & sanctorum, & sanctarum Dei, & totius Curia: cœlestis, & omnia creaturarum statim sine mora, cum furore maximo descendant super Luciferum, Belzebub, Satan, & super omnes principes dæmoniorum, & non sit, qui eis obediat, nec illos timeat, nec veneretur: sed omnes irrationes contra illos statim

Luc. 9.

Ecel. Ro.

irruant:

irruant per virtutem, & in virtute omnium nominum omnipotentis Dei, si tibi, nequissime spiritus, in subsidium venerine deinceps: & sit omnis potentia tua, & virtus cōfracta per virtutem magni, & omnipotentis Domini Dei, sic, & taliter, quod non valeas deinceps habitare in isto corpore: non sit, qui tibi subsidium aliquod præbeat: sed omnes spiritus in quocumque loco existentes sint deinceps contra te, maledicte spiritus, verbis, & nominibus diuinis rebellis: descendantq; magni Angeli Dei in prælio potentes, Sanctus Michael, sanctus Gabriel, Apoc. 12. & sanctus Raphael, & omnes superiūs nominati: qui sicut diuino iussu omnes Dei rebelles de cœlorum sedibus gloriosis viriliter vsque ad cœula loca deiecerunt, ita te expellant statim ab hac creatura Dei N. sine lesione ipsius, & omnium Christianorum nocumento, & terrore: & vsque ad infernū inferiorem locum potentissimè te prosteruant, inde nullatenus exiturum: omnium dæmoniorum superiorem coniurantes contra te, æternaliter in centuplo acrius solito te cruciaturum, per eum, qui diem statuit, & per omnia sanctissima eius opera, & omnes virtutes, & nomina. Amen.

## CONIVRATIO. AERIS.

Coniuro te † Aër per Deum Patrem omnipotentem, & Filium eius vnicum Dominū nostrum, & Spiritum sanctum paraclytum, & per Virginem Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi intemeratam, & incorruptam: & per illum, cui obedisti, quando imperauit ventis, & mari, & facta fuit tranquillitas magna: per Angelos, Archangelos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin & Seraphin, qui volatunt per te cantantes nato Christo. Gloria in expellis Dei, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: & per omnes sanctos, & Sanctas Dei, & per totam Curiam cœlestem: & per omnia merita, & orationes omnium Sanctorum Dei, & totius Curia: cœlestis, quę quotidie sunt ad Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, natum ex Maria Virgine: vt tu aër, non habeas potestatem continendi in aliquo loco istum spiritum maledictum, nequissimum, & nefandissimum, nec omnes fauentes sibi: sed ipsum à te reicias, & omnes sibi fauentes: sicut beata virgo Maria respuit omnem peccati labem. Amen.

Matt. 8.

Luc. 2.

Item coniuro te † Aër, & omnia, quę in te, & de te viuunt, & in te mauent, per Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, & terra: & per sanctam Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi. Et per sanctum Ioannem Baptistam: & per omnes Angelos, & Archangelos, Thronos, Domina-

riones, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, & per omnes Patriarchas, & Prophetas: per omnes Apostolos, & Euangelistas Dei, & per omnes Discipulos Domini nostri Iesu Christi, & per omnes sanctos Martyres, Pontifices, Confessores, Doctoresque Dei, Monachos, & Eremitas, & per omnes Sanctos Sacerdos, & Leuitas Dei, & per omnes sanctas Virgines Dei, & per totam cœlestem Curiam, & omnes sanctas orationes, & deprecationes, que in ipsa sunt quotidie, & per sanctum sacrificium, quod quotidie celebratur per totum orbem ad Dominum nostrum Iesum Christum, & per omnia illa, quibus in nomine Iesu Christi coniurari, & constringi potestis, vt hunc spiritum nequissimum, & rebellem Dei retinere non valeatis: nec fauentes sibi. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, &c.

## CONIURATIO.

**C**oniuro te † Terra, per Deum trinum, & vnum, & Iesum Christum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, & homo factus est, & pro nobis crucifixus, & in te sepultus: quem cognouisti, & cognoscendo remisisti: & per sepulchrum eius gloriosum, quod in te editum est, & per totam cœlestem Curiam Dei altissimi magni, & terribilis, & per omnes orationes, & deprecationes que ibi quotidie fiunt, quod retinere nullo modo valeas istum malignum spiritum, nec fauentes sibi: sed statim, & sine mora, non obstantibus quibuscunque ligationibus, quibus tenetur in illo vase, à te recedat sine molestia, & nocumento illius creaturæ Dei N. & omnium Christianorum. O terra, absorbe diabolum istum Dei rebellem statim, & festinanter, audito verbo, sicut absorpsisti Dathan, & Abyron: & per potentiam omnipotentis Dei Creatoris tui, qui in te humane habitare non dedignatus est: & sicut cete eiecit Ionam de ventre suo, & non retinuit: ita non retineas, nec retinere valeas hunc malignum spiritum, nec fauentes sibi, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, nisi in loco turpissimo tui, id est, in inferno inferiori: & ibi sine fine permaneant cum omnibus sibi fauentibus. Amen. O terra, sicut bellua marina deglutit Ionam Prophetam, & retinere non valuit: ita tu per nomen, virtutem, & auctoritatem Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi: & per hoc signum sanctæ Crucis † retinere non valeas hunc nequissimum spiritum: sed ipsum deglutias, & absorbeas statim audito verbo, vt potenter mittatur in infernum inferiorem, ibi perpetuo cruciandus in centuplo, & acrius solito vsque in diē Iudicij extremi, nunquam exiturus. Amen. Iterum  
coniuro

Num. 16.

Ioan. 2.

Ioan. 6.

coniuro omnia, que in te sunt, & stant in te, & de te viuunt, terra, per Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium: & per gloriosam Virginem eius matrem: per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, Archangelos, Thronos, & Dominaciones, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin & Seraphin, & per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas: per omnes sanctos Apostolos, & Euangelistas Dei, & per omnes sanctos Discipulos Domini Iesu Christi, & per omnes sanctos Martyres, Pontifices, Confessores, & Doctores, Monachos, & Eremitas Dei: per omnes sanctos Sacerdotes, & Leuitas Dei: & per omnes sanctas Virgines, Viduas, & Continentes Dei: & per totam cœlestem Curiam: & per omnes sanctas orationes, & deprecationes, que in ipsa quotidie fiunt: & per sanctum sacrificium, quod quotidie celebratur per vniuersum orbem ad Dominum nostrum Iesum Christum: & per sepulchra, & omnia corpora omnium Sanctorum, & Sanctorum Dei, que in te locata sunt: & per vestigia pedum Christi, & omnium Sanctorum, & Sanctorum Dei: quod protinus dimittatis hunc spiritum nequissimum, & omnes sibi fauentes, vt in infernum inferiorem redigatur, & nullatenus cum retinere valeatis, nec ipse vobiscum, nec in vobis morari possit: sed fugiat, sicut puluis ante faciem venti, cum omnibus sibi fauentibus. Amen.

## CONIURATIO. AQUÆ.

**C**oniuro te, † Aqua, vbicumque sis magna, vel parua, per Iesum Christum Dei Filium, cui te calcabilem sub pedibus præbuit, verbisque eius semper obedisti, & per virgam Moysi, ad cuius ictum populo Dei cessisti: & per sanctissimum sudorem Christi, & per aquam, que exiit de eius latere à Longino percusso: & per sanctum Baptisma, quod de te fecit, & per sanctam Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi: & per omnes Angelos, &c. Et per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, Euangelistas, & per omnes sanctos Innocentes, Martyres, Confessores, Doctores, & Eremitas Dei, & per totam cœlestem Curiam: & per omnes orationes, & deprecationes, que quotidie fiunt in cœlesti Curia ad Dominum Deum, quod retinere non valeas hunc nequissimum spiritum, nec fauentes ei: sed ipse, & omnes sibi fauentes de te festinanter expellantur cum furore, & impetu magno, sicut Christus expulit septem dæmonia de corpore Mariæ Magdalene, vt ad infernum dirigatur in locum inferiorem, vbi maneat in perpetuum, & sit cruciatus acrior solito. Amen. Iterum coniuro † te, Aquam, & omnia, que in te sunt, & in te, &

Ioan. 6.

Math. 16.

de te viuunt, per Deum viuunt, † per Deum verum, † per Deum altissimum, † per Sanctum nomen Agla, per sanctum nomen Adonay, & per sanctam Mariam Virginem gloriosam, & per sanctos Angelos, & Sanctos Dei, quod nullatenus retinere, nec continere valeatis hunc nequissimum spiritum, nec ei fauentes, sed ipse festinanter expellatur, sicut Christus expulit septem dæmonia de corpore Mariæ Magdalene, vt ipse, & omnes fauentes sibi dirigantur in locum inferiorem, vbi ipse cum omnibus fauentibus sibi maneat in perpetuum: & sic cruciatus acrior solito. Amen.

Ibidem.

## CONIURATIO. IGNIS.

Coniuro te, † Ignis, vbicunque sis, & perma-  
 neat, per Dominum Deum Patrem omnipotentem, qui apparuit Moyli in specie ignis, & qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, & per omnia sancta holocausta, quæ in te facta fuerunt in laudem Dei omnipotentis, & per omnes Angelos, & Sanctos Dei, quod nullatenus hunc spiritum retinere valeas, nec ei fauentes, sed ad ignem immense flammæ, & diræ: id est, in inferno inferiori, audito verbo, festinanter dirigatur sine mora, & omnes ei fauentes: & exinde nullatenus exeat vsque in diem Iudicij: & in perpetuum crucietur acrior solito, & omnes fauentes sibi. Amen. iterum coniuro † omnia, quæ in te sunt, & permanent, & in te, & de te viuunt, per Dominum Deum Patrem omnipotentem, qui apparuit Moyli in specie ignis: & per illum, qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, & per sanctam Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi, & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, Potestates, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin, & per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas: Per omnes sanctos Apostolos, & Euangelistas Dei, & per omnes sanctos Discipulos Domini nostri Iesu Christi: & per omnes sanctos Martyres, Confessores, & Doctores Dei: & per omnes sanctos Sacerdotes, & Leuitas: per omnes sanctos Monachos, & Eremitas Dei: & per omnes sanctas Virgines, Viduas, & continentias Dei: & per totam cælestem Curiam, & omnes sanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipsa quotidie sūt: & per sanctum Sacrificium, quod quotidie per totum orbem ad Dominum nostrum Iesum Christum celebratur: & per omnia illa, quibus in nomine Iesu Christi coniurari, & constringi potestis, vt hūc ipsam nequissimam, & rebellem Dei retinere non valeatis, nec fauentes sibi. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Ibidem.

EXORCISMVS VI.  
CONIURATIO OMNIUM  
ELEMENTORVM.

Coniuro † omnia, quæ de quatuor elementis composita sunt, & quæ de ipsis viuunt, & quæ in ipsis sunt, & permanent, & in eis habitant, in quocunque loco, & in quacunque parte mundi sint: per virtutem, & omnipotentiam magni Dei, omnipotentisque Filij eius, & Spiritus Sancti: & per sanctuarium ieiunium: & vitam sanctam, quam fecit Christus in deserto, Math. 4. & per abstinentiam, & orationes, & omnia bona opera, quæ fecerunt omnes Sancti, & Sanctæ Dei, & per omnes Angelos, & Sanctos Dei: & per omnia alia, quibus in nomine Iesu potestis coniurari, & ligari, vt procius hunc nequissimum spiritum Dei rebellem, audito verbo, à vobis expellatis, vt potenter ducatur ad infernum inferiorem, ibi in perpetuum cruciandus acrior solito, exinde nūquam exiturus vsque in diem Iudicij, cum omnibus fauentibus sibi. Amen.

## CONIURATIO. INFERNI.

O Inferne, & ignis infernalis, & vos omnes pœnæ infernales, & vos omnes principes, & dæmones infernales audite, audite, & intelligite verba oris mei. Per illum te coniuro † qui Lazarum quatuoriduanum mortuum fortentem restituit ad vitam, cuius pauore perterritus contremuisti, & omnia officia tua simul tecum, o inferne, conturbata sunt, nec eundem Lazarum tenere potuisti. O inferne, & ignis infernalis, & vos pœnæ infernales, & vos dæmones infernales præcipio vobis potenter per illum, qui vos suo subiugauit imperio, & per eius potentiam, & virtutem: vt audito verbo, nobis obediatis auctoritate Domini nostri Iesu Christi: & adimpleatis omnia nostra mandata secundum voluntatem eius. Imperat tibi, o inferne, sancta Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vt nobis obedias festinanter. Imperat tibi exercitus Angelorum. Imperat tibi Patriarcharū chorus. Imperat tibi Prophetarum numerus, vt audito, & intellecto verbo, obedias omnibus præceptis meis cum effectu sine mora. Coniuro te † inferne, & ignis infernalis, & vos pœnæ infernales, & vos omnes dæmones, cuiuscunque virtutis, & conditionis sitis, per illum, qui contriuit portas tuas, & vultes tuos confregit, & qui abstulit tibi omnes sanctos Patres, & in te ligauit malignos dæmones, & eos in te cruciati perenniter iussit, qui brachio diuinitatis, & potentia suæ omnium dæmoniorum potentia religauit: per sanctam Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi, & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, Potestates.

Ioan. 11.

Psal. 4.

Zach. 9.

Apo. 17.

stares, & Virtutes, Cherubin, & Seraphin : per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas : per omnes sanctos Apostolos, & Euangelistas Dei, & per omnes sanctos Discipulos Domini nostri Iesu Christi : & per omnes sanctos Innocentes, Martyres, Confessores, & Doctores Dei : per omnes sanctos Sacerdotes, & Levitas : per omnes sanctos Monachos, & Eremitas, & per omnes sanctas Virgines, Viduas, & Continentes Dei : & per tremendum diem Iudicij, & per omnipotentiam totius Curie celestis, & per omnia verba quibus tu, inferne, & ignis infernalis, & vos omnes dæmones infernales, & vos pœnæ infernales coniurari, ligari, & cōstringi potestis in nomine Iesu Christi : per omnia illa coniato te principem Inferni Luciferum, vt hūc nequissimum spiritum nullibi relinquant : sed eum trahere ad te, & venire facias festināter, cum omni furia tua, & indignatione, & omnes fauentes sibi, non obstantibus quibuscunque ligaminibus, quibus in isto vase tenetur : sed omnia frangantur, & ad nihilum statim deueniant, & deficiant, sicut defieit fumus, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, per omnia, quæ superius nominavi, & vos omnes dæmones infernales, & pœnæ ignis infernalis, & tu inferne, irruite festinanter contra eum, & omnes sibi fauentes, & eum durissimè mille millies magis solito cruciatibus cruciate : & vires, & pœnas tuas, ô inferne, contra eum Dei rebellem potenter extende, statim nunc, & semper, & eum festinanter ad te voca per illum, qui tuas portas contriuit. Amen.

## CONIURATIO.

Coniuro vos † omnes, spiritus maligni, & dæmones infernales, terrestres, ignei, aërei, & aquei, & omnes spiritus maligni, vbiunque sitis, & habitatis, ad vos, & contra vos perueniant, & veniant potēter, & fortissimè omnes meæ coniurationes : & vos omnes ambient verba mea, & potenter affligant, & cogāt, per omnipotentiam magni Dei omnipotentis velle meum facere ad honorem, laudem, & gloriam ipsius Dei mei omnipotentis : & per ista sancta nomina Domini nostri Iesu Christi, Tetragramaton, Adonay, Sabaoth, Heloym, Heloa, Messias, Sother, Emmanuel, Agyos, Yschyros, Orheos, Athanaros, Sanctus, Immortalis, Agla, Iesus, Christus, Alpha, & Omega, Imago, Lux, Gloria, Sanctus, Omnipotens, Misericors, Deus, & omnia ipsius Dei nomina ; vt hunc spiritum ad vos trahatis festinanter, & eum in locum inferiorem inferni ire cōstringatis, & omnes sibi fauentes, vt nullus sit qui sibi obediat, per tremendum diem Iudicij, & per illum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & vos omnes diabolos,

Vide a. d. huius operis.

& saculum per ignem. Et sicut Christus vinculis fuit alligatus, quando pro nobis peccatoribus acriter captus, & flagellatus fuit : & sicut fuit coronatus, & crucifixus, ita tu, nefandissime spiritus, sis verberatus, tortus, & flagellatus acriter omnibus pœnis infernalibus subito : & sicut velum Templi sanctissimi est in duas partes à summo vsque deorsum : & petre scissæ sunt : & monumenta aperta sunt : & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, turrexerunt : & sicut terra tremuit, & mota est : ita tu, spiritus nefandissime, contremiscas, & moueas te, & recedas ab isto vase, & plamate Dei, statim & festinanter, non rediturus amplius nec tu, nec alij spiritus ad hunc Dei famulum N. & omnes fauentes sibi contremiscite, & mouete vos omnes, & recedite ab hac creatura Dei N. audito verbo, per omnia, quæ dixi : & nullo modo tu, maledicte spiritus, valeas inferre pauorem, timorem, vel tremorem, aut nocementū aliquod mihi, nec alicui creaturæ Dei hūc astanti, vel commoranti, nec alicui homini viuenti, nec alicui creaturæ Dei vixi habenti spiritum viuentem : sed deinceps recede non obstantibus quibuscunque ligaminibus, quibus teneris in isto vase, & si aliquis obediat, vel faueat tibi, vel plures sint, maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & ita, & indignatio sanctæ Trinitatis, & omnium Angelorum, & totius Curie celestis descendat super vos omnes fauentes, & obediētes huic spiritui Dei rebeli, & non sit, qui ei obediat per Filium Dei altissimi. Amen.

*Hic interroga, vt supra dictum est in alijs Exorcismis : postea sic sequere.*

## CONIURATIO.

Coniuro vos † omnes Spiritus maligni, magni, & parui, in potentia, & virtute, vbiunque sitis, & habitatis, & vobis potenter præcipio, & strictissime mado, & impero per eum Dominum Deum omnipotentem, quem timetis, & quem videre non potestis : & per Iesum Christum Dei Filium, & per Spiritum sanctum paraclytum, & per Virginem Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi intemeratam, & incorruptam, vestram flagellum, & meum adiutoriū, & per suum corpus pretiosissimum, atque illæsum : & per eius purissimam virginatatem : & per omnia pretiosissima eius membra, cum quibus gessit Dominum nostrum Iesum Christum, & animam eius omnibus virtutibus plenā, atque perfectam : & per suam

poten

potentiam magnam, quam habet super vos, & per lac preciosissimum, quo lactauit Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium: & per omnes Dei Angelos, & Archangelos, & beatorum Spirituum ordines: & per omnes Apostolos, & Euangelistas: & per sanctum Ioannem Baptistam: per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Martyres, Confessores, Virgines, & Viduas, & omnia magna nomina Dei mei omnipotentis, & Mattis Filij eius Domini nostri Iesu Christi. Et per potentiam, & virtutem omnium coniuurationum, ligationum, vinculorum, & mandatorum cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, quibus aliquo modo in nomine Iesu Christi potestis coniuuari, constringi, ligari, & fugari, torqueri, vel ad penas aliquas damnari, vt protinus absque lesione alicuius creature, & absque errore, & nocimento huius creature Dei N. & omnium circumstantium, statim hunc nequissimum spiritum, vbicumque latet, insensatum, principium omnium malorum, qui inuasit, & quotidie vexat hanc Dei creaturam N. & deuiare eam cupit à mandatis Dei mei, ad vos trahatis, capiat potentem statim, & ad locum duriores inferni sub Lucifero deducatis, nec non omnes fauentes sibi, latentes presentes & absentes qui cupiunt eam vexare, ibidem strictissime ligetis, dantes ei omnes penas infernales duriores, & fortiores per omnia, quæ dixi, & dici potest auctoritate Domini nostri Iesu Christi: & exinde nunquam exire eum, nec ei fauentes permissatis, vsquequo Deus meus omnipotens imperet ipsos exire: quod si protinus non feceritis quicquid dixi & dicturus sum: contra vos demones sit: & contra eum, & omnes sibi fauentes ira Dei: & cruciari sitis omnibus cruciatibus & penis infernalibus, & ibi relegati, & detrusi nunc, & in perpetuum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & rotius Curie celestis. Amen.

Luc. 9.

CONIURATIO IGNIS AD COMBYRENDAM  
imaginem demonis pictam in charta.

*Hic Exorcista habeat imaginem pictam illius demonis qui opprimit obsessum, cum eius nomine scripto super caput ipsius imaginis, preparatam: & coniuurando ignem similiter preparatum, dicat sequentem coniuurationem.*

CONIURATIO.

Coniuro te, † ignis, per Deum Patrem omnipotentem: qui apparuit Moyli in specie ignis, & per illum, qui libe-

Exod. 3.

rauit

rauit tres pueros de camino ignis ardentis, & per omnia sancta holocausta, quæ in te, & de te facta sunt in laudem Dei omnipotentis magni Creatoris mei & tui, & per illum, cuius sedes est ignis, & eius habitatio est ignis, & ipse est ignis, & eius circuitus est ignis, & ante eum ignis habitat, & à latere suo flamma ignis, qui omnes ignes creauit, & ignis ante eum deuorans exierit, & percutierit, & comburet omnes, qui finaliter illi contradixerint, & verbis suis non obedierint, ac voluntatem suam non fecerint. Coniuro te † ignis, per sanctam Mariam gloriosam matrem Domini nostri Iesu Christi: & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, per Thronos & Dominationes, Principatus, & Potestates, & per Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per Patriarchas & Prophetas: & per omnes Apostolos, & Euangelistas: per omnes sanctos Discipulos, & Innocentes Domini nostri Iesu Christi: & per omnes Martyres, & Confessores: & per omnes sanctas Virgines, & Viduas: & per omnes sanctos, & sanctas Dei, & per totam celestem Curiam, & per hæc nomina Dei Agla, Tetragrammaton, Iehoua, & per nomen Iesus, & per nomen Dei, qui potenter super omnem ignem dominatur. Iterum, & nouissime coniuro te † ignis, per illum, qui contremiscere facit orbem, vt statim, & cum furore maximo, adiuratus per te, & tam sanctissima verba tui Creatoris, hanc schedulam, in qua picta est imago diabolica, quæ pro nunc appropriatur figuræ, & imagini huius spiritus nequissimi: in qua schedula nomen suum etiam est scriptum supra caput ipsius figuræ, potenter calefacias: & tu ignis adiuratus, horribiliter comburas, & festinanter, cum inte illam mittâ, & ponam: & eam schedulam cum tali imagine appropriatâ huic spiritui nequissimo, terribiliter comburas, ita vt sicut tu ignis successiue calefacias, & combures istam schedulam cum imagine, & nomine ipsius: sic in millecuplo de die in diem plusquam tu ignis, calefacias, & combures hanc schedulam cum tali imagine, & figura picta cum nomine eius, cui imagini appropriatur ipse spiritus, existens indebitè in isto vase, in sua tota substantia, & semetipsum sentiat, semperque & horribiliter calefaciat vsque ad diem Iudicij, semper augmentando penam istam, & dolorem in centuplo plus de hora in horam: quam penam, & dolorem non sit ausus spiritus aliquis, cuiuscunque conditionis, potentia, & virtutis existat, ei auferre, nec ei obedire, nec aliquod subsidium dare in virtute Dei, & verborum, quæ nominavi, & per eorum potentiam, cui penam spiritus iste N. non possit aliquo modo resistere, quin recedat ab isto corpore, propter quæ

pa. 110



potentiam magnam, quam habet super vos, & per lac pretiosissimum, quo lactauit Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium: & per omnes Dei Angelos, & Archangelos, & beatorum Spirituum ordines: & per omnes Apostolos, & Euangelistas: & per sanctum Ioannem Baptistam: per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Martyres, Confessores, Virgines, & Viduas, & omnia magna nomina Dei mei omnipotentis, & Matris Filij eius Domini nostri Iesu Christi. Et per potentiam, & virtutem omnium conuocationum, ligationum, vinculorum, & mandatorum cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, quibus aliquo modo in nomine Iesu Christi potestis coniurari, constringi, ligari, & fugari, torqueri, vel ad pœnas aliquas damnari, vt protinus absque læsione alicuius creature, & absque terrore, & noeuimento huius creature Dei N. & omnium circumstantium, statim hunc nequissimum spiritum, vbicumque later, insensatum, principium omnium malorum, qui inualuit, & quotidie vexat hanc Dei creaturam N. & deuiare eam cupit à mandatis Dei mei, ad vos trahatis, capiat potenter statim, & ad locum duriorum inferni sub Lucifero deducatis, nec non omnes fauentes sibi, latentes presentes & absentes qui cupiunt eam vexare, ibidem strictissime ligetis, dantes ei omnes pœnas infernales duriores, & fortiores per omnia, quæ dixi, & dici potest auctoritate Domini nostri Iesu Christi: & exinde nunquam exire eum, nec ei fauentes permittatis, vsquequo Deus meus omnipotens imperet ipsos exire: quod si protinus non feceritis quicquid dixi & dicturus sum: contra vos dæmones sit: & contra eum, & omnes sibi fauentes ira Dei: & cruciari sitis omnibus cruciatibus & pœnis infernalibus, & ibi relegati, & detrusi nunc, & in perpetuum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & totius Curie cœlestis. Amen.

Luc. 9.

CONIURATIO IGNIS AD COMBURENDAM  
imaginem dæmonis pictam in charta.

*Hic Exorcista habeat imaginem pictam illius dæmonis qui opprimit obsessum, cum eius nomine scripto super caput ipsius imaginis, preparatam: & coniuuando ignem similiter preparatum, dicat sequentem conuocationem.*

CONIURATIO.

Exod. 3. **C**oniuu te, ¶ ignis, per Deum Patrem omnipotentem: qui apparuit Moysi in specie ignis, & per illum, qui libe-

1200

rauit tres pueros de camino ignis ardentis, & per omnia sancta holocausta, quæ in te, & de te facta sunt in laudem Dei omnipotentis magni Creatoris mei & tui, & per illum, cuius sedes est ignis, & eius habitatio est ignis, & ipse est ignis, & eius circuitus est ignis, & ante eum ignis habitat, & à latere suo flamma ignis, qui omnes ignes creauit, & ignis ante eum deuorans exierit, & percutiet, & comburet omnes, qui finaliter illi contradixerint, & verbis suis non obediuerint, ac voluntatem suam non fecerint. Coniuuro te ¶ ignis, per sanctam Mariam gloriosam matrem Domini nostri Iesu Christi: & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, per Thronos, & Dominationes, Principatus, & Potestates, & per Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per Patriarchas & Prophetas: & per omnes Apostolos, & Euangelistas: per omnes sanctos Discipulos, & Innocentes Domini nostri Iesu Christi: & per omnes Martyres, & Confessores: & per omnes sanctas Virgines, & Viduas: & per omnes sanctos, & sanctas Dei, & per totam cœlestem Curiam, & per hæc nomina Dei Agla, Tetragrammaton, Iehoua, & per nomen Iesus, & per nomen Dei, qui potenter super omnem ignem dominatur. Iterum, & nouissimè coniuuro te ¶ ignis, per illum, qui contremiscere facit orbem, vt statim, & cum furore maximo, adiuratus per tot, & tam sanctissima verba tui Creatoris, hanc schedulam, in qua picta est imago diabolica, quæ pro nunc appropriatur figuræ, & imagini huius spiritus nequissimi: in qua schedula nomen suum etiam est scriptum supra caput ipsius figuræ, potenter calefacias: & tu ignis adiuratus, horribiliter comburas, & festinanter, cum ire illam mittas, & ponam: & eam schedulam cum tali imagine appropriatâ huic spiritui nequissimo, terribiliter comburas, ita vt sicut tu ignis succelluè calefacias, & combures istam schedulam cum imagine, & nomine ipsius sic in millecuplo de die in diem plusquam tu ignis, calefacias, & combures hanc schedulam cum tali imagine, & figura picta cum nomine eius, cui imagini appropriatur ipse spiritus, existens indebitè in isto vase, in sua tota substantia, & semper ipsum sentiat, tempèrque & horribiliter calefaciat vsque ad diem Iudicij, semper augmentando pœnam istam, & dolorem in centuplo plus de hora in horam: quam pœnam, & dolorem non sit ausus spiritus aliquis, cuiuscunque conditionis, potentia, & virtutis existat, ei auferre, nec ei obedire, nec aliquod subsidium dare in virtute Dei, & verborum, quæ nominaui, & per eorum potentiam, cui pœnam spiritus iste N. non possit aliquo modo resistere, quin recedat ab isto corpore, propter quâ

Psal. 107.

1200

pœnam victus exeat & strictissimè coactus recedat de hac creatura Dei N. statim, non rediturus ad eam, sine læsione ipsius corporis, & omnium nocumento, vt superius ei iniunxi: quæ pœna non auferatur, nisi prius exeat, & vadat in profundum abyssi, & inde non habeat potestatem exeundi, vsque in diem Iudicij, & non sit, qui hæc, quæ dixi, dicam, & faciam: soluere valeat, per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Math. 25.

### BENEDICTIO. IGNIS.

Ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

### Oratio.

**B**enedic ✠ Domine Deus omnipotens, hanc creaturam **B**ignis, tua benedictione ✠ cœlesti ad fugandum, & ad fumigandum hunc spiritum habitatem circa hanc imaginem tuam, vel in hac imagine tua, & omnes ei fauentes: & ad effugandum, & repellendum prædictum spiritum ab hac creatura tua N. & ad illum mittendum in locum vbi ignis non morietur, cum omnibus fauētibus sibi, sine læsione huius creature, & omnium aliarum, creaturarum, quam creaturam ignis, tu Domine, qui omnia potes, sanctificando sancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas: fiatque pœna de hora in horam spiritui prædicto horribilis, & magna, atque potentissima ad effugandum, & ad subiugandum, siue velit, siue nolit, prædictum spiritum nequissimum de hac imagine tua N. vbiunque latet, in profundum abyssi cum omnibus fauentibus ei, & sine læsione alicuius creature, & ab ea exeat, non rediturus nec ipse, nec alter ad eam: quæ pœna in sua substantia, & in se totum crudeliter incipiat tunc fieri, & eam poterit sentire cum hanc imaginem pictam in hanc creaturam ignis ponam, & mittam ad comburendum, & crescat, & augmentetur semper atrocissima de hora in horam in millecuplo, postquam prædictam imaginem ponam ad comburendum, & combusta fuerit: cui pœnæ prædictus spiritus non possit resistere, quin recedat, non rediturus, vt prædixi: quæ non auferatur, nisi prius recedat cum omnibus prædictis in nomine tuo, Iesu Christe Nazareth, crucifixe, qui vterus es iudicare viuos, & mortuos,

&

& sæculum per ignem, & eum spiritum damnatum. Amen. Sicut cera deficit à facie ignis, & puluis ante faciem ventis: sic omnis sua potentia, & virtus deficiat ad vterius morandum, & permanendum in ista imagine tua, in laudem, & gloriam tuam, Domine Iesu Christe. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

### Oratio.

**O** Glorioso, & sanctissimo Adonay, per quem omnia creata reguntur, & cōsistunt: adesto propitius inuocationibus meis, & clementer præsta, & concede, vt in virtute tua, & dono gratiæ tuæ, præsens ignis sit creatura benedicta nunc, & semper, & omnem virtutem, & efficaciam prædictam in se potenter obtineat super spiritum prædictum dissipantem, & vilipendentem verba sancta tanto tempore, & ad omne id, quod valere opto, valeat efficaciter, per te piissime Adonay. Amen.

### Deinde aspergatur aqua benedicta.

*Hac benedictione completa, accipiatur Sulphur, Galbanus, Assa foetida, Aristolochia, Ipericon, & Ruia, omnia simul benedicta propria benedictione, & proyiciantur in ignem: deinde Exorcista tenens imaginem pictam dæmonis cum suo nomine super ignem, legat sequentem adiuurationem.*

Causam huius rei quare supra, cap. 7. & cap. 12.

### OPPROBRIA IN MALIGNOS

#### Spiritus.

**A**Vdi, audi, audi N. spiritus à Deo maledicte, & præcipitate perpetualiter in pœna æternali, nefandissime, nequissime, Dei rebellis, mēdacijs pater, omnium proditor, radix omnium malorum, origo discordiæ, vitiorum fomes, insipiens, insensate, suffurator, hæretice, apostata, spurcissime, sceleratissime, fetidissime, omni bono vacue, & omni malo plene, homicida, reprobe, sili perditionis, & maledictionis æternæ, hostis humani generis, vitæ raptor, iustitiæ declinator, origo auaritiæ, serpens vilissime, lupe rapacissime, derisio totius Angelicæ naturæ, ignorasti, vt insipiens, & dixisti in corde tuo, vt stolidus, nō est Deus: recognosce igitur sententiam tuam horribilem, & pœnam terribilem, amaram, fortem, & multis flagellis, & angustiis plenam: quoniam nominibus, & verbis diuinis rebellis fuisti, & tantorum nominum honore, reuer-

G

rentia,

rentia, timorēque, & obedientia dignorum, quam statim volo dare, & dabo tibi, spiritus nequissime, potenter, & horribiliter auctoritate, virtute, & potentia magni Dei omnipotentis, qui creavit cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt, & permanent. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos: & te, & omnes alios dæmones iterum, & sæculum per ignem. Amen.

**O** Spiritus N. nequissime, & nefandissime, auctoritate, virtute, & potentia magni Dei, & totius Curiã celestis, maledictus, & blasphematus sis perpetualiter in pœna aeternali, & nulla requies in te sit, si statim, audito verbo, non recedas festinanter confusus, & victus ab hac creatura Dei N. & de sua persona, ubicunque latitas. eò modo, & ea conditione, vt superius tibi sapius inunxi, & dixi: & per omnia nomina, & in virtute omnium nominum, & verborum, quibus omnes creature obedunt, & timore, ac pauore eorum omnis creatura con-

teremiscit, & timet: & Deum, per quem coarctua, & fulgura fiunt, quæ te spiritum nequissimum, & subditos tuos horribiliter destruent, potenter expellent, & cum impetu magno crudeliter saluabunt: per illum te potenter maledico, spiritus nequissime; te anathematizo, te priuo omni tua virtute, & potentia, te præcipito, & proiicio in maiorem cruciatum, qui sit in inferno, & per virtutem eius in stagnum ignis, & sulphuris indissolubiliter te telego, & aeternaliter condemno vsque in diem Iudicij conctemandum horribiliter, & deinceps omnis situs, & locus sit tibi interd. Eius, præter centrum mundi infimum, vbi sit deinceps locus, & habitatio tua vsque in diem Iudicij: vbi sis subditus omnibus, & singularis pœnis infernalibus acrius, & durius Lucifero: & nullus sit, qui tibi obediat, per hæc Dei nomina, & in virtute, & potentia ipsorum Adonay, Agla, ielus, Terragrammaton, Sabaorh, Messias, Sother, Emmanuel, Agyos, Orheos, Yschiros, Athanatos, & per omnia alia nomina Dei terribilia, & ineffabilia: quoniam tu fuisti rebellis tantis, & tam sacratissimis nominibus & mysterijs Dei: & maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & ira, & indignatio beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum Angelorum, & sancti Ioannis Baptistæ, & totius Curiã celestis & omnium creaturarum Dei, signo sanctæ Crucis configurarum veniat, & descendat festinanter super te, & super Luciferum, Belzebug, Saran, Astaroth, Behemoth, Beherit, & omnes principes dæmoniorum, & dæmones cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, si tibi, nequissime spiritus, aliquod subsidium dederint, & non sit qui tibi, nec eis obediat, per omnia, quæ dixi, & dicturus sum,

Genes. 12.

Philip. 2.

Vide cap. 8. huius operis.

De his nominibus vide ca. 2. Rollis.

sum, & deinceps semper in virtute, & potentia omnium, quæ superius nominavi, & in nomine, & virtute, atque potentia magni Domini nostri omnipotentis, fortis, & terribilis Iesu Christi Nazareni pro nobis miseris peccatoribus crucifixi, sic contracta, & ligata indissolubiliter omnis tua potentia, & cuiuslibet alterius tibi fauentis, & verbis diuinis resistentis, & mandatis meis, immò Iesu Christi Filij Dei omnipotentis, cuius auctoritate, & officio nunc fungor, licet immeritus, & miser peccator sim, & insufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis. Et sicut Christus ad columnam ligatus fuit, & acriter à Indæis flagellatus, & Cruci clavis affixus, & coronatus ab ipsis absque vlla misericordia, & terra mora est, velum Templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, & multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt, sic omnia, quæ dixi, & dicam, & facturus sum, veniant super te cum effectu. Amen.

Ioan. c. 18.

Marc. cap. 27.

*Oratio.*

**D**omine Deus meus, qui es Rex regum, & dominus dominantium, te suppliciter exoramus, vt festinanter sine mora aliqua hæc adimpleas in furore, & ira tua in grata misericordia, virtute, & potentia tua, & sicut dixisti, fiat lux, & facta est: sic omnis maledictio, & pœna dicta & dicenda, & facienda fiat, & facta sit: & non sit illi adiutor: Domine nomen eius deleatur, quoniam dilexit maledictionem, & noluit benedictionem: da nobis auxilium, & fortitudinem contra hunc nequissimum spiritum stare. Adiuua me Domine Deus meus. Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum sperauimus in te. Nou nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: omnemque maledictionem, & pœnam quam ei auctoritate tua in virtute & potentia tua potenter, & viriliter tribui, & impendam, tu Domine Deus meus potenter confirma, tua benigna misericordia: extende manum tuam, & fulmina eum, & deuorabit eum terra, reuertaturque in terram suam. Amen.

Apo. 15.

Genes. 1.

Psal. 117.

*Hic Exorcista projiciat imaginem pictam in ignem, & conuersus ad dæmonem obsidentem, dicat.*

**P**ereant ergo omnes cogitationes tuæ in tuum detrimentum, & confusionem, o spiritus maledicte, ad laudem Dei, & pœnam tuam terribilem, & maledictionem aeternalem, & expulsionem tuam subitanam ab hac creatura Dei N. ubicunque latitas, nomen tuum, & imaginem tuam diabolicam, o

Spiritus nequam, nomini tuo fabricatam viriliter, & potenter in ignem posui hucusque suffumigatam odore horribilissimo, ut nomen, & imago tua diabolica, quæ pro tunc tibi appropriatur, festinanter, & horribiliter comburatur, ita ut sicut successivè comburitur nomen tuum, & imago, sic statim sine mora vlla in tua substantia, & in temetipso, spiritus maledicte, æternaliter sentias, & horribiliter comburaris acrius, & durius plus in millecuplo, quàm ignis iste hanc schedulam, & imaginem comburit: quæ pœna semper augmentetur vsque ad diem Iudicij, sic & taliter, quòd festinanter victus potenter exire coarctaris de hac, & ab hac creatura Dei N. vbicumque latitas, eo modo, & ea conditione, ut superius tibi injunxi, cui pœna non possis resistere aliquo modo, quin recedas victus, & confusus: quam pœnam non sit aliquis spiritus magnus, vel parvus, cuiuscunque conditionis, virtus, & potentia existat, ita ausus, nec ita præsumptuosus, qui eam tibi auferre, nec resistere ei possit, nec aliquod subsidium tibi dare, nec obedire per potentiam, & virtutem Domini mei fortis & terribilis, fiat statim iradissolubiliter quicquid dixi. Et tu Domine Deus meus, confirma hanc tua virtute, & potentia nunc, & vsque in æternum, sicut confirmasti omnes Angelos in gratia, qui tecum remanserunt, & Æterunt, sic nunc confirma omnia, quæ dixi cum effectu in nomine tuo. Amen.

*Psalm. 137.* Erurge, Domine, in ira tua: & mitte iram tuam, quæ deozeret eum. Egrediatur diabolus iste ante pedes nostros, & corruat in terram: in furore tuo, Domine, exeat spiritus iste. Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos: Dominus erigit elisos: Dominus dirigit iustos: Dominus custodiat aduenam, pupillum, & viduam suscipiet, & viam peccatorum disperdet. Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. In te, Domine, confido: non confundar in æternum. Etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur: da mihi auxilium, & adiuua me, Domine Deus meus. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Esto, Domine, turris fortitudinis: à facie omnium malignorum spirituum. Pone eum Domine, ut rotam: & sicut stipulam ante faciem venti. Amen.

## CONIURATIO.

*Psalm. 90.* Iterum, atque iterum nouissime coniuro te demon, & adiuro te, & confessor te in nomine, & virtute, atque potentia Agni Diuini immaculati, qui potèter ambulare super aspidem &

& basiliscum: qui conculcauit æternaliter leonem, & draconem: & potenter, atque strictissime exorcizo te & vilissimum, & perpetualiter damnatum diabolum nequissimum antiquum, per virtutem illius, qui cunctos spiritus creauit ex nihilo, & per virtutem Iesu Christi Nazareni crucifixi Iudæorum regis. Et per virtutem omnium Sanctorum ineffabilium potentissimorum nominum, scilicet Hel & Heloym & Adonay & Saday *D. Hierò: vbi supra*  
 & Soher & Emmanuel & Sabaoth & Terragammaton & Alpha, & Omega & Principium, & Finis & Agyos & Yschiros & Ocheos & Athanatos & Agla & Iehoua & Homouston & Ya & Iesus & Christus & Messias & Eloa & Eheye, & per potètiã omnium istorum nominum simul ineffabilium, & per virtutem omnipotentis, summi, & excelsti Dei cæli, & terræ, & vniuersi conditoris orbis, per quem cuncta creantur, & reguntur: & per ineffabilem, & mirabilem eius potentiam, & per virtutem illius, qui potenter penetrat, & super omnem ignem dominatur: & per virtutem, & in virtute illius, cuius sedes est ignis, & ignis ante eum exierit, & percutiet, & comburet quemcunque, qui contra eam dixerit, & verbis suis non obedierit, ac protinus sua præcepta non adimpleuerit, per virtutem beatæ, & gloriosæ Virginis Mariæ: & per summam potentiam Dei, & per virtutem omnium operationum, quæ ab ipso facta fuerunt, & in virtute omnium verborum, quæ superius nominaui, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, & quibus, tu nefandissime spiritus, aliquo modo possis in virtute Dei coniurari, & cõstringi obedire, & facere quod ego volo: & quibus posses ligari, vel fugari, vel cruciari, vel ad pœnas aliquas damnari, tu nequissime serpens, festinanter coniuratus, & confusus discedas, & victus sine terrore omnium hinc existentium sine mora recedas ab hac creatura Dei N. vbicumque latitas, de omnibus capillis eius, & de omnibus partibus huius corporis, & de toto corpore, & persona, vbicumque latitas tu, spiritus maledicte, iure rapacissime, & de omnibus pannis lineis, & laneis eius, nullumque locum habeas in ea, nec posse aliquod super eam deinceps, non obstâribus quibuscunque incantationibus, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant: aut in verbis, aut in imagine, aut in herbis, aut in pluribus imaginibus, aut in schedula aliqua, aut in quibuscunque aliis ligaminibus cuiuscunque virtutis, & conditionis existant, quibus huc venisti, & missus fuisti, & teneris, maledicte diabole, & quibus posses habitare, & stare circa istud vas, & plasma Dei, quocunque modo, & quacunque alia causa factum sit, & quotidie fiet in fauorem tui, & subsidium, diabole, ut teneris hinc: non

rediturus deinceps, nec tu, nec alter spiritus diabolicus, cuiuscunque conditionis, & virtutis existat, ad eam creaturam Dei N. & in profundam abyssi vadas statim audito verbo, ibi perpetuò cruciandus, & acius solito, sine latione huius corporis, & omniau atlantium, & cum sanum dimittas, vt quando ad eum venisti: & exinde nunquã exitarus vsque in diem Iudicij, cum omnibus tibi fauentibus, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, per omnia, quæ dixi, dicturus, & facturus sum in tuum detrimentum, & expulsiõnem tuam, ad laudem omnipotentis Dei. Et ego auctoritate Domini nostri Iesu Christi, per totam Curiam celestem, eiusque potentiam, & per omnia, quæ superius nominauit, absoluo hunc famulum Dei N. ab omnibus maleficiis facturatum, & ab omnibus incantationibus, quæ facta sunt, & quæ quotidie fiunt, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, aduersus eum à diabolo: & ab omnibus aliis spiritibus malignis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & per virtutem omnium verborum, quæ nominauit, sit amodò confracta, & lacerata omnis tua potentia, sicut Christus per mortem suam fregit portas inferni: & amodò sit ligata per omnia, quæ dixi, omnis tua potentia, & virtus, ò nequissime spiritus, qui indebitè habitas in isto corpore, sicut Satanas ab Angelo fuit ligatus: & sicut per orationes beati Petri Apostoli defecerunt, & ad nihilum redacta fuerunt incantationes Simonis in conspectu populi Romani, sic per potentiam, quæ te de cælo præcipitauit, omnia vincula, ligamina, & incantationes, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant: subito, & statim deficiant, & ad nihilum deueniant. Et sicut sancta Maria Virgo beatissima, & omnes virginis Dei gaudent cum Christo gloria æterna: ita tu immedie per nomen Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & in virtute suæ passionis recedas subito ab hac creatura Dei N. & vadas in profundum abyssi cum signo euidenti, absque latione ipsius, & omnium atlantium, eodem modo, & ea conditione, vt superius tibi iniunxi, fradis omnibus tuis vinculis, ligaminibus, & incantationibus, non obstantibus illis tuo recessu: & audi, spiritus nequissime, nunc, & deinceps non audeas stare, nec permanere in isto vase, & plasmate Dei, ubicunque latitas, siue intus, siue extra, per virtutem omnium, quæ nominauit, tibi potenter præcipio, & strictissime mando, auctoritate Domini nostri Iesu Christi. Fuge, fuge, fuge, vilissime, & rebellis Dei, & suorum nominum, & omnium verborum sanctorum. Da locum, discessane: da locum, impiissime: da locum Iesu Christo: recede

cede subito, vilissime spiritus, & non sit, qui tibi obediat, nec faueat: alioquin omnia hucusque nominata repetam, ad laudem Dei, & ad confusionem tuam, & in stagnum ignis, & sulphuris te præcipitabo æternaliter coneremandum, & condemnabo te strictissime vsque in diem Iudicij, & te maledicam potenter, & terribiliter, & anathematizabo, & te strictissime ligabo in infernum inferiorem, vbi nulla erit tibi requies in æternum: ò serpens crudelissime, & devorator nequissime, venit de sancta sede sua verbum Dei Patris: cuius nomen est Adonay, & descendit de cælo, vt genus humanum saluaret: & te, diabole spiritus vilissime, & nequissime, à Deo maledicte, & à rota cælesti Curia: & vt etiam per nos ministros suos ( licet indignos ) excruciet, & horribiliter in profundum abyssi fulminet: quoniam omnia verba sua à me prolata, suæ ignes feruentissimi, qui te, & omnes fauentes tibi comburent potenter & horribiliter, & sunt verba, per quæ totus mundus contremuit, & omne genus creaturarum; cælestium, terrestrium, & infernorum timet, obedit, adorat, & contremiscit: & tu spiritus maledicte credis, & vis esse rebellis semper tuo Creatori? Vx tibi maledicte, & vilissime spiritus: recede, nequissime, adiuratus per tot, & tam sacratissima verba: durum est tibi contra stimulum calcitrare, & Christo velle resistere: quia quanto tardius exis, tanto maius tibi supplicium crescit: quoniam non hominem contemnis, sed eum, qui est Rex regum, & dominus dominantium, qui venturus est iudicare vivos & mortuos; & te, proditor gentium: sancta Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vera maiestas te diabolui statim fulminet vsque in inferiorem locum inferni, nunquam ad hunc famulum suum rediturus. Exurge Domine Deus meus, exurge, Domine, in ira tua, exurge, & intende iudicio meo, Deus meus exalta potentiam tuam, & supplantata eam, dissipata, & potenter sine mora horribiliter fulmina illam. Adiuua me Deus meus, da mihi auxilium tuum. Exurge Domine, exurge gloria mea. Inclina cælos tuos, & descende, tange eum, & dissipabis. Emitte sagittas tuas, & illum acriter fulminabis, fulmina eam statim horribiliter, Deus meus, qui sedes super Cherubin, & Seraphin: peccaui Domine Deus meus, miserere mei. Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum sperauimus in te; Domine Deus salutis meæ, spes mea, & refugium meum es tu. Amen.

*Hic Exorcista signando membra vexati, dicat  
sequentem orationem.*

*Oratio.*

**E**Xpelle ergo, Domine sancte Pater omnipotens æternæ  
Deus, diabolum istum ab hac creatura tua N. à capite, à  
capillis, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, ab  
auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à  
gingiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ci-  
liis, à superciliis, à pilis, à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruri-  
bus, à partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab intestinis  
superioribus, & inferioribus, à fæmore, à ventre, à stomacho, à  
corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachiis,  
à manibus, ab vnguibus, ab ossibus, à nervis, à venis, à medul-  
lis, à pulmone, à compaginibus membrorum suorum, ab omni-  
bus iuncturis, à toto corpore suo intus, & foris, de quinque  
sensibus corporis & animæ: nullumque locum habeat in ipsa  
intus, & extra amplius, vt sana, & salua fiat per inuocationem  
sanctissimi nominis Filij tui vnigeniti, & per inuocationem  
Spiritus sancti coæterni. Tu igitur Deus omnipotens, qui cor-  
pus, & animam huius creaturæ tuæ N. dignatus es creare, di-  
gneris etiam totum corpus, & animam ipsius à spiritibus im-  
mundis liberare, & saluam facere. Per Dominum nostrum Ie-  
sum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vi-  
rate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Explicit Exorcismus Sextus.*

## EXORCISMVS VII.

Terribilis aduersus daemones opprimentes  
corpora humana.

*Exorcista accedens ad coniuuandum, præmisso ordine  
posito supra in primo Exorcismo, signet  
suisum, & dicat:*

**I**N nomine Pa- tris, & Fi- lii, & Spiritus sancti.  
Amen.

*Deinde vadat ad obsessum, & aspergat eum aqua  
benedicta, dicendo:*

*Per asperersionem huius aquæ cum Dei adiutorio, exeat de*

te N. spiritus malignus, & ingrediatur in te virtus Spiritus sancti, & maneat semper tecum: quia nunc est iudicium mundi, & princeps huius mundi eicietur foras. In nomine Pa- tris, & Fi- lii, & Spiritus sancti. Amen.

*Deinde ostendendo digito corpus Christi in calice,  
vel tabernaculo, dicat hæc verba:*

**A**dest, o nequissime spiritus, summa pietas: adest ille, Ibidem  
qui pro nostra salute passus est. Nunc (inquit) princeps  
mundi huius eicietur foras. Hoc est illud corpus, quod de  
corpore Virginis sumptum est, quod in stipite Crucis exten- Maro: 6.  
sum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, quod  
videntibus Discipulis in cælum ascendit. In huius ergo ma-  
iestatis terribili potestate, tibi, spiritus maligne, præcipio, vt  
ab hac forma Dei Negrediaris, & confugas istam, nec eam  
deinceps præsumas molestare. Amen.

*Hic Exorcista genuflexus dicat:*

**A**diutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit  
cælum, & terram. *V.* Ostende nobis, Domine, miseri-  
cordiam tuam. *R.* Et salutem tuam da nobis. *V.* Domine  
exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.  
*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui cælum, & terram, ma- Genesi.  
re, & omnia, quæ in eis sunt, creasti, & qui hominem de  
limo terræ formasti, salua, & libera famulum tuum N. ab illis  
spiritibus malignis, & ab omni potestate diabolica: ita vt, om-  
nes homines cognoscât, quanta est misericordia tua, & poten-  
tia infinita. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei viui, libera famulum tuum  
N. ab omnibus languoribus, & motibus umbrarum, ac  
malorum spirituum per tuam sanctam clementiam, & miseri-  
cordiam tuam sanctissimam, Deus Sabaoth, Deus Emma-  
nuel, Deus Heloym, & Deus Agla, libera eum precibus, meri-  
tis, & intercessione beate Mariæ Virginis matris tuæ, & om-  
nium Sanctorum: & intercessione beati Michaelis Archan-  
geli, & omnium Angelorum: sancti Ioannis Baptistæ, & san-  
ctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Andrea, Iacobi, Ioannis,  
Thomæ, Philippi, Bartholomæi, & Matthiæ, Simonis, & Tha-  
dæi, Barnabæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuarum:  
Per virtutem cælorum Cherubin, & Seraphin, qui quotidie  
laudant

Iſaia 6.

laudant tuam clementiam, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Domine Deus Pater omnipotens, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, propitius esto mihi peccatori, & suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementie tue pro famulo tuo N. qui à dæmonio vexatur, & ad misericordiam tuam confugit. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

*Oratio.*

**D**omine Deus Abraham, Isaac, & Jacob, ostende hodie, quia Tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, (licet indignus) & iuxta præceptum tuum feci omnia hæc: exaudi me, Domine, exaudi me, ut discat populus iste, quia tu es Deus omnipotens, qui conueristi corda eorum. Exaudi me, queso, per tuam misericordiam, conditor dulcissime, & altissime. Amen.

*Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput vexati, dicat.*

Ecclesia in extrema vñctione.

**E**xtinguatur in te N. omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum: quinimò per inuocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & Confessorum, atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Sequentia S. Euang. secundum Mattheum. In illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, &c. *Quere supr. fol. 45.* Deinde. & Dominus vobiscum. &c. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

Ecclesia Romana.

**V**isita quesumus, Domine, habitationem, & creaturam istam: & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: & Angeli tui sancti, Michael, Gabriel, & Raphael habitent in ea, qui illam in pace, & à spiritibus immundis custodiant: & bene tui dictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

*Hic Exorcista incipiat adiurare demones existentes in corpore, ut exeant. Sed cauere debet, ne sine necessitate verbis eorum respondeat: quis cum illi sint spiritus astuti, & deceptores, verbis suis querunt decipere, ac impedire huius artis conuatores: & sæpe turpiter ministris mirantur, & imperant, ut dimittant eos: sed poterit, & audacter dicat.*

## CONIVRATIO.

**C**oniuro vos ð demones maledictos existentes in hoc corpore, de quacunque parte mundi sitis, quibus data est potestas à Deo, & Angelis suis sanctis super hanc creaturam Dei N. & vos aëreas potestates, & principes infernales, & vos omnes spiritus speciales, ac generales dæmoniorum, de quocunque genere sitis, missos ab Oriente, & ab omnibus plagis terre, per potentiam Dei Patris, & sapientiam Filii eius, & per virtutem Spiritus sancti, autoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, Filii Dei, potentissimi Creatoris, qui vos, & me, & omnes creaturas, ex nihilo creauit, & fecit: quod non habeatis potestatem tacendi, standi, nec morandi in hac creatura Dei N. sed cōstringo vos, & vobis præcipio, ut, velitis, nolitis, omni dolo, fallacia, fraudeque remota, manifestetis mihi nomina vestra: & per eandem auctoritatem, & per merita beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, dissoluo vos omnes prædictos spiritus ab ista creatura Dei N. & mitto vos ad profundum inferni, & abyssi. Ideo

Marc. 16.

Matth. 25.

D. Hieron. vbi supra.

Apo. 1.

ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est vobis, & omnibus sociis vestris: & si fueritis rebelles, contumaces, & mihi inobedientes, eadem auctoritate coniuro, voco, cōstringo, ac potenter inuero, & mando omnibus dæmonibus inimicis vestris, omnibus principibus inferni, & fucis infernalibus, in nomine Iesu, ut venientes affligant, & excrucient vos: ac denique ducant ad pœnam supradictam abyssi, & ibi ligent vos per hæc sanctissima nomina Dei Hel ð Heloyon ð Heloa ð Sabaoth ð Heloym ð Esereheie ð Adonay ð Ichoua ð Ya ð Tetragrammaron ð Saday ð Melias ð Agyos ð Yschyros ð Ortheos ð Athanator ð Sother ð Emmanuel ð Agla ð Iesus, qui est

Alpha, & Omega ð Principium, & Finis, ð mittat vos in profundum abyssi in ignem infernalem: ut deinceps nullã habeatis potestatem standi, morandi, nec habitandi in hac creatura Dei, & imagine Christi N. nec locũ istum, neque alium locum habeatis per virtutem, & in virtute supradictorum nominum. Et Angelus Michael liget vos in profundo abyssi. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam. In illo tempore. Erat Iesus eiciens dæmonium, &c. *Quere supra, fol. 44.*

*Oratio.*

**D**omine Deus pater omnipotens, qui verbo tuo cuncta creasti: qui prius, quàm fierent imagines, & preces, & ante sæcula istus fuisti, es & eris, nec desines poss. & sola esse vnus Deus summus: sub cuius voluntate cælum, & terra,

tetra, mare, & omnia, quæ in eis sunt, subiiciuntur: custodi nos, & confirma hoc, quod operatus es in nobis: porrige dexteram, & nos famulos tuos indignos ab omni aduersitate custodi, & mitte sanctos Angelos tuos de caelis, qui nos, & creaturam istam custodiant, confirmet, & adiuuent, corroborent, & audaces nos efficiant, & denique reddant, per virtutem tuorum nominum, Iehoua, Agla, Adonay, Saday, Tetragrammaton, Heloym. Adis nobis piissime, ac misericors Deus protector & verè auxiliator, & clypeus salutis, quia tu es Deus solus in Deitate, & nullus alius præter te. Qui viuus, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIURATIO.

**C**oniuro vos ꝑ demones, & spiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus speciales, & generales demoniorum, de quocunque genere sitis, à meridie missos à quocunque demone, & ab omnibus partibus totius terræ, & mundi, per Pa ꝑ trem, per Fi ꝑ lium, & per Spiritum ꝑ sanctum, auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifisci Filij Dei viui, potentissimi Creatoris, qui me, & vos ex nihilo creauit, & fecit omnes creaturas, vt non habeatis potestatem, nec facultatem standi, morandi, nec quiescendi in hac creatura Dei N. amplius: sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, & constringo vos, ac vobis præcipio, vt velitis, nolitis, omni dolo, fallacia, & fraude postposita, dicatis mihi nomina vestra, ita, vt amoto omni impedimento, sine dubio, atque deceptione aliqua, interueniente gratia, & potentia altissimi Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, inuenire, & scire nomina vestra possimus. Et per eandem auctoritatem, & sententiam dissoluo vos de isto corpore, & mitto vos omnes supradictos spiritus ad profundum abyssi in ignem æternalem. Ideo ite maledicti in ignem æternam, qui paratus est vobis, & seruis vestris: & per hæc sanctissima nomina Dei magna, & in virtute istorum nominum relego vos ad profundum abyssi: Hel ꝑ Heloym ꝑ Heloa ꝑ Sabaoth ꝑ Helyon ꝑ Eferheie ꝑ Adonay ꝑ Iehona ꝑ Ya ꝑ Tetragrammaton ꝑ Saday ꝑ Mellias ꝑ Agyos ꝑ Yschyros ꝑ Otheos ꝑ Athanatos ꝑ Sother ꝑ Emmanuel ꝑ Agla ꝑ Iesus, qui est Alpha, & Omega ꝑ Principium & Finis, ꝑ mittat vos ad profundum abyssi in ignem æternum, & deinceps nullam habeatis potestatem standi, nec morandi, nec amplius habitandi in hac creatura

Luc. 9.

Math. 25.

D. Hieron. ubi supra.

creatura Dei, & imagine Christi, nec in loco isto, neque in aliquo alio, neque in alia creatura, per virtutem, & in virtute supradictorum nominum. Et Angelus Gabriel religet vos in profundo abyssi in igne æternali, per sanctam fidem Adonay, ꝑ per Alpha, & Omega, ꝑ vsque ad diem iudicij, & virtus altissimi triumphatoris Domini nostri Iesu Christi vos affligat. In nomine Pa ꝑ tris, & Fi ꝑ lii, & Spiritus ꝑ sancti. Amen.

Initium S. Euangelij secundum Ioannem. In principio erat verbum, &c. *Quare supra, fol. 29.*

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei viui, Deus meus miserere Psal. 15. mei, & ne perdas cum impiis animam meam, Heloym fortis, Heloym clemens, dominus timoris, dominus exercituum, dominus misericordiae, dominus æternæ vitæ: Adonay, dominus mirabilis, dominus ineffabilis, Amor omnipotens, Saday, virtus indeficiens, cuncta perficiens, benignitas Saluatoris, seu Creatoris, Alpha, & Omega fortissime, Deus altissime, Dominus, qui à peccatoribus exorari voluisti, hostia laudis, & precibus, suppliciter exoramus, exaudi nos, miserere nostri, libera nos, salua nos indignos, Creator, & Redemptor noster per gloriam, magnificentiam, & pietatem tuam, propter nomen sanctum tuum gloriosum, quod est super omne nomen. Redemptor, qui in hunc mundum venisti, nascens ex Maria Virgine sine peccato, iniquitatem si aspexeris, non audies: te ergo quaesumus, tuo famulo subueni: quem precioso sanguine redemisti, salua nos, clementissime pater. In manus tuas commendo spiritum meum, & corpus meum hodie, nunc, & semper, omnibus horis, ac momentis, & conserua me famulum tuum inane, & peccatorem, & istam creaturam tuam N. vt in tua Ecclesia tibi gratiarum actiones referamus. Qui viuus, & regnas, &c.

Apo. 1.

Luc. 1.

## CONIURATIO.

**C**oniuro vos ꝑ omnes spiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus speciales, & generales demonum, de quocunque genere sitis, missos à patre Occidentis, & ab omnibus plagis totius mundi. Iterum coniuuro, ꝑ & exorcizo vos omnes demones spiritus supra nominatos, & quocunque alios existentes in quacunque parte mundi, & constringo vos de terra, ligo vos de aëre, constringo vos de vento, ligo vos de igne, & conserua vos de aqua, & de cauernis petrarum



petrarum. Ego vobis precipio de cavernis montium, vobis de summis, vobis de abyssi, de inferno, vobis de omnibus locis sub celo, per Pa + trem, & Fi + lium, & Spiritum + sanctum, auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, Filij Dei veri, ac potentissimi Creatoris, qui me, & vos creavit, & fecit omnes creaturas, quod non habeatis potestatem iacendi, tacendi, nocendi, morandi, ac standi in hac creatura Dei N. sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, & constringo vos, & precipio vobis, vt velitis, nolitis, omni dolo, fraude, fallacia, que remota, manifestetis, ac nobis aperiatis nomina vestra: ac per eandem sententiam relego vos in profundum abyssi in igne aeternali: dic nobis, o inique diabole, quod est nomen tuum, & magistri tui:

*Hic Exorcista poterit interrogare demonem de nomine, socijs, & de omnibus concernentibus ad liberationem obsessi. Postea sequatur inceptam coniurationem.*

Matth. 23. **I** Deo ite maledicti in ignem aeternum, qui preparatus est vobis, ac seruis vestris: & per hæc sanctissima nomina magna Dei dissolvo vos de isto corpore, & in virtute istorum verborum, & sanctissimorum nominum relego vos ad profundum abyssi in ignem aeternalem, Hel + Heloym + Heloa + Sabaoth + Helyon + Elercheie + Adonay + Iehoua + Ya + Tetragrammaton + Saday + Messias + Agyos + Yschiros + Orheos + Athanathos + Sother + Emmanuel + Agla & Finis + Radix Iesse + Leo de tribu Iuda + mittat vos in profundum abyssi: vt deinceps nullam habeatis potestatem iacendi, morandi, nec standi aut habitandi in hac creatura Dei N. & imagine Christi, nec in loco isto, nec in aliquo alio per virtutem, & in virtute dictorum nominum: & Angelus Raphael liget vos in profundo abyssi, & ibi sitis ligati, & afflicti vsque ad diem Iudicij. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + sancti. Amen.

Sequentia S. Euangelij secundum Marcum. In illo tempore. Recumbentibus vudecim Discipulis, &c. *Quare sup. fol. 43.*

*Oratio.*

Philip. c. 2. **O**mnipotens sempiternæ Deus, qui in principio cuncta creasti ex nihilo: & cui omnes creature, quas creasti, obediunt: & omne genua flectitur, caelestium, terrestrium, & infernorum, Angeli, Archangeli, Throni, Principatus, Potestates, & Dominationes, & qui in maça tua omnia ciuidis, & Adam, & Euam ad tuam similitudinem fecisti, & Angelos

Satanæ

Satanæ per suam superbiam in profundum Tartari deieicisti. Te ergo omnipotens clementissime Deus Pater, quæto. & obsecro per Iesum Christum Filium tuum, in cuius potestate sunt omnia, qui sedet ad dexteram tuam, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem: & qui est Alpha, & Omega, Primus, & Nouissimus, Rex regum, & Domi- Apoc. 1. nus dominantium, Hel, Yschyros, Messias, & per hæc nomina sanctissima, & per hæc omnia alia inuoco, & obsecro te per Natiuitatem Iesu Christi filij tui, & per ipsum Crucem haurientem: per baptismum, & passionem: per resurrectionem: per ascensionem suam, & per vulnera in corpore tuo, per mortem, & sepulturam suam: per omnipotentem, ac infabilem virtutem suam, per sanctum Sacramentum, quod Math. 26. dedit Apostolis suis pridie, quam passus fuit: & per sanctam, & indiuiduam Trinitatem, & per beatam, & gloriosam virginem Mariam: per Angelos, & Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, ac Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphim: per Patriarchas, & Prophetas, & per omnes Sanctos, ac Sanctas tuas: per omnia mysteria, & sacrificia, quæ sunt in honore tuo: & per sanctissima tua nomina te inuoco, & adoro, te obsecro, te benedico, & rogo, vt acceptas habeas has orationes, coniurationes, & omnia verba oris mei, quibus vti poterò: & vt mihi des virtutem super Satanæ Angelos, qui Apoc. 11. de celo deiecti sunt, & decipiant humanum genus, ad eorum loquelam attrahendam, & ad constringendum, ligandum, & expellendum eos: vt incontinenti iussa mea humiliter coram me expleant, & quotiescunque, & vbicunque voluerò: & verba, & vocem meam nullo modo contempnant, sed dictis meis, & mihi hodie, nunc, & semper, & vbicunque voluerò, obediunt, & me timeant per pietatem, & misericordiam tuam, per quam te deprecor, & peto Emmanuel, per omnia nomina tua, & per omnes Sanctos, & Sanctas, & per omnes Angelos, & Archangelos, Potestates, & Thronos, & per Adonay, Hel, Iehoua, Agla, Saday, Tetragrammaton, & omnia sacra nomina, quæ scripta sunt in libro hoc: quatenus des mihi potestatem constringendi omnes spiritus malignos, qui sunt super istam creaturam tuam N. ad respondendum quæ quararum: permittasque constringere benigne, ac humiliter sine læsione, timore, grauiamine corporis & animæ meæ. Pater de cælis, vnus in substantia, trinus in persona, qui Adam, & Euam, Ioan. 3. & multos alios peccare permittisti, & etiam pro eorum peccatis Filium tuum crucifigi, & mori voluisti. Clementissime, te rogo, peto, & obsecro, ac supplico modis omnibus, quibus

quibus possum, per Alpha, & Omega, qui est Christus Filius tuus, vt me adiuues constringere, & expellere istos spiritus, & omnes Angelos Satanae, qui de caelo deiectioni sunt, ex hac creatura tua. Et vt hanc potestatem mihi praebeas, ecce Domine, laudo te, magnifico, & adoro: quod inimici tui isti scelestissimi facere recusant: tibi me sponte, lætantēque subiicio, quicquid meum, imò tuum, in me est, tibi Deo omnipotenti humiliter offerens, cui isti superbissimi spiritus sunt rebelles, benedicoque tibi in secula seculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Coniuro vos † demones, & spiritus immundos ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas à Deo nocendi huic creaturæ suæ N. & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos de quocumque genere sitis, missos à parte Australi, & ab omnibus plagis totius mundi, & quoscunque alios existentes in hac creatura Dei, constringo vos de terra, ligo vos de igne, de ventis, de aqua, vos de cauernis petrarum, impero vobis de montibus, vobis de abyssis, de inferno, & de omnibus locis sub caelo, per Pa † trem, per Fi † lium, & per Spiritum † sanctum, auctoritate, qua fungor, Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, Filij Dei potentissimi Creatoris, qui me, vos, & omnes creaturas ex nihilo creauit, vt non habeatis potestatem iacendi, standi, morandi, vel habitandi in hac creatura Dei N. sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, & præcipio vobis, vt omni dolo, fraude, & fallacia remota, debeatis manifestare nomina vestra nobis: ac per eandem sententiam dissoluo vos de isto corpore, mitto vos ad ignem infernalem. Ideo ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis ac socijs vestris: & per hæc sanctissima nomina Dei, & in virtute istorum sanctissimorum nominum relego vos in profundum abyssi: Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Helyon † Eserעהie † Adonay † Iehoua † Ya † Tetragrammaton † Saday † Messias † Agyos † Ilchyros † Otheos † Athanatos † Sother † Emmanuel † Agla † Iesus † Christus † Alpha, & Omega † Principium, & Finis, † & mitto vos ad profundum abyssi: & vos constringo, vt deinceps nullam habeatis potestatem standi, vel occupandi hanc creaturam Dei N. & nec locum istum, neque aliquem alium habeatis, in virtute supradictorum nominum, & per illum, qui sedet in throno, & cui licet iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem: & in virtute illius condemno vos ad æternam combustionem ad ignem æternum: & ibi ligo

ligo vos vsque ad diem Iudicij. In nomine Pa † tris, Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista saluatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Ecce Elisabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erat impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. R. Laus tibi Christe.

## Oratio.

Deus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, Ecclēsia  
Dac semper magnificens triumphator, qui inimicos non so- Romana  
lum glorie tuæ, sed & bonorum omnium aduersarios potenter expungas, quique ad reparationem lapsi hominis, quem diabolus (inuidia stimulante) deiecerat, verbum tuum de in- Iom. ca.  
temerata Virgine Maria carnem suscipere voluisti, obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, vt famulum tuum N. qui te timet, te colit, teque veneratur, à diabolica tyrannide, & vexatione hac pessima liberare digneris. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, &c.

## CONIVRATIO.

Coniuro te, † & exorcizo vos spiritus Angelos percussores Christianorum, per Pa † trem, & Fi † lium, & Spiritum † sanctum: & per individuum Trinitatem, & per beatissimam Virginis Mariæ Virginitatem, Adiuro vos, † & coniuuro per Angelum Michaelē, Gabrielem, Raphaelē, & per eorum virtutes, & per Thronum diuinæ maiestatis, &

per agnum immaculatum de altissimis progenitum, & ex Maria Virgine natum, quam Angelus annuntiavit, & per sanctissima nomina omnipotentis Dei Hel † Heloym † Heloa † Sabaoth † Esercheie † Adonay † Ya † Tetragrammaton † Saday † Mellias † Agyos † Yschyros † Otheos † Athanatos † Sohier † Emmanuel † Agla † Iesus † Alpha, & Omega † Principiam, & Iinis, † & per hæc, & alia nomina virtuosissima Domini nostri Iesu Christi Filij Dei omnipotentis viui, & veri, vobis contradico, qui vestra culpa de cælo eieci fuistis, & de excelso Throno expulsi. Vos iterum exorcizo, † ac vobis impero per ineffabilem Creatoris potentiam, & per quatuor animalia summi Creatoris: & sanctam sedem diuinæ Maiestatis, & per Angelicas potestates cælorum, & per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphim, qui quotidie non cessant clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, vt sine mora aliqua recedatis de hac creatura Dei, & imagine Christi: nec possitis nocere alicui creaturæ Dei, & imagini Christi, vt præceptum est vobis. In nomine Pa † tris, Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen.

#### EXPROBRATIO IN SATAN, MAGNA, & terribilis, excerpta ex Pricrio.

**Q**uæritime, & iniquissime spiritus, ecce contra te tuum factorem, ac puuitorem inuocavi, cuius longanimitatem temerè contempnere non consueuisti impunè. Reminisci debuisses, quæmodum in te quam iuste, statim ab initio tuæ cõditionis, animaduertit. Audi, miserime, opprobrium tuum. Deus omnipotens Adonay, magnus, & mirabilis, immò incomprehensibilis, cum esset bonitas, & charitas infinita nulli indigeas, sed in se ipso felicissimus: ex sua tamen infinita bonitate producere voluit vniuersum ad suam quidem gloriam, sed ad utilitatem aliorum, immò ipsam suæ gloriæ manifestationem in bonum suæ creaturæ ordinauit: quippe qui est bonitas infinita, atque purissima: in quo quidem vniuerso voluit esse creaturas rationales, cum quibus haberet sanctæ charitatis amicitiam: & quibus tandem suæ felicitatis communionem largiretor. Inter has autem tuus Dominus Acherontinus Lucifer supremus creditur exitisse. Vos autem spiritus nũc quidem brutales, olim gloriosi, omnes à Deo omnipotentè producti fuistis donis naturalibus sublimes, sed gratis sublimiores. Qui in ipso mox vestræ conditionis exordio, conditori vestro

vestro non solum ingrati, verum etiam & rebelles exististis, in superbiam, in liuorem, & odium maximum prorumpentes! O ingratitude maximam! O inauditam temeritatem! O flammis æternis exurendum scelus! Audiatis, quid de vestro principe, & singulis vestrum (suo modo sub figura Nabuchodonosor superbissimi: immò quid de Nabuchodonosor ad instar Satanæ, dicat per Isaiam magnus, & admirabilis conditor vester. Quomodo (inquit) cecidistis de cælo, Lucifer? id est quomodo in te potuit esse tanta ingratitude, tanta superbia, tanta iniquitas, vt subito de cælo caderes, omnipotenti virtute precipitatus? Qui manè oriebaris, id est, qui in tuæ conditionis exordio instar syderis matutini, atque pulcherrimi cæperas in mundo rutilare. Corruisti in terram: scilicet infernalem, atque sulphuream, qui vulcerabas gentes, id est qui tyrannorum instar gentes vulnerantium ambiebas principatum, & in reliquos spiritus superbam tyrannidem exercebas. Corruisti, inquam, tu, qui tua pulchritudine, delectatus, dicebas in corde tuo, tuum scilicet blasphemando conditorem, vnde laudare debuisses. In cælum conscendam, id est, supernaturalem felicitatem mea virtute nanciscar: super astra cæli, id est super omnes cælestes spiritus exaltabo solium meum: volens scilicet reliquis spiritibus Angelicis in esse gratuito, atque felici principari. Sedebo in monte testamenti, id est in celesti Hierusalem: in lateribus Aquilonis, id est in medio Templi, sine Ecclesiæ cælestis: propterea quòd in materiali Hierusalem Templum esset in lateribus Aquilonis montis Syon. Ascendam super altitudinem nubium, id est omnes creatos spiritus dignitate, & potestate transcendam. Similis ero altissimo Deo, scilicet omnipotenti, qui propria, non aliena virtute, beatus est, omnes beatos spiritus beatificans. O verbum totius temeritatis: & cui meritò per magnum, & admirabilem Adonay iustissime respondeatur. Veruntamen, ô spiritus ingrate, atque superbissime, ad infernum detraheris, in profundum laci: quia nihil æquius, quàm humiliare superbum. Qui te viderint post tantam dignitatem obsidentem corpora humana, & infra intestina stercorea latitantem, bestiales gestus, rugitusque porcinos cum femineis ciulatibus exercentem, ad te contemplantum præ admiratione inclinabuntur, vt videant ad quantam profunditatem, de tanta sublimitate explosus, ruensque descenderis, dicentque. Nunquid iste est vir, propter naturale scilicet ingenium: reuera autè bestia propter perfidam voluntatem, & prædo infernalis, qui conturbauit terram: quia perditam charitate, & spe salutis, in suam rebellionem, atque con-

rationem genus humanum attrahere sua fallacia curant, unde infinita mala, & perturbationes cunctæ provenere, adeo ut orbem uniuersum defectum cognitione diuina statuerit, dum ista bestia scabiosa ubique adorari voluit vice sui conditoris?

Cap. 28. Illud verò, miserrime, quomodo sufferre iam potes, quod omnipotens Deus de superbissimo Tyro, sub tua persona, qui eum tuo factò docuisti, per Ezechielem profiteretur, & dicit: Et tu Cherub, olim scilicet, nunc autem prado, bestia, serpens, & sus matra, famelica, & immundissima, adeo turpis, ut semper vincat omnem sermonem rei magnitudo. Signaculum expressum, scilicet atque clarissimum, similitudinis, id est similitum Deo omnipotenti, plenus sapientia, naturali scilicet, atque gratuita, nunc autem plenior soliditate, & plenissimus iniquitate morali, perfectus decore, scilicet gratiæ in deliciis paradisi Dei fuisti: quia beatus eras in spe habituali, & in archa sanctæ charitatis. Omnis lapis pretiosus, id est omnis Spiritus Angelicus, operimentum tuum: quia nouem Angelorum agminibus ornabaris. Sardius, Topazius, Iaspis: ecce vnam Hierarchiam triplicis ordinis: Chrysolitus, Onyx & Berillus: ecce secundam: Saphyrus, Carbunculus, & Smaragdus: ecce tertiam: Aurum quoque decoris tui, id est natura splendens, atque pulcherrima: & foramina tua, id est vires naturales, ingenium scilicet, atque voluntas, in quibus, quasi in foraminibus annuli aurei, includebantur gemmæ spiritualium habituum, atque donorum: in die, qua conditus es, præparata sunt: quia nulla fuit in eis imperfectio, nulla indispositio, & macula nulla. Tu Cherub, significatus scilicet per Cherub sancti sanctorum, extensus ala duplici, contemplationis videlicet, & amoris, & protegens, id est operiens arcem, scilicet Domini Sabaoth, id est Ecclesiam cœlestem, vel corpoream creaturam, posuit te in monte sancto Dei, id est sublimen in templo cœlesti. In medio lapidum ignitorum: id est sanctorum Angelorum, ardentium amore diuino: ambulasti vno duntaxat passu primæ operationis tuæ: perfectus in viis, id est in operationibus tuis: quia, etsi vna fuit tua operatione mensura, fuit tamen multiplex ratione potentia, cognitio videlicet, atque amor: à die conditionis tuæ, id est à primo instanti tui esse, donec inuenta est iniquitas in te, in secundo scilicet tui esse instanti. In multitudine, id est propter multitudinem negotiationis tuæ, id est donorum naturalium, & gratuitorum repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, scilicet irreparabiliter, propter Dei forme ingenium, quod tibi dedi, & inuolabilem meam

meam iustitiam, quam iustitui: & cieci te superbum, tumidum, & bestialem de monte sancto Dei, id est de cœlo Em-pyreo, ad sedes infernales: & perdidisti te, ô Cherub, protegens olim de medio lapidum ignitorum, quorum consortio te indignam effecisti. Perdidisti sapientiam (Deo teste) licet tu Ibidem: apud mulierculas, & Necromanticos de sapientia gloriaris: & ex Angelo effectus es bestia terretima, & scabiosa.

O miserrime, quo nulla creatura inferior, vel impudentior est, quomodo post tantam gloriam audes comparere, & brutales, imò porcinos uolui rugitus? Erubescere miselle, & fuge, Dei omnipotentis imperia veritus. Nam ego, Iesu Christi Math. 26. Nazareni crucifixi indignus Sacerdos, & famulus, auctoritate, & virtute Dei omnipotentis Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti præcipio tibi, ut Dei templum desinas occupare. Et ne dicas in die Iudicij, nemo me adiurauit, nemo mihi contradixit. Ecce infelix, & flocependende: ego licet indignus Dei omnipotentis Sacerdos, & famulus Iesu Christi Nazareni crucifixi: ex parte Dei omnipotentis, & Domini nostri Iesu Christi, tibi contradico, & impero fugam: & contra inuoco te, ac punitores cœlum, & terram: contra te inuoco sanctam Trinitatem, vlticem contumaciæ tuæ: beatam Virginem Mariam: omnes honorum spirituum choros: omnes electos Dei, quos omnes humiliter precor, ut mihi aduersum te sint in adiutorio. Omnes autem Tartareas legiones, non quidem inuoto (absit enim: quia suffragio gratiæ diuinæ, omnibus virtutibus infernalibus tam diuisim, quam coniunctim simul me existimo fortiosem) sed conuoco, cito, coniuuro, & ex parte Dei omnipotentis præcipiendo, adiuro contra te, ut sint contumaciæ tuæ punitrices. Fuge, miserrime, fuge latro: quia iudex adest iratus: adest torror funestus, atque cruetus: qui tanquam latronem, atque prædonem, in furca infernalis patibuli te suspendere festinat: adest contra te iudicium Iesu Christi Nazareni crucifixi. Qui venturus est iudicare viuos, &c.

*Hic Sacerdos ponat libram super caput obsessi, & ostendendo ei Crucifixum, dicat.*

**P**er istius libri orationes, & coniurationes, & per omnes earum virtutes, & per omnia signa, & verba Saluatoris nostri Iesu Christi, & per omnes orationes, quæ sunt in cœlo, & in terra, & per omnes virtutes cœlorum in virtute, & per virtutem Sanctorum Dei nominum præcipio vobis, ut desinceps hinc manere non debeatis, nec possitis: sed faciatis

quæcumque vobis iusserimus: alioquin in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipitabimus, æternaliter concremandos. In quacumque ergo parte huius corporis sitis, siue intus, siue foris, venite, & videre signum sanctæ crucis: à summo Creatore Domino nostro Iesu Christo consecrati: quia per virtutem illius nobis obedire tenemini. Et per ipsum vos ligamus, vt coram nobis contra vestram voluntatem venire debeatis; quoniam verba Dei, quæ de ore nostro exeunt, sunt ignes feruentissimi, qui vos comburent æternaliter: & hoc est signum, per quod totus mundus tremit, & omnis creatura contremiscit: & vos rebelles estis nostro, ac vestro Creatori? Maledicti ergo, & excommunicati, atque blasphemii sitis in pœna æternali: & nulla sit vobis requies in aliqua hora, si statim non eritis obediens præceptis meis vobis factis in virtute Iesu Christi: & verbis, quæ de illo dicuntur, qui orbem contremere facit: in cuius nomine, virtute, ac potestate vobis præcipio, vt statim recedatis, Per eum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos: & sæculum per ignem. Amen.

SENTENTIA FERENDA AB  
Exorcista contra dæmones obsessentes.

**Q**uia verò in hoc iudicio tanquam Vicarius illius summi Iudicis, potestate mihi tradita ab illo quando Discipulis suis dixit: Quodcumque ligaueritis super terram, &c. nomine illius inuocato, & beate Virg. Mariæ eius matris, necnon beatorum Confessorum Prosperi, Geminiani, & Zenonis, ac sanctorum Cypriani, & Iustine martyrum, ac totius Curie triumphantis, ratificando, & approbando latam superius sententiam per summam Creatorem: ita ego pronuntio tanquam Vicarius, vt supra & declaro, ac impero, vobis quòd sine mora, ac omni occasione postposita, hanc creaturam Dei N. quam tantum molestatis, amodò relinquatis suæ pristinae sanitati, & nunquam deinceps molestare valeatis. Item impero, mando, iubeo, & præcipio auctoritate, qua supra, Lucifero, Belzebub, Satanae, & omnibus furis infernalibus, quòd statim, & sine mora vos in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundam inferni præcipitent, vt supra sententiatus est, & indispensabiliter vos ligent, & affligant omnibus pœnis vsque in diem Iudicij: & quia vestro Creatori rebelles fuistis, & nobis, & præceptis suis, beate Virginis, & dictis Apostolorum, & Evangelistarum, Martyrumque & Confessorum omnium, dicta, lectaque neglexistis, vos omnes condemno ad infernale supplicium:

&

& ignis, qui vos urat, ex ipsius præsentia Dei exeat, qui vos comburat, ipso iubente. Qui vna cum Patre, & Spiritu sancto viuat, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista iterum ostendat demoni Crucifixam, coniurando, quòd per illud signum, & nomina Dei debeat exire: Et si spiritus diceret, quòd non possit exire, eò quòd per in canationes, vel Exorcismos, & vincula aliqua sit ligatus super dictam creaturam, tunc coniuretur hoc modo.*

SOLVTIO DÆMONVM FIENDA  
ab Exorcista.

**E**go coniuro vos, & adiuro, & confessor, exorcizo, atque dissoluo & omnes spiritus maledictos, qui estis ligati super istam creaturam Dei N. & per omnes supradictas virtutes, miracula, gratias, & potestates Dei, & istius sanctissimæ imaginis Crucifixi, & omnium nominum Dei: & per omnes illas coniurationes, orationes, & Exorcismos, quibus in nomine Domini nostri Iesu Christi potestis damnari, cruciari, & constringi: & per potestatem, & gratiam Dei, & per illud tremendum iudicium Dei, quòd omnes vos perpetualiter ligabit in stagno profundo abyssi, & in igne, & sulphure æternali, vobis præcipio, quòd debeatis, rebelles Iesu Christi Nazareni, exire, & recedere ab isto corpore humano sine aliquo nocumento, & læsione corporis, & animæ, per virtutem Dei viui, & veri. In nomine Pa & tris, & Fi & li, & Spiritus & sancti, Amen.

*Exorcista exigere poterit sequens promissum à demonio vexante corpus, in quocumque loco harum coniurationum sibi videbitur expedire, & per illud conetur habere veritatem, præceptis, & diris comminationibus.*

PROMISSVM DIABOLI AB EXORCISTIS exigendum ad extorquendam veritatem omnium pertinentium ad liberationem obsessi.

**E**go promitto tibi Sacerdoti, seu ministro Christi, obseruare omnia illa, quæ præceperis mihi ex parte Dei, & Do-

mini Iesu Christi Nazareni crucifixi, pertinentia ad honorem eius, ad liberationem huius creaturæ, vel ad charitatem proximi tui. Quod si in nullo defecero ex his, quæ tibi promitto, ex nunc inuoco ipsum Deum omnipotentem iratum contra me, qui tanquam victor, & vindex huius meæ promissionis mittat sanctos Angelos suos potentes in prælio, qui me eiciant, & expellant ex hoc corpore. Voco similiter Luciferum vnâ cum omnibus aliis principibus, furis, & pœnis infernalibus, qui omni sua indignatione, & furore indignati contra me insurgant, & ducant me in profundissimum, & pœnositissimum locum inferni, vbi acrius & durius mille millies magis soluo omni pœna, dolore, & cruciata infernali sum cruciatus, à quibus non possim liberari in sæcula sæculorum. Amen.

*Quia sæpè contingit Energumenos non posse liberari à spiritibus immundis ipsos vexantibus, prima, secunda, vel tertia vice: ideo Sacerdos volens finem imponere coniurationi, præcipiat spiritibus egressis è corpore, hoc modo.*

PRÆCEPTVM FACIENDVM OMNIBVS SPIRITIBVS IMMUNDIS  
egressis è corporibus oblectis.

PRæcipio vobis omnibus spiritibus immundis, qui egressi estis ex hoc corpore in nomine sanctissimæ Trinitatis, Pa tris, & Fi tris, & Spiritus sancti, quod non habeatis auctoritatem, potestatem, seu virtutem ostendendi vos huic creaturæ Dei N. nec faciendi illi aliquam illusionem tam phantasticam, quàm realem, nec possitis illam offendere, neque ledere tam in corpore, quàm etiam in anima, nec denuò possitis regredi ad illam vexandam, nec mittere alios demones loco vestrum: sed sitis constricti supradicto præcepto ire ad sedes infernales, vel ad loca vobis deputata à Deo, vbi nullam creaturam tam rationalem, quàm irrationalem ledere valeatis. Ecce Crucem tris Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David.

Apoec. 5.

Si

*Si Energumenus non fuerit liberatus, & tamen (urgente necessitate) dimittenda sit coniuratio, tunc præcipe omnibus spiritibus remanentibus in corpore, eos cogendo, ut recedant à capite, à corde, & à stomacho, & descendans ad partes inferiores corporis: puta in ungues mortuos pedum: & caue, ne villo pacto sinas eos remanere sursum: cum autem illus descenderit, tunc facias illis sequens præceptum.*

PRÆCEPTVM FACIENDVM OMNIBVS  
spiritibus remanentibus in corpore, cum necesse fuerit dimittere coniurationem.

PRæcipio vobis omnibus spiritibus immundis, qui estis in hoc corpore, in nomine sanctissimæ Trinitatis Pa tris, & Fi tris, & Spiritus sancti, & sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille statim ab exitu vestro: quatenus non habeatis auctoritatem, seu potestatem ascendendi superius ad caput, vel ad membra huius creaturæ Dei N. & ipsam ledendi: sed cogamini manere deorsum donec vocati fueritis à me, seu ab aliquo alio Exorcista: vel permitti à Deo ascendere ad honorem ipsius, ad salutem huius creaturæ Dei & ad confusionem vestram, vel augmentum pœnarum vestrarum, & sinatis ipsam orare, comedere, bibere, quiescere, & omnia illa agere, quæ spectant ad honorem Dei, & salutem animæ suæ. Et sicut Christus mortuus est, & descendens ad inferos, dixit: Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, & ibi ligauit superbissimum Luciferum: ita auctoritate, qua fungor, ligo vos in loco vobis assignato. In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus sancti. Amen.

*Explicit Exorcismus septimus.*

GRATIARVM ACTIONES  
pro energumeno liberato.

*Cum liberatus fuerit obsessus, dic.*

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.  
Te æternum Patrem omnis terra veneratur.  
Tibi omnes Angeli, tibi cœli, & vniuersæ potestates:  
Tibi Cherubin, & Seraphin, incessabili voce proclamant.

Duar  
Ambr. &  
August.

H 5 Sanctus

Sanctus, Sanctus, Sanctus : Dominus Deus Sabaoth.  
 Pleni sunt caeli, & terra maiestatis gloriae tuae.  
 Te gloriosus Apollolorum chorus:  
 Te Prophetarum laudabilis numerus:  
 Te Martyrum candidatus laudat exercitus:  
 Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.  
 Patrem immensae maiestatis,  
 Venerandum tuum verum, & unicum Filium,  
 Sanctum quoque paraclytum Spiritum.  
 Tu rex gloriae Christe,  
 Tu Patris sempiternus es Filius:  
 Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Vir-  
 ginis uterum.  
 Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna coe-  
 lorum.  
 Tu ad dexteram Dei sedes : in gloria Patris.  
 Index crederis esse venturus.  
 Te ergo, quaesumus, tuis famulis subueni : quos pretioso san-  
 guine tuo redemisti.  
 Aeterna fac cum Sanctis tuis gloria munerari.  
 Saluum fac populum tuum Domine : & benedic heredita-  
 ti tuae.  
 Et rege eos, & extolle illos usque in aeternum.  
 Per singulos dies benedicimus te:  
 Et laudamus nomen tuum in saeculum: & in saeculum saeculi.  
 Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.  
 Miserere nostri Domine : miserere nostri.  
 Fiat misericordia tua Domine super nos : quemadmodum  
 sperauimus in te.  
 In te Domine speraui : non confundar in aeternum.

*Quo sunt, dic sequentia verba.*

☩ Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. *R.* A tem-  
 plo sancto suo, quod est in Hierusalem. ☩ Ostende nobis,  
 Domine, misericordiam tuam. *R.* Et salutare tuum da  
 nobis. ☩ Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor  
 meus ad te veniat. ☩ Dominus vobiscum. *R.* Et cum spi-  
 ritu tuo.

*Oratio.*

**G**RATIAS agimus tibi, Domine sancte Pater omnipotens  
 aeternae Deus : gratias agimus tibi Christe, verbum aeterni  
 Patris, gratias agimus tibi Spiritus alme : gratias agimus  
 Sanctis omnibus, tum Angelis, tum hominibus : quia omni-  
 potenti virtute Dei per nostras manus elisus est draco. Deus  
 Abraham,

Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob miserere famulo tuo  
 N. quem à diabolica potestate liberaisti, & in eius adiutorium  
 sanctum dirige Michaelem, qui eum protegat, visitet, atque  
 defendat ab omnibus inimicis suis. Qui visis, & regnas in  
 saecula saeculorum. Amen.

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiternae Deus, qui liberare dignatus es  
 hunc famulum tuum N. ab omni vexatione Satanae, &  
 ministrorum eius : mitte in eum septiformem Spiritum san-  
 ctum tuum paraclytum de caelis. *R.* Amen. Spiritum sapien-  
 tia, & intellectus. *R.* Amen. Spiritum consilij, & fortitudinis.  
*R.* Amen. Spiritum scientiae, & pietatis. *R.* Amen. Ad-  
 imple eum spiritu timoris tui & signa eum in vitam propi-  
 tiam aeternam. *R.* Amen. ☩ Dominus vobiscum. *R.* Et cum  
 spiritu tuo.

*Oratio.*

**T**E Deum Patrem ingenuum, te Filium unigenitum, te Ecclesia  
 Spiritum sanctum paraclytum, sanctam, & indiuiduam <sup>Romana</sup>  
 Trinitatem toto corde confitemur, laudamus, atque benedi-  
 cimus tibi gratias agentes, quia tua virtute hodie confusus,  
 turbatus, verberatus, ac denique expulsus est diabolus cum so-  
 ciis iuis de hac creatura tua N. quam per Filium tuum unige-  
 nitum redimere dignatus es. Quae igitur te, Domine sancte  
 Pater omnipotens aeternae Deus, Sancta Trinitas virtus  
 una, atque indiscreta maiestas, Deus noster omnipotens, ut  
 hanc creaturam tuam N. custodire, & defendere digneris, per  
 sanctos Angelos tuos ab omni incurso Satanae, & ministrorum  
 eius: & infunde super eam benedictionem tuam sanctam. Per  
 Christum Dominum nostrum. Amen. Ecce Gracem ☩ Do-  
 mini, fugite partes aduersae, vicit leo de tribu Iuda, radix Da-  
 uid. Iesus Christus beatissimae Virginis Mariae Filius, mundi  
 salus, & Dominus, qui dixit discipulis suis: In nomine meo de-  
 monia eiciet: ipse impleat verbum suum, & sit tibi propitius,  
 & elemens. Et hoc signum sanctissimae Crucis ☩ tibi cly-  
 peus, & munimen aduersus omnes insidias diaboli. Amen.

*Oratio.*

**S**ANCTIFICET te Deus signaculo sanctae Crucis ☩ suae, ut rece-  
 dant à te omnes inimici tui. Defendat te Iesus Christus  
 Filius Dei viui per signum sanctae ☩ Crucis. Defendat ☩ te  
 Deus ab omnibus malis praesentibus, & futuris, exterioribus,  
 & interioribus. Signo ☩ te signaculo sanctae Crucis, ut à persecu-  
 tionibus diaboli liberet te Deus. Signaculo huius Crucis ☩ pro-  
 sternatur

sternantur ipsi diaboli aduersarij tui, & fugiant à te. Per illius sanctæ crucis † signaculum liberet te Deus à periculis mundi: & mittat sanctos Angelos suos, qui te custodiant. Benedictio Dei Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † sancti sit super te. Benedictio † Iesu Christi sit super te. Virtus sanctæ Crucis † sit super te, intra te, circa te, ante te, post te, & in omnibus partibus tuis. Benedictio † beate Mariæ Marris Dei sit super te. Benedictio † Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei sit super te. Amen.

*Oratio.*

**S**ancte Michael Archangele, defende creaturam istam. N. In prælio, ut non pereat in tremendo iudicio: per gratiam quam meruisti, te deprecor, ut eruas eam ab omnibus periculis animæ, & corporis, & ab vniuersis insidiis demonum, & custodias eam, ut omnes spiritus maligni non possint nocere ei in quocunque loco fuerit. Per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Amen.

*Hic Sacerdos, seu Exorcista signando obsessum, dicat:*

**S**ignaculum Domini nostri Iesu Christi † impono in frontem tuam. Signo † oculos tuos, ut videas claritatem Dei. Signo † aures tuas, ut percipias verba Dei, ac salutis tuæ. Signo † nares tuas, ut percipias odorem suauitatis. Signo † cor tuam, ut confitearis peccata tua. Signaculum Dei Patris † omnipotentis, & Fi † lij, & Spiritus † sancti appono, quod te sanum faciat in omni tempore vitæ tuæ, ut nullam habeat diabolus potestatem in te, nec in aliqua parte tui: sed sancta Trinitas diuina regat te, & perducat in vitam æternam. Amen.

*Hic benedicat eam, dicens:*

**B**ene † dicat tibi Dominus noster Iesus Christus, & custodiat te. R. Amen. Ostendat tibi faciam suam Dominus, & misereatur tui. R. Amen. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. R. Amen. Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat tecum in æternum. Amen.

R. E. M. I.



## R E M E D I A.

# EFFICACISSIMA AD MALIGNOS SPIRITVS expellendos,

*Fæturâsque, & maleficia effuganda de obsessis corporibus: cum suis benedictionibus.*

## ORDO AD FACIENDAM AQUAM BENEDICTAM.

*Sacerdos induens Sacerdotilibus indumentis, vel saltem stola, absoluitè dicat.*

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

## EXORCISMVS SALIS.

**E**XORCIZO te, creatura salis, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Elifam Prophetã in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, & efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omniq; spiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

**I**mmensam clementiam tuam, omnipotēs æterne Deus, humiliter imploramus, ut hęc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene † dicere, & sancti † ficare tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactū, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritalis nequitie. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

E X O R



## EXORCISMVS AQVÆ.

*Ibidem.* **E**Xorcizo, te creatura aquæ, in nomine Dei Patris & omnipotentis, & in nomine Iesu Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsam inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis Apolliticis. Per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

**D**eus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic, multimodis purificationibus preparato, virtutem tuam benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abigendos demones, morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum: ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda respenderit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiae latentis inimici: & si quid est, quod aut incolitari habitantium inuidet, aut quieti, asperione huius aquæ effugiat, ut salubertas per inuocationem sancti tui nominis experita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

*Hic mittat sal in aquam in modum Crucis,  
dicendo semel.*

Commistio salis, & aquæ pariter fiat: in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen. *Ÿ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**eus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersa dominationis vires reptimis, qui inimici rugientis sauitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas, te, Domine, trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres pietatis tuæ rore sanctifices, ut ubicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terroreque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

**B**ENEDICTIO OLEI PROBATISSIMA ad expellendas omnes facturas, maleficia, ligaturas, & omne opus nefarium diaboli, de humanis corporibus: quæ ab aliquibus ascribitur sancto Cypriano.

*Modusque sumendi dictum oleum.*

*Sacerdos habent vas præparatum cum oleo benedicens, & indutus sacerdotali stola, benedicat ipsum, dicens:*

**I**n nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. *Ÿ.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit caelum, & terram. *Ÿ.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *R.* Et salutare tuum da nobis. *Ÿ.* Adiuna nos Deus salutatis nostre. *R.* Et propter gloriam nominis tui libera nos. *Ÿ.* Nihil proficiat inimicus in nobis. *R.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Ÿ.* Fiat misericordia tua, Domine, super nos. *R.* Quemadmodum sperauimus in te.

## EXORCISMVS.

**E**Xorcizo te, immundissime spiritus, omnis incusio Sathanae, & phantasma in nomine Dei Patris, in nomine Dei Filij, & in nomine Dei Spiritus sancti, ut recedas ab hoc oleo, ut possit effici potatio spiritalis ad sanandum infirmos: ut in eis possit habitare Spiritus sanctus, per nomen Dei Patris, per nomen Domini nostri Iesu Christi dilectissimi Filij eius. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

**E**Mitte, Domine, septiformem Spiritum sanctum paracletum de caelis in hanc pinguedinem oliuæ, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectionem mentis, & corporis, ut tua benedictione sit semper tangenti tutamentum mentis, & corporis ad euacuandos omnes humores melancholicos, omnes dolores, omnes infirmitates, omnesque agilitudines mentis, & corporis, unde vixisti Reges, Prophetas, & Martyres unctioe sancta tua perfecta. Domine, abs te ostende nobis, ut benedictam permaneat in visceribus famulorum tuorum, in nomine Domini Iesu Christi. Qui tecum, & cum Spiritu sancto viuunt, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

*Hic*

*Hic sacerdos habeat vezarum, seu maleficiatum presentem, si commodè fieri potest, & positus manibus super caput eius, adiuret demonem, hoc modo.*

**A**diuro te, ô Satan, & omnes malignos spiritus, per nomen Dei viui, veri, & sancti, & per nomen, & meritum Virginis Mariæ: per potestatem omnium spirituum celestium: & per nouem ordines celestes, in maledictionem, confusionem, & augmentum poenarum tuarum in centuplum de die in diem, vsque ad vltimum tremendum diem finali iudicij augmentandam, si nunc non recedas, maledicte Satana, ab hoc famulo Dei N. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

CONIURATIO.

**T**erum coniuro te, ô Satan, quod non requiescas, neque cesses à labore continuo de loco, in quo es, penitus remouere ab officio, & societate damnata cuiuscunque principatus, & tuam, & omnem malignam fascinationem ab hac creatura Dei N. facturas, infirmitates, & dolores anime, & corporis per verba coniurationis prædictæ: maledicte Satan, sit nomen, & opus tuum confusum, & maledictum in æternum, & ultra à Deo omnipotente, & à me per potestatem mihi traditam super te, non solum in Baptismate, & aliis Sacramentis, sed etiam per administrationem veri Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, mihi per auctoritatem beatorum Apostolorum Petri, & Pauli concessam. Et si fueritis rebelles, & contumaces, & mihi inobedientes, coniuro cõtra te, & contra vos omnes spiritus infernales, qui vos nefarios spiritus cum festinatione, quatenus per virtutem illius nominis, quomodo Moyses, nominauit: & tunc absorpti fuerunt à caernis abyssi Dathan, & Abyron, & in virtute illius nominis, vsque in profundum abyssi, vsque ad vltimum diem vos religent. Amen.

Exod. 29.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

Marc. 19.

**I**n illo tempore. Recumbentibus vadeim Discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiciant. Linguis loquantur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.

Super

Super agros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. &. Laus tibi Christe.

ADIURATIO.

**A**diuro etiam vos & omnes immundos spiritus, per eum, Apoc. 1. qui erat, qui est, & qui venturus est: qui creauit, & redemit nos suo sanguine, per crucem, mortem, sepulturam, & resurrectionem suam: qui hic præsens, & vbique est: qui dixit: Vbi fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi in medio eorum sum: & per nomen eiusdem Domini nostri Iesu Christi, vt hinc statim recedatis cum maleficiis, & facturis vestris, nunquam redituri. In nomine Pa & tris, & Fi & Iij, & Spiritus & sancti. Amen. & Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit caelum & terram. & Exurge Christe, adiuua nos. Resp. Et libera nos propter nomen tuum.

Math. 18.

Oratio.

**P**otestas immentia, ô Trinitas indiuidua, æterne Spiritus sancte, te omnes Christianicolæ exoramus, vt potentiam, & misericordiam tuam super hanc creaturam tuam N. porrigas, & ab omni spiritu immundo tua pietate liberare digneris. Qui viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

*Hic Sacerdos reuertatur ad benedictionem Olei, & dicat:*

**B**enedicat te, creatura olei, & imperialis maiestas: protegat te & regalis diuinitas: defendat te & immentia Trinitas: foueat te & gloriosa vnitas: dirigat te & inestimabilis bonitas: regat te & potentia Dei Patris: viuificet te & sapientia Dei Filij: deducat te & virtus spiritus sancti Alpha, & Omega. Deus Sabaoth sit ista inuocatio, vt det tibi ad omne malum virtutem. Crux & Christi saluet te: duodecim Apostoli te & custodiant: Sancti martyres te & adiuent: sancti confessores te bene & dicant: omnes Sancti Sacerdotes noui, & veteris Testamenti te exorei & zent, & sanctificent, & Sancti Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes caelorum, Cherubin, & Seraphin te & defendant: virtuosus Deus trinus, & vnus te bene & dicat, & det tibi ad omne malum, & ad omnes facturas, & maleficia virtutem, vt per te possim destruere, eradicare, & euellere de animabus, & corporibus humanis omnia maleficia, omnes incantationes, ligationes, facturas, & omne opus nefarium diaboli. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

I

Hic

*Hic sequuntur benedictiones arsti olei ad bibendum,  
& ad unguendum facturatos.*

℣. Adiatorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt.

EXORCISMVS.

**E**Xorcizo te, creatura olei, per Deum ꝑ̄ viuum, per Deum ꝑ̄ verum, per Deum ꝑ̄ sanctum, vt omnis virtus aduersarij, omnis exercitus diaboli, omnisq; incurso, & omne phantasma Satanae eradicetur à te: vt has omnibus, qui te sumpserint, medicina ad expellendas omnes facturas, & fuganda omnia maleficia Satanae, & ministrorum eius; & ipsum inimicum expellere cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis valeas. In nomine Pa ꝑ̄ tris omnipotentis, in charitate Iesu Christi Domini nostri Filij eius, qui viuit, & regnat cum Spiritu sancto Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

Exod. 30.

**C**reaturarum Deus omnium, & Domine Creator, qui per Moysen famulum tuum, permixtis herbis aromatum, fieri præcepisti sanctificationem unguenti, clementiam tuam suppliciter deprecamur, vt huic oleo, quod oliua, te iubente, prolixit, spiritualem gratiam largiendo, plenitudinem sancti ꝑ̄ ficationis infundens: sit, Domine, fuga demonum, ac omnium maleficiorum, incantationum, ligationum, facturarum, ac omnium operum Satanae exterminatio: & præsta nobis, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt quicumque ex hoc oleo biberit, & deuotè unxerit, sit eis perfecta medicina contra omnes diabolicas machinationes, facturas, ligationes, & signaturas, ac malignos spiritus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. In nomine Pa ꝑ̄ tris, & Fi ꝑ̄ lij, & Spiritus ꝑ̄ sancti. Amen.

Apocal. 7.

EXORCISMVS.

**E**Xorcizo te, creatura olei, in nomine Pa ꝑ̄ tris, & Fi ꝑ̄ lij, & Spiritus ꝑ̄ sancti: vt per hanc inuocationem indiuidua Trinitatis, ac vnus virtute deitatis, omnis nequissima virtus aduersarij, omnis inæterata malitia diaboli, omnis violenta incursio, omne confusum, & cæcæ phantasma eradicetur, fugetur, & discedat ab hoc oleo: & omnes, qui ex eo biberint: & deuotè unxerint, fiat sanitas super eos ab omni maleficio diabo

diabólico, vt non possit latere vlla malignorum spirituum nequitia. Per eandem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**eus omnipotens, sanctificationum dominator, cuius pietas sine fine sentitur. Deus, qui cœlestia, & terrena simul moderaris, & complecteris, seruans misericordiam tuam populo tuo ambulanti ante conspectum gloriæ tuæ. Exaudi, pie Domine, preces seruorum tuorum, & copiosa tua benedictio descendat in hoc oleum in honore nominis tui, & victoriosa Crucis ꝑ̄ tuæ: & in honore Sanctorum omnium, & Sanctorum totius cœlestis Curia. Tu, ô clementissime Pater, sancti ꝑ̄ fice, & miserator illastra, ꝑ̄ proprio splendore clarifica: vt omnis, qui deuotè biberit, & unxerit, ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum sanetur & saluetur propter nomen tuum magnum, & manum tuam fortem, & brachium tuum excelsum. Et tu, Deus altissime, libenter protege, & dignanter libera eos ab omnibus spiritibus immundis, maleficiis, incantationibus, signaturis, facturis: & ab omni opere Satanae liberare digneris propter nomen tuum magnum, & admirabile, & liberatos æterna redemptione conserva, vt semper felices, sempiternè in tua gratia latentes, constanter in istam confessionem Trinitatis in fide Catholica perseverent. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

*Et aspergatur aqua benedicta super oleum in modum Crucis.*

BENEDICTIO PANIS NON FERMENTATI, qui vulgò dicitur (*Neuole*) qui propter eius leuitatem consuevit dari infirmis, antequàm bibat prædictum oleum benedictum.

*Sacerdos habeat prædictum panem præparatum, pro vt necesse fuerit infirmo: & illum benedicat sequenti benedictione, dicens:*

**A**diutorium nostrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit cœlum, & terram. ℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. ℞. Et salutare tuum da nobis. ℣. Adiuua nos, Deus salutaris noster. ℞. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℞. Et filius iniqui

iniquitatis non apponat nocere nobis. *Ps.* Fiat misericordia Domini super nos. *R.* Quemadmodum sperauimus in te. *Ps.* Nunquid poteris parare nobis mensam in deserto? *R.* Pluit illis manna ad manducandum, & panem caeli dedit eis. *Ps.* Cibauit illos ex adipe frumenti. *R.* Et de petra melle saturauit eos. *Ps.* Manducauerunt, & saturati sunt nimis. *R.* Et desiderium eorum attulit eis. *Ps.* Panem Angelorum manducauit homo. *R.* Per gratiam suam misit eis in abundantiam. *Ps.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te ueniat. *Ps.* Dominus uobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, panis Angelorum, panis uisus aeternae uitae, bene *†* dicere dignare panem illum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnis, qui ex eo susceperit, & gustauerit, inde corporis, & animae percipiat sanitatem, & omnis spiritus procellarum, & aëreæ potestates, facturae, & omnia maleficia, incantationes, ligaturae, & omne opus nefarium diaboli, dextera tuae uirtutis prostrantur. Descendat quærens, Domine, desuper Spiritus sanctus in illum panem, sicut Samuele cornigerum holocaustum tuum maculante, fragor turbam aduersantem repulit: ita effugatis omnibus uirtutibus contrariæ potestatis, & omni maleficio diaboli, siue facturis, ligaturis, ac nefariis operibus Satanae à famulis tuis, incolumes, & sanatos ab omni infirmitate manus seruet Angelica protectione superna: ut in laudis, & spiritualis deuotionis, & amoris Dei transeat augmentum. Qui uiuis, & regnas cum Deo Patre in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnipotens aeternae Deus, bene *†* dicere digneris hanc creaturam panis tua benedictione, ut sit sumentibus salus mentis, & corporis: atque contra morbos, & inuensas inimicorum insidias, maleficia, facturas, & omne opus nefarium diaboli, tutamentum, & tua protectione, ac pietate digneris dissoluere, & annullare, ut alligata potestate demonum, in hoc creaturae rationali deseruiens, deficiat, & turbetur, ad laudem tui sanctissimi nominis, & omnipotentissimae maiestatis tuae. Per Dominum nostrum Iesum Christum panem uitae, qui de caelo descendit, ut esset hostia uita, & daret salutem mundo. Qui tecum, & cum Spiritu sancto uiuit, & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, descendat benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti super hunc panem: ut quicumque ex eo sumpserit, accipiat sanitatem mentis & corporis, & protectionem, & tutelam salutis, integritatem charitatis; consolationem spei, & fidei corroboracionem, uirtutumque omnium constantem perseverantiam, ac Spiritus sancti uisitationem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Oratio.*

**P**recamur, Domine Deus noster, tuae pietatis clementiam, ut panem istum caelesti benedictione sanctifices, *†* & ita ex hoc fugare digneris omnem diabolicam tentacionem maleficiae spirituum immundorum, facturarum, ligationum, traditurarum, & incursum: ut quicumque ex hoc pane comederit, totius uirtutis, & sanitatis dulcedine perficiatur, & tibi sanctificatori, & saluatori omnium, gratias cum gaudio, & letitia agere mereatur. Te igitur, Domine Deus Pater omnipotens, una uirtus, salus infinita, Trinitas sancta, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, supplices deprecamur, ut bene *†* dicere, exorci *†* zare, & sancti *†* ficare pro tua pietate digneris, hanc creaturam panis, quem nos ministri tui, cum uerbis tuis, & in tuo nomine, & dilecti Filij tui, & Spiritus sancti bene *†* dicimus, & exorci *†* zamus ad expellendas omnes facturas diaboli, incantationes, & ligationes, fascinoes, obstinationes, & omne impedimentum Satanae, & ministrorum eius, propter amorem uirgeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & hic panis à te benedictus, & sanctificatus sit fuga demonum, & omnium maleficiorum, operum Satanae exterminatio: ut omnes, qui ex hoc pane gustauerint, omnia opera Satanae, & omnem uirtutem eius extinguerent, & fugare ualeant: & si quid uenerit, si quid morifere operationis fuerit in illis, clementer eos liberes propter magnum nomen tuum Adonay, ut creatura tua ad te conuerteret. Qui in Trinitate perfecta uiuis, & regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Deus Pater omnipotens, qui Moyse, & Aaron factis tuis praecepisti panes propositionis in conspectu tuo sepe adesse. Domine Iesu Christe Fili Dei uiui, qui satias quinque millia hominum ex quinque panibus, & duobus piscibus. Domine Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui filioe Israel de Aegypto liberasti in manu forti, & brachio exarcto, & quadraginta annis in deserto eos satias pane caelesti: *Leuit. c. 24. Ioan. c. 6. Exo. 17.*

supplices nos miuisti, & famuli tui ( licet indigni ) benedicentes panem istum, quæsumus, Domine, nobis supplicanti-  
bus adit virtus Spiritus sancti, quæ ita cum sanctificet, vt om-  
nes, qui ex eo sumperint, in pristinam sanitatem reuertantur:  
& omnes incantationes, ligationes, signationes, facturas, dia-  
bolica arte factas, cuiuscunque conditionis existant, in virtu-  
te verborum tuorum absoluant, & annihilent omnia maleficia  
Satanæ, & ministrorum eius. Da, Domine, virtutem nomini  
tuo, quod inuocamus super panem istum per magnum nomen  
tuum Adonay, Tetragrammaton: & per nomen dilectissimi  
Filij tui Iesu Christi, qui tibi factus est obediens vsque ad  
mortem Crucis, quod inuocamus super panem istum: habeat-  
que virtutem per inuocationem eiusdem nominis Filij tui, &  
Spiritus sancti, ad effugandos spiritus malignos, & omnes vir-  
tutes eorum, exalteturque nomen tuum in nobis, in confu-  
sionem omnium inimicorum nostrorum visibilium, & inuisi-  
bilium. Qui in Trinitate perfecta viuus, & regnas in sæcula sæ-  
culorum. Amen.

## Oratio.

Nam. 11. **D**omine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui Eccle-  
siam tuam per Filium tuum in sanguine eius plantasti, qui  
Moyse fauulo tuo præcepisti, septuaginta viros iustos de po-  
pulo Israël segregari, vt præessent populo tuo. Et ira Apostoli  
Domini nostri Iesu Christi in primitiua Ecclesia septē mini-  
stros, per impositionem manuum Apostolicarum ipsos conse-  
crauerunt, & erant intēti in oratione, & fractione panis. Exau-  
di nos, clementissime Domine, quos ad officium sacerdotale  
non nostris meritis clementer numerasti: & da virtutem ver-  
bis tuis, & nomini tuo, quod inuocamus super panem istum,  
& præsta nobis famulis tuis, vt quicumque hunc panem deuotē  
sumperit in nomine tuo benedictum, sanitatem mentis, &  
corporis recipiat, & ab omnibus maleficiis, incantationibus,  
signationibus, fascinoibus, signaturis, facturis, & ab om-  
nibus operibus Satanæ, te propitiante, sanetur. Domine Iesu  
Christe, qui in hunc mundum veniens, panem viuum de cælo  
esse voluisti: exaudi nos quæsumus, Domine, & præsta nobis  
famulis tuis bene ꝑ dicentibus panem istum in nomine Patris  
tui, & Spiritus sancti: vt quicumque hunc panem deuotē sum-  
perit, ab omnibus operibus Satanæ manderur, & sanetur. Qui  
cum Deo Patre, & eodem Spiritu sancto viuus, & regnas in  
sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

## Oratio.

**D**escendat, quæsumus, Domine sancte, Pater omnipotens,  
æterne Deus, per amorem vnigeniti Filij tui virtus Spi-  
ritus sancti, quæ ita istum panem benedicat, inflammet, &  
exorci ꝑ zet, vt quicumque ex eo comederit, siue gullauerit  
in nomine tuo, & dilectissimi Filij tui, & Spiritus sancti, ab  
omnibus operibus Satanæ sanetur, & saluetur. Da, Domine  
sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt quod rogamus, &  
exoramus, obtineamus in nomine tuo, & dilecti Filij tui, &  
Spiritus sancti. Amen.

*Aspergatur aqua benedicta in modum Crucis super  
panem: postea dic sequentem Orationem.*

## Oratio.

**V**eni sancte Spiritus, & elementum bonitate bene ꝑ dic, &  
sancti ꝑ hica panem istum, vt omnes, qui sumperint, siue  
gullauerint ex eo, ab omnibus operibus Satanæ, & ministro-  
rum eius sanentur, & saluentur in nomine Domini nostri Iesu  
Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuus, & regnat in sæ-  
cula seculorum. Amen.

## Documentum pro Exorcistis.

**A**duertere debet Exorcista, ne villo pacto præbeat hoc oleum,  
vel aliquod aliud remedium potabile alicui infirmo sine  
consilio, & iudicio Medicorum: quia cum complexionibus, seu na-  
tura infirmorum sint diuersa, diuersimodè etiam illis applicanda  
sunt tam ista, quàm alia remedia: quia quod vni aliquando erit  
proficuum, alteri poterit esse nociuum. Ideò standum est iudicio  
illorum: cum illorum sit complexionibus hominum cognoscere, & de  
illis iudicare propterea hæc remedia poterunt auereri, & minus  
secundum eorum iudicium.

**MODVS SVMENDI OLEVVM PRÆDI-  
ctum, & panem benedictum: necnon vngendi  
patientem ex dicto oleo benedicto.**

*His benedictionibus finitis, tu, qui curam habes infirmi, si vngendi  
accipere vnâ, vel duas libras carnis vituli, aut aliam carnem  
pro opportunitate temporis, & illum tãdiu sine sale facias bulli-  
re in aqua donec decoctus fuerit. Postea accipere sex, vel octo un-  
cias ex illo brodio, prius à Sacerdote benedicto illa benedictione*

(ad quodcunque volueris) vel benedictione (omnium potiorum) posita infra: & duas uncias predicti olei benedicti. Et omnia simul incorporata, ac tepida dabis patienti summo mane. Sed antequam infirmus bibat predictum oleum sic dispositum, prebe illi panem benedictum, dicendo:

Accipe panem istum benedictum ad destruenda omnia maleficia Sarana tibi facta. In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus tris sancti. Amen.

Sicque continuis per octo, vel decem dies. Et unaquaque die unge patientem ex predicto oleo in istis locis: Ad oculos, ad frontem, ad aures, in pectore, ad cor, ad pulsus manuum, ad manus, ad pulsus pedum, & ad pedes, & unguendo singula loca, dicas sequentia verba:

Ego ungo te N. hoc oleo benedicto, & per istam unctionem absoluo te tris ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & factoris tibi arte diabolica factis. In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus tris sancti. Amen.

### BENEDICTIO AD QUODCUNQUE VOLUERIS.

Ps. Adiuutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit caelum, & terram. Ps. Domine, exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

#### Oratio.

Bene tris die, Domine, creaturam istam N. vel N. ut sit remedium salutare generi humano, & preta per inuocationem sancti tui nominis, ut quicumque ex ea sumperit, vel gustauerit, corpori sanitatem, & animae tutelam accipiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

ALIA BENEDICTIO OLEI AD VNGENDUM MALEFICIATOS, MODISQUE FACIENDI PREDICTUM OLEUM.

Recipe	{	Rutarum,	} Cinis tres.	
		Salvia,		
		Anethi,		} Au.
		Cinis oliuarum.		
Aque benedictae,				

Et omnia simul fac bullire in oleo: deinde ipsum benedicas sequenti benedictione.

Vers. Adiuutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit caelum, & terram.

#### EXORCISMVS.

Exorcizo te, spiritus immunde, per Deum tris vinum, per Genes. 2. Duem tris verum, per Deum tris sanctum, qui fecit caelum, & terram, mare, & omnia, quae in eis sunt: ut omnis virtus aduersarii, omnis exercitus diaboli, omnis incurfus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura olei & omnium herbarum, quae in eo sunt, ut sit ignis ardens aduersus omnes insidias inimici, ut quicumque unctionis fuerit hac creatura olei, sit sanitas, & sinceritas super eum: & spiritus maligni, & phantasticae visiones, unctione huius olei separentur, & elongentur ab eo. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

#### Oratio.

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, quorum seruitium spirituale cognoscitur, dignare respicere, benedicere tris & sanctificare tris hanc creaturam olei, quam ex oliuarum succo eduxisti, & ex eo infirmos iungi mandasti: quatenus sanitate percepta, tibi Deo viuo, & vero gratis agerent. Presta quaesumus, ut hi qui oleo, quod in tuo nomine bene tris dicimus, vsi fuerint, ab omni languore, omnique infirmitate, & a cunctis insidiis inimici liberentur, & cunctae aduersitates separentur a plasmate tuo, quod pretioso sanguine Filij tui redemisti: ut nunquam laedatur a morfu serpentis antiqui: Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum, &c.

Et aspergatur oleum aqua benedicta, postea unge patientem, sicut supra ostensum est.

MODVS SOLVENDI MALEFICIA alicui personae facta, in corpore humano exillencia.

Prius aduertere debet Exorcista, in qua parte corporis maleficiu inferat dolere: quia regulariter in istis tribus partibus consueuerit maleficia inducere lesionem, scilicet in ventre in stomacho, & ad cor. Si dolorem immitat in inferiori parte corporis maleficiati, prebe illi oleum benedictum prima benedictione, eo modo quo dictum est supra, & omni die, quo infirmus biberit predictu oleum, debet exorcizari per tres, vel quatuor horas. Si autem dolor reducatur ad stomachu, vel ad cor, tunc prebe illi sequens remedium,

Recipe { Ellebori albi, }  
 { Perforati, } añ. 3. j. 5.  
 { Sacchari rosati, }  
 { Thuris, } 3. 5.

Et omnia simul in vino albo optimo, quantitate unius libræ tantum facias bullire, quousque deveniat ad medietatem: postea ipsum vinum colatum, benedictum, atque exorcizatum à Sacerdote propria benedictione posita infra, tribus patenti hora cõperenti, & per tres dies: si necesse fuerit, ne continuabis uno die, & alio non. Et unaquaque die, nõ obstante vomitu infirmus cõtritus, & confessus, atq; in statu suo salvis existens, exorcizetur spatio trium, vel quatuor horarum: quia sic sanabitur, favente gratia Dei.

MEDICINA PRO MALEFICIATIS.

Recipe { Florum Ginetæ, }  
 { Ypericonis, }  
 { Marrubij, } añ. 3. ij.  
 { Erbicæ, aut Iuz, }  
 { Rutz, }

Et fiat decoctio in aqua ad medietatem: postea benedicatur à Sacerdote benedictione sequenti, & detur Maleficiato hora competenti.

BENEDICTIO SYRUPORVM, ATQVE Medicinæ.

Verf. Adjuutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit celum, & terram. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Eum cum spiritu tuo.

Oratio.

Gencl. r. **O**mnipotens sempiternæ Deus, qui fecisti celum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, bene & digneris hanc medicinam: & super eam bene & dictionem tuam effundere digneris, vt per tuam sanctissimam virtutem, & copiosissimam benedictionem, demonem hunc, famulum tuum N. vexantem, torqueat, fatiget, expellat, ipsamque famulum tuum N. pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi Filij tui redemptum sanguine, ab omni demonum molestia liberatum, per tuam bonitatem custodire digneris, ad laudem tui sanctissimi nominis. Per eandem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.

BENEDICTIO OMNIUM POTIONVM ad destruendas facturas, & fuganda maleficia de corporibus humanis.

Verf. Adjuutorium nostrum in nomine Domini. ¶ Qui fecit celum, & terram.

EXORCISMVS.

**E**xorcizo te, medicina, per Deum & viuum, per Deum & verum, per Deum & sanctum, per illum, qui te ad salutem humani generis creauit. Exorcizo te & per incarnationem Filij Dei viui, per Natiuitatem, & Circumcisionem eius: per Baptismum & sancti Ieiunium eius, per Passionem, Mortem, Resurrectionem, & Ascensionem eius, per aduentum, & gratiam Spiritus sancti paraclyti, per beatam Mariam virginem matrem Domini nostri Iesu Christi: per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: Per omnes Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, Viduas, & Continentes Dei, & per omnes virtutes eorum, vt in virtute ipsius Dei, destruas omnia maleficia, & incurtus diaboli, ac ministrorum eius, omnes incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, diabolica arte factas: seu inuentas contra famulum Dei N. ita vt ad nihilum redigantur, tanquam si non essent: vt sicut diuina potentia spoliavit infernum, ita expoliare valeas, & possis hunc famulum Dei N. & imaginem Christi ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum: & per te extinguantur omnes ardores, calores, & frigiditates, ceteraque pestilentia facta, siue fienda contra famulum Dei N. in omnibus facturis. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Oratio.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui omnia ex nihilo condidisti: qui hominem, ad imaginem, & similitudinem tuam creasti: & mirabilis redemisti: virtutis tuæ inuictam fortitudinem deprecamur, Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, & te suppliciter exoramus vt medicinam istam bene & dicere, exorci & zare, & sanctificare pro tua pietate digneris: vt ex vultu Diuinæ maiestatis tuæ, virtutem tuam contra omnes imundos spiritus, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, & omnia maleficia Sarranæ possit recipere,

recipere, & expellere à famulo tuo N. quicquid potest pestiferum esse, ut exhibeat plenum sanitatis effectum. Deterreat præstigia, fantasticalque visiones compescat, per signum sanctæ Crucis † Filij tui Domini nostri, tutelam fidelissimam desiderantibus præbet, per hoc tuum, Domine Iesu Christe, signaculum, † & quod nullius dolus, nullius pertinacia destinauit. Qui cum Patre & Spiritu sancto uiuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## Oratio.

**B**enedico igitur te, creatura medicinae, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, qui te creauit pro tutela humani generis. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hæc creatura medicinae famulo tuo N. in nomine sanctæ Trinitatis efficiatur salutare remedium, sitque perfecta medicina in uisceribus eius. Qui in Trinitate perfecta uiuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## Oratio.

**D**escendat quæsumus, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, in hanc medicinam uirtus Spiritus sancti & per hoc signum † Crucis fugiāt omnes demones: siue phantasmata, uel quodeunque opus diabolicum ab omni imagine Christi, & uirtus eorum omnino extingatur, & annihiletur: ad honorem excelsæ maiestatis tue: & omnis creatura facta ad imaginem, & similitudinem tuam per hanc medicinam, ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum sanetur, & saluetur in nomine Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.*

**BENEDICTIO AQVÆ AD EXPELLENDAS FACTURAS, & FUGANDA MALEFICIA DE OBSESSIS CORPORIBUS HUMANIS.**

℞. Aditorium nostrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit celum, & terram.

## EXORCISMVS.

**E**xorcizo te, † aqua, per illum, qui te creauit, & qui in te baptizari uoluit: qui quatuor flumina de Paradiso exire iussit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te † per illum, qui Naaman Syrum à lepra mundauit. Exorcizo te, † aqua, per eum, qui te per suam potestatem in Chana Galilee conuertit in uinum. Exorcizo te, † per Incarnationem Filij Dei uiui, per Natiuitatem, Circumcisionem, per Baptis-

mum.

mum, & sanctum ieiunium eius: per Passionem, mortem, & sepulchrum eius: per Resurrectionem, & Ascensionem eius, per aduentum, & gratiam Spiritus sancti paraclitici: per beatam Mariam Virginem matrem Domini nostri Iesu Christi: & per lac eiusdem Virginis Mariae, & per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubim, & Seraphim: per omnia Sacramenta Ecclesie Catholice, per sanctum Ioannem Baptistam: per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, Martyres, Innocentes, Confessores, Virgines, Viduas, & Continentes Dei, & per uirtutem omnium Sanctorum, & Sanctarum eius: ut in uirtute Iesu Christi destruas omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius, omnesque incantationes, ligaturas, & fascinoes, signaturas, & facturas, arte diabolica factas, seu inuentas contra famulam Dei N. ita ut ad nihilum redigantur, & sicut diuina potentia expoliuit Iosernum, ita expoliare ualeas illum ab omnibus facturis, & per te extinguantur omnes ardores, calores, & frigiditates, ceteraque pestilentie factæ, siue fiende contra famulam Dei N. in omnibus facturis. Per eum, qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

## EXORCISMVS.

**U**terum exorcizo te, aqua, per Deum † uiuum, per Deum † uerum, per Deum † sanctum: per Dominum nostrum Iesum Christum, qui fecit celum, & terram, mare, & omnia, que in eis sunt, ut omnes uirtutes aduersarij, omnis exercitus diaboli, omnis incurtus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant à te: ut sis sancta, & salutaris, & ignis ardens aduersus omnes insidias inimici: ut quicumque te biberint, siue gustauerint, sis ei sanitas, & medicina animæ, & corporis: ut in uirtute sanctæ Trinitatis effugiat omnis infirmitas: & omne opus nefarium diaboli, potatione cui separetur, effugiat, & elongetur. Per eum, qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem.*

**I**n principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

Erat

†  
ista p. n. d. u.  
tu d. r. a. c. o. n.  
za u. i. a. g. u. a.



Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Resp. Laus tibi Christe.

## Oratio.

**B**enedicat te, & Aqua, Deus Pater omnipotens, qui te suo verbo creauit, & det tibi contra omne malum, & maleficium virtutem, vt quicumque te deuotè sumpserit, & gustauerit, liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis, arte diabolica factis, & ab omni spiritu immundo, & per omnia sancta nomina tua. Domine Iesu Christe, sana cor, & omnia membra huius famuli tui N. & ipsum libera ab omnibus malis animæ, & corporis. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuus regnas in secula seculorum. Amen.

*Hic exsufflatur in aquam, dicendo:*

Exsufflo te omnis legio Satanæ, in nomine Pa & tris, & Fi & li, & Spiritus & sancti. Amen.

## EXORCISMVS.

**E**xorcizo te, creatura aquæ, in nomine Pa & tris, & Fi & li, & Spiritus & sancti, ne sis communis vili spiritui immundo, ad honorem sanctissimæ, atque indiuiduæ Trinitatis, viuentis, atque regnantis, vt quicumque te deuotè biberint, & gustauerint, omnis spiritus immundus, cum omnibus facturis suis, ab eis recedat. Itaque exorcizo te, & creatura aquæ, in nomine Iesu Christi Nazareni, Filij Dei viui, Regis, & Iudicis nostri, vt sis purgatio omnium maleficiorum, & incantationum factarum huic creaturæ Dei N. quam ipse ad imaginem, & similitudinem suam creauit, & ad baptismum, & gratiâ suâ vocare dignatus est. Te ergo inuoco, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt hanc aquam exorcizare, & bene & dicere pro tua pietate digneris, vt omnis immundus spiritus locum in ea amplius non habeat, sed in virtute Spiritus sancti. omnes, qui biberint ex ea, recipiant sanitatem corporis, & animæ, & ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum sanentur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

## Oratio.

**D**ignare, Domine Iesu Christe, exorci & zare, bene & dicere, & sancti & ficare aquam istam ad liberandum, & sanandum famulum tuum N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis sibi arte diabolica factis, vt ad nihilum redigantur. Et sicut tua potentia infernum spoliasti, ita eadem expoliare digneris ipsum famulum tuum N. ab omni machinamento diabolica arte facto, qui redemisti nos in manu forti, & brachio extenso. Da, Domine Iesu Christe, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per te, Iesu Christe saluator mundi. Amen.

## Oratio.

**T**e igitur, Domine Iesu Christe, qui es fons, & aqua salientium in vitam æternam, suppliciter exoramus, vt hanc aquam bene & dicere, & exorci & zare pro tua pietate digneris in salutem, adiutorium, & liberationem famuli tui N. & ipsum tueri ab omnibus maleficiis, incantationibus, & illusionibus demonum, & ministrorum eius, & ab ipsis potenter illum defendere per virtutem tuam, de cuius latere fluxerunt sanguis, & aqua in remedium, & remissionem peccatorum nostrorum: ita nos, Domine, famuli tui clementiam tuam, & nomen sanctum tuum imploramus, vt quicumque ex hac aqua biberint, & deuotè gustauerint, abluantur ab omnibus sordibus demonum, & reddantur suæ incoluntati: nec in eis in futurum nocendi habeat potentiam aduersa demonum, & maleficorum potestas. Qui sanctus, & pius es, & permanes in secula seculorum. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.*

**BENEDICTIO SALIS, ET AQVÆ**  
ad curandum demoniacos, seu maleficios.

*Sacerdos curaturus Enervamentum, vel maleficiatum, habeat illum presentem contritum, & confessum, habeatque Sal & Aquam preparata, & prius quàm illa incipiat benedicere, flexis genibus, corde deuoto, & animo humiliato faciat confessionem, & absolutionem super infirmum, & assistentes, hoc modo:*

**C**onfiteor Deo omnipotenti. *totum.* Misereatur vestri Omnipotens Deus. *totum.* Indulgentiam, absolutionem, & remissionem. *totum.* Deinde legat septem Psalmos Penitentiales, & sequentes Litanias super Sal & Aquam.

Litania

*Litanie descende super Sal, & Aquam.*

Ecclesia Romana.	<b>K</b> Yrie eleyson. Christe eleyson. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Pater de caelis Deus, misere- re ei. Fili Redemptor mundi Deus, miserere ei. Eadem. Spiritus sancte Deus, misere- re ei. Sancta Trinitas vnus Deus, miserere ei. Sancta Maria, ora pro eo. Sancta Dei genitrix, ora. Sancta Virgo virginum, ora. Sancte Michael, ora. Sancte Gabriel, ora. Sancte Raphael, ora. Eadem. Omnes sancti Angeli, & Ar- changeli, orate. Omnes sancti beatorum spi- rituum ordines, orate. Sancte Ioannes Baptista, ora. Omnes Sancti Patriarchae, & Prophetae, orate. Sancte Petre, ora. Sancte Paule, ora. Omnes sancti Apostoli, & Euangelistae, orate. Eadem. Omnes sancti Discipuli Do- mini, orate. Sancte Stephane, ora. Sancte Laurenti, ora. Sancte Vincenti, ora. Eadem. Omnes sancti Martyres, orat. Sancte Siluester, ora. Sancte Gregori, ora. Sancte Ambrosi, ora. Sancte Augustine, ora. Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate.	Omnes sancti Doctores, ora. Sancte Benedicte, ora. Sancte Francisce, ora. Sancte Dominice, ora. Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitae, orate. Omnes sancti Monachi, & Eremitae, orate. Sancta Maria Magdalena, ora. Sancta Agnes, ora. Sancta Ananias, ora. Omnes sanctae Virgines, & Viduae, orate pro nobis. Omnes sancti, & Sanctae Dei, intercedite pro nobis. Propitius esto, parce nobis, Domine. Propitius esto, exaudi nos, Domine. Ab omni malo, libera eum, Domine. Ab omni peccato, lib. A morte perpetua, lib. Per mysterium sanctae incar- nationis tuae, lib. Per Aduentum tuum, lib. Per Natiuitatem tuam, lib. Per baptismum, & sanctum ieiunium tuum, lib. Per Crucem, & Passionem tuam, lib. Per mortem, & sepulturam tuam, lib. Per sanctam Resurrectionem tuam, lib. Per admirabilem Ascensionem tuam, lib. Per aduentum Spiritus sancti Paracliti, lib. In die Iudicij, libera nos Do- mine.
------------------	--	--

Pecca

Peccatores, te rogamus audi nos. Et nobis parce, te rogamus audi nos. Et nobis indulgeas, te roga- mus audi nos. Et ad veram poenitentiam nos perducere digneris, te ro- gamus audi nos. Et Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris, te rogamus audi nos. Et donum Apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordi- nes in sancta religione con- seruare digneris, te roga- mus audi nos. Et inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris, te ro- gamus audi nos. Et regibus, & principibus Christianis pacem, & ve- ram concordiam donare digneris, te rogamus. Et cuncto populo Christia- no pacem, & vnitatem lar- giri digneris, te rogamus audi nos. Et hanc aquam bene tunc dice- re digneris, te rog. Et hanc aquam bene tunc dice- re, & conseruare digneris, te rogamus audi nos. Et hanc aquam bene tunc dice-	re, sancti tunc ficare, & con- se tunc care digneris, te ro- gamus audi nos. Et nosmetipsos in tuo san- cto seruitio confortare, & conseruare digneris, te ro- gamus audi nos. Et omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus au- di nos. Et fructus terrae dare, & con- seruare digneris, te roga- mus audi nos. Et omnibus fidelibus defun- ctis requiem aeternam do- nare digneris, te rogamus audi nos. Et nos exaudire digneris, te rogamus audi nos. Fili Dei, te rogamus audi nos. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis, Do- mine. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Do- mine. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Christe, audi nos. Christe, exaudi nos. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
---	---

Pater noster. totum. Vers. Et ne nos inducas in tentatio- Eadem.  
nem. Resp. Sed libera nos a malo. Vers. Saluum fac seruum  
tuum. Resp. Deus meus sperauit in te. Vers. Domine exaudi  
orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers.  
Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens: qui omnes homines vis saluos 1.Tim.2.  
faci, & ad agnitionem veritatis venire, suscipe oratio-  
nem

K nem

nam meam, quam ante conspectum clementiæ tuæ fundo pro famulo tuo N. qui à dæmonio vexatur, & ad misericordiam euam confugit. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## EXORCISMVS SALIS.

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cælum, & terram.

Gen. c. 1.

**E**Xorcizo te, creatura Salis, per Deum & creatorem, & creatorum omnium auctorem, qui inter reliqua sua opera dignatus est adiuuare virtutem Salis: Tu itaque armata per virtutem suam caelestem grauissimum inimicum suum persequere. Tu nunc creatura Salis in præsentem opere implicata, in sancta virtute Domini nostri Iesu Christi, persequere diabolum, & omnes eius insidias, & à visceribus omnium ubicunque fueris aspersus, absque ulla molestia omnes infirmitates expelle, & omni animæ accipienti profuturus ad salutem perpetuam sis, & pernitiem perpetuam ultionis excludas. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

## Oratio.

Math. c. 5.

**B**enedic, Domine, hanc creaturam Salis, quam bene & dicimus in nomine sancto tuo, & filij tui Christi Domini nostri, & Spiritus sancti, ut sit ignis ardens aduersus insidias diaboli, & sanitatem præstet patienti contra omnem dolorem. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

## Oratio.

**P**ræsta quæsumus, Domine, salutare remedium per hanc benedictionem, qua bene & dicimus hanc creaturam Salis, ut ubicunque affuerit, ad sanitatem corporis, & animæ proficiat. Per Dominum, &c.

## Oratio.

3. Cor. c. 1.

**D**omine sancte Pater omnipotens æternus Deus, bene & dicere digneris hanc creaturam Salis in tuo nomine, Deus omnipotens, Deus Cælorum, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginiū, Deus Sanctorum omnium, quem in usum humani generis bene & dicimus. Bene & dic igitur, Domine, hanc creaturam salis, sicut benedixisti sal, quem dedisti in manu Helisei prophete, ex quo sanate sunt aquæ, ut quicumque gustauerint ex eo, sanitatem corporis, integritatemque mentis, & tutelam salutis, atque corroboratio

borationem fidei accipiant, sanctæque, atque custodiat animas, & omnia membra eorum à languore pessimo, & ab insidiis diaboli, & proficiat ad salutem animæ, & corporis. Per Dominum nostrum, &c. Amen.

## Oratio.

**G**ratias agimus tibi, & nomini tuo, omnipotens Deus, qui mittere dignatus es Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, qui dedit nobis virtutem suam vnde resistere diabolo, & insidiis eius possimus: benedic, ergo hanc creaturam salis, & Spiritu sancto tuo illam illustra, ut si quis ex ea susceperit per virtutem nominis tui, proficiat ei aduersus omnia tela, & iacula nequissimi inimici tui. Per Dominum, &c. Amen.

## EXORCISMVS AQVÆ.

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cælum, & terram.

**E**Xorcizo te, creatura aquæ, per Deum viuum & creatorem Ecclesiam, & omnium creaturarum auctorem, qui te ab initio, suo verbo ab arida terra separauit, & ad potandum, atque abluendum omne, quod sordidum est, destinauit, ut sicut retines naturalem, & insitam tibi à Deo virtutem & palpabiles abluis sordes, ita addita virtute, per inuocationem diuini nominis, inuisibiles, si quæ in eo loco sunt, sordes, aspersione tua, Christo iubente, in nomine eius expurges. Per eundem Christum, &c. Amen.

## Oratio.

**B**ene & dic, Domine, hanc creaturam aquæ, ut sit remedium salutare generi humano, & præsta per inuocationem tui nominis, corporis sanitatem, & animæ tutelam, atque defensionem mentis. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

## Oratio.

**B**ene & dic, Domine, hanc aquam aduersus humani generis inimicum, & mitte Spiritum sanctum tuum super eam, ut armata defensione celestis virtutis, cunctis percipientibus proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum, &c. Amen.

## Oratio.

**B**ene & dic, omnipotens Deus, hanc aquam, qui ad usum humani generis ad abluendum omnium peccatorum crimina præstitisti, ut inuocato super eam nomine tuo sancto, quicumque in ea lotus fuerit, seu à qualibet creatura rationali potata, salutaris tui munus inuisibile per hanc aquam

tribuatur, ut omne quod sordidum est effugetur, & tuæ pietatis beneficium omnibus conualecat. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

*Oratio.*

*Exod. c. 14.* **D**omine sancte Pater æternæ Deus, exaudi preces nostras, sicut exaudire dignatus es famulum tuum Moysen in mari rubro, propter hoc, quia Pharaon in populo tuo cor tuum exarcebat, ut ipsum manu sui exercitus necaret: & sicut Heliseus propheta cum populus tuus aquam gustare non posset, sal accepit, & proiecit ad exitus aquarum, & benedixit eas, & dixit: Sanavit dominus aquas istas, & non erit in eis mors, neque infirmitas, & sanatae sunt aquae: ita tu Domine, sana aquam istam, ut ubicunque aspersa fuerit per domos, siue angulos domorum, & ubicunque maleficium diabolicum fuerit statim confusum, & increpatum abscedat, & fugiat: & sit nobis, Domine, hæc aqua aspersa, aqua omnis virtutis, aqua refrigerans, & diaboli interitus, & liberatus hic famulus tuus N. laudes, & gratias tibi, Domine sancte Pater omnipotens, agat sempiternas. Per Dominum nostrum, &c. Amen.

*Eadem.* *Hic Sacerdos mittat Salem in Aquam in modum Crucis, dicendo.*

Commixtio Salis, & Aquæ pariter fiat. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

*Oratio.*

*Eadem.* **D**eus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in quarundam rerum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic in modis purificationibus preparato, virtutem tuæ benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis seruiens: ad eiciendos demones, morboque pellendos, diuinæ gratiæ sumat effectum: ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda respenderit, carcat omni immunditia, liberetur à noxa, non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiae latentis inimici, & si quid est, quod aut in oculum habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquæ fugiat: ut salubritas per inuocationem tui sancti nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Iesum, &c. Amen.

*Oratio.*

**D**eus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex ac semper magnificus triumphator, qui omnem diaboli scintillam

scintillam reprimis, qui inimici rogiens iracundiam frangis, qui hostiles nequitas potenter expugnas, te, Domine, Eadem trementes, & supplicantes deprecamur, ac petimus, ut hæc creaturam salis, & aquæ, dignaueris aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ more sanctifices, ut ubicunque fuerit aspersa per inuocationem tui sanctissimi nominis, omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, & presentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Amen. Eadem.

*Oratio.*

**D**escendat quæsumus, omnipotens Deus, bene dictio tua super hæc creaturam salis & aquæ, & ea cunctam familiam tuam protege, atque defende, & corporibus medicinam tribue: & diabolo ignis inextinguibilis potatione, seu abintione huius aquæ suffigatur. Per Dominum nostrum, &c. Amen.

*Oratio.*

**M**agnitudinem tuæ potentiae interpellamus, omnipotens Deus, qui ex vno fonte Paradisi quatuor flumina produxisti, qui per Angelum tuum Agar fontem ostendisti, & ex eo Ismaelem sitientem potasti, qui preces pueri Abraham in Mesopotamia ad fontem exaudisti, & omne eius desiderium adimplesti, qui famulo tuo Moyse petram percutere iussisti, & populum tuum in deserto ex aqua de petraeducta potasti, qui aquam amaram, immisso ligno dulcorasti: te supplices exoramus, ut similis benedictio descendat à te super hæc creaturam salis, & aquæ, ut quicunque in ea locus fuerit, & ubicunque aspersa fuerit, vel potata in nomine maiestatis tuæ, sanctetur, & omnes incantationes inimici impugnet, atque repellat. Iterum etiam rogamus, & petimus, ut sicut Angelum tuum Raphaelem ad domum Raguelis mittere dignatus es, ut Asmodeum ligaret, ita simile sit beneficium huic creaturæ tuæ N. & ubicunque hæc aqua aspersa fuerit, propitius habitatoribus sit, nec illis inimicus suggestionibus inanibus nocere possit: sed te propitiantie fugatus abscedat. Per Dominum nostrum, &c. Amen. 4. Reg. c. 2. Tob. c. 9.

*Oratio.*

**T**e inuocamus, Domine sancte Pater omnipotens sempiternæ Deus, ut hæc creaturam salis, & aquæ exorcizate, & bene dictio dicere pro tua pietate digneris, ut omnis spiritus inmundus in ea vltra non habeat potestatem, sed

vbicunque fuerit aspersa, Angelorum tuorum ibi auxilium descendat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium, &c. Amen.

*Hic Sacerdos aspergat demoniacum hac aqua benedicta, deinde dicat.*

*Oratio.*

*Ecclef. Rom.* **D**eus, qui es medicus salutaris, ad te ferenda sunt iugiter nostra obsequia, tribue nobis tam corporis, quam mentis sanitatem. Per Dominum nostrum, &c. Amen.

*Hic prabe potum patientis: vel quando tibi placuerit, ex aqua. Et nota quod aqua ingrediens potiones, semper prius hac benedictione est benedicenda.*

**BENEDICTIO VINI AD SANANDVM**  
maleficatorum, & ad explendas facturas, & omnia maleficia de corporibus humanis.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cœlum, & terram. ψ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

*Jerem. 17.* **D**omine Deus Pater omnipotens, qui scis omnia, antequam fiant, siue bona, siue mala, & omnes cogitationes hominum tibi manifeste sunt: tuam exoro piissimam clementiam, vt ab vniuersis peccatis suis, & malis, ac malignis spiritibus hic famulus tuus N. mereatur liberari: sed tu, clementissime, & piissime, atque amantissime Deus, oculos cordis eius illuminare digneris. Tu, Domine, meditationem cordis eius tibi fac placitam: amor tuus eius desiderium inflammet. Exaudi, omnipotens Domine, preces seruorum tuorum: clementissime Deus, per inuocationem sancti tui nominis, & per inuocationem omnium sanctorum tuorum, & per omnia sancta tua nomina bene ✠ dic, & sancti ✠ ficare in virtute tua vinum istud, vt omnes ex eo gustantes, recipiant sanitatem mentis, & corporis. Domine Deus Pater omnipotens, ne derelinquas famulum tuum, N. nec proicias eum in tempore necessitatis, cum defecerit virtus eius. Domine, si forte peccauit contra voluntatem, & mandata tua, & præcepta tua non custodiuit, tamen non te negauit esse verum Deum solum: peccauit enim coram te, & angelis tuis cōtra omnes iustificationes tuas.

Igitur per intercessionem beatissime Virginis Marię matris Filij tui Domini nostri Iesu Christi, ei parcere digneris: quia tu scis, quę ei sunt necessaria animę, & corpori. Tu, Domine, dixisti: nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat: & sicut Cananęam, & Publicanum vocasti ad penitentiam, ita famulum tuum N. ad penitentiam vocare digneris, & sicut beatę Marię Magdalene: à te dimissa fuerunt peccata multa propter penitentiam, & contritionem oius: ita, piissime Domine, famulo tuo N. per potentiam diuinitatis tuę ei parcere digneris. Domine Deus Pater omnipotens, adesto supplicationibus nostris: & sicut conuertisti aquam in vinum in Chana Galilee, ita bene ✠ dicere, exorcizare, & sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris vinum istud, vt sit remedium efficax contra omnem potestatem omnium inimicorum nostrorum, ac etiam contra omnes facturas, quę factę fuerunt, vel factę erunt: & nullus spiritus malus, cuiuscunque generis, aut conditionis existat, possit latere, vel diu permanere in quacunque creatura, quę gustauerit, & deuote sumperit ex hoc vino benedicto. Rogamus ergo te, Domine, vt benedicendo bene ✠ dicas, & sanctificando sanctifices hoc vinum in honorem omnium sanctorum, & sanctorum totius cœlestis Curie: vt totaliter destruat omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum tuum per potentiam tuam extinguere, & fugare valeat: ac etiam contra omnē impedimentum Satane ipsum vinum sit remedium, vt quicumque ex eo biberit, liberetur ab infirmitate sua, & tecum saluetur: quia tu, Domine, dixisti: Omnis quicumque inuocauerit me, exaudiam eum. Rogo ergo te, Domine Iesu Christe, per immensam clementiam tuam, & per illud sanctum dictum tuum, vt salues illum, ne pereat, Domine, ad honorem tuum: & in nomine tuo, ô Trinitas beata, fiat ista benedictio, & super vinum istud descendat, & sit purgatio omnium maleficiorum, quę in corpore, vel extra corpus istud sunt facta, & destruantur per virtutem tuam, & per virtutem istius vini, quod est benedictum, & sanctificatum in tuo nomine. Trinitas sancta, & indiuidua, audi, & exaudi preces seruorum tuorum. Et benedictum sit nomen tuum in æternum in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnipotens æternæ Deus, qui per Filium tuum vnigenitum Iesum Christum Dominum nostrum, redimere dignatus es mundum: & ipse benedictus, *Math. 26.*  
K 4 Filius

Filius tuus, ut memoriam sui relinqueret nobis, corpus suum sub specie panis, & sanguinem suum sub specie vini relinqueret dignatus est: quæsumus immensam clementiam tuam, ut nobis ministris tuis benedicens hoc vinum in nomine tuo, & in nomine eiusdem dilecti Filij tui, & Spiritus sancti, ipsum sit remedium efficax ad salutem famuli tui N. & præsta, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, per intercessionem omnium Sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Sanctarum Virginum, atque Continentium & totius celestis Curie: ut quicumque ex eo biberit, & deuotè gustauerit, nullus malignus spiritus, nulla maleficia facta, vel fienda possint latitare, vel stare in aliqua parte corporis sui: sed mox ad laudem, & gloriam nominis tui, & ad honorem omnium sanctorum tuorum, si sunt in corpore, statim se manifestent & exeant per virtutem tuam. Et si sunt extra, confringantur, tanquam si non essent. Da, Domine, virtutem nomini tuo, quod inuocamus super hoc vinum per virtutem Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, & regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**ignare Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, bene te dicere, exorciza te, & sancti te facere vinum hoc per tuam clementissimam bonitatem, ut omnis, qui in nomine tuo, & dilecti Filij tui, & Spiritus sancti, ex eo biberit, & gustauerit, mundaetur ab omni maleficio diabolico, & ab eo recedat omnis diabolica legio, omnis spiritus immundus, & omnis virtus diaboli exterminetur: & potestas tua, Domine, in virtute verborum tuorum præualeat, & in memoria admirabilis, & altissimi sacrificij illius, qui se voluntariè obrulit tibi Deo Patri omnipotenti, benedice, & sanctifica vinum istud, per memoriam sacrificij Patriarchæ nostri Abrahamæ, & quod tibi obrulit summus Sacerdos tuus Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum cum eodem Spiritu sancto viuit, & regnat, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnipotens æterne Deus, adesto precibus nostris, & pijs famulorum tuorum laboribus, nobisque misericordiam tuam poscentibus. Descendat, quæsumus, Domine, Spiritus sanctus tuus in hoc vinum, quod sub inuocatione sancti nominis tui, & in honore sanctæ Crucis, in qua coæternus tibi Filius tuus Dominus noster Iesus Christus

Christus pro redemptione mundi pati dignatus est, & in honore omnium sanctorum tuorum bene te dicimus, & exorcizamus: ut omnes creaturae, quæ vexatæ fuerint à spiritibus immundis, siue maleficiatæ quocumque modo operibus Saranæ, & ministrorum eius, ex hoc vino biberint, sanentur, & saluentur: atque ab eis discedant omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, facturæ, & omne opus nefarium diaboli dextera potentia tua confringantur. Nullusque spiritus immundus, nulla phantasmata, nulla ars inimici possit contra famulos tuos habere virtutem, & non possit latere in illis, à quibus hoc vinum degustatum fuerit: sed confestim discedat à plaimate tuo, nunquam reuersuri. O beata, & sancta manus Dei, quæ omnia sanctificas, omnia benedixisti, omnia locupletas, o beata, sancta, & benedicta Trinitas, quæ omnia purificas, omnia mundas, omnia perornas: o beata maiestas, quæ cuncta contines, cuncta replet, cunctaque disponis. O sancte sanctorum Deus, tuam clementiam, humillima deuotione deposcimus: ut hoc vinum per nostræ humilitatis famulatum, in honore victoriosissimi nominis tui puri te facere, bene te dicere, exor te citare, sancti te facere digneris. Per hoc ergo vinum, quæsumus Domine, gratia Spiritus sancti exorcizatum, ægroi sanentur, infirmi curentur, dæmones eiiciantur, cunctaque maleficia, te propitiante, expellantur, & omnes dæmoniaci, & maleficiati, qui ex hoc vino biberint, & deuotè gustauerint, sanitate mentis, & corporis concessa, misericordiam, quam precantur, perpetuò miserationis tuæ munere se obtinuisse glorientur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.*

*Nota, quod vinum ingrediens potiones, semper prius hac benedictione est benedicendum.*

## BENEDICTIO RUTÆ.

Ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit caelum, & terram. Ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**B**ene te dicere, Domine Iesu Christe, hanc Rutam, & infundere ei per tuam virtutem tuam sanctam bene te dictionem

caelestem: ut quicumque ex ea suffumigatus fuerit, vel supra se eam habuerit, nullus inimicus ei nocere possit, & in quibuscunque locis aspersa fuerit, vel posita, recedat, & contremiscat diabolus, & fugiat pauore, & non presumat amplius inquietare, vel illudere creaturas tuas. Inde supplico, Domine, ut mittas sanctum Angelum tuum Raphaellem, qui euulsit, & expulit à Sara, & à Tobia dæmonem mortiferum, & ferentem, & illum conterat, & perdat de cunctis animabus colentibus Deum: de scamis, de angulis, de lectis, & de omnibus locis in quibuscunque habitat, requiescat, vigilet, & consistat: nec valeat amplius inquietare, vel pauores immittere in illos, quos sancta uinctio munivit. Bene ꝑ dicaris igitur, Rata, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Trinitatis, ut sis exterminatio diaboli, & omnium contubernantium eius. Per eum, qui venturus est iudicare uiuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.*

### BENEDICTIO IGNIS AD COMBURENDA INSTRUMENTA MALEFICIALIA.

Ꝟ. Aditorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum, & terram. Ꝟ. Dominus uobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**B**enedicat te, creatura ignis, qui creauit te: qui famulo suo Moyse apparuit in igne flammæ rubi: qui in columna ignis per noctis tenebras suum populum antecessit in desertum, qui iudicaturus orbem, te iudicis faciem præire iubebit, qui te suæ iusticiæ instrumentum in spiritus contumaces delegit: ut qui tres pueros maiestatis suæ cultores in te seruauit illelos, etiã per te excruciet, & explodat omnes spiritus apostaticos. Bene ꝑ dico te, & exor ꝑ eizo, atque coniu ꝑ ro te, creatura ignis, & per illum, qui facit orbem tremere, & qui omnia potest, ut aduersus infernales prædones sis mihi adiutorium, eos in uirtute Dei, & Domini nostri Iesu Christi affligens, excrucians, & exurens plus centuplo, quàm gehenna sulphurea: ut abs te sentiant pœnas importabiles, quæ per singula momenta suæ proteruæ obstinationis suscipiant incrementa. Per eum, qui venturus est iudicare uiuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

*Oratio.*

**O** Adonay magne, & admirabilis, qui uniuersa de nihilo tua potenti uirtute creasti: & qui huius mundi corporeis elementis tantam ad eò potes communicare uirtutem, ut non solum inuisibiles spiritus pro sua temeritate perpetuò excrucient, uerùm etiam, ut possint rerum transmutare naturas: obsecramus humiliter tuam omnipotentem, pietatem, ut huic tuæ creaturæ, eam uirtutem conferre, tua benignitate digneris, quæ malignis spiritibus non solum infernalium pœnarum amarum recordationem efficiat: uerùm etiam eos pro sua in te, & in nos ministros tuos contumacia excruciet, exterminet, & expellat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Deinde aspergatur aqua benedicta, quo facto, projice instrumenta maleficialia in ignem, dicendo*

*Psalium.*

**E**xurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia: Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius: patris orphanorum, & iudicis uiduarum. Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit uirum moris in domo. Qui educit uinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Deus cum egredieris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto. Tetra mora est: etenim cœli distillauerant à facie Dei Synai: à facie Dei Israël. Pluuiam uoluntariam segregabis, Deus, hereditati tuæ, & infirmata est: tu uerò perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ca: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus. Dominus dabit uerbum euangelizantibus, uirtute multa. Rex uirtutum dilecti, dilecti: & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios clericos, pennæ columbæ deargentata:

taræ: & posteriora dorsi eius in pallore auri.  
 Dum discernit cœlestis reges super eam, niue dealbabitur in  
 Selmon: mons Dei, mons pinguis.  
 Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicamini mon-  
 tes coagulatos?  
 Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim  
 Dominus habitabit in finem.  
 Curtus Dei decem millibus multiplex millia latantium: Do-  
 minus in eis in Synai in sancto.  
 Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem; accepisti dona in  
 hominibus  
 Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.  
 Benedictus Dominus die, quotidie: prosperum iter faciet no-  
 bis, Deus salutarium nostrorum.  
 Deus noster, Deus saluos faciendi: & Domini exitus mortis,  
 Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum:  
 verticem capilli perambulatum in delictis suis.  
 Dixit Dominus: ex Balan conuertam: conuertam in profun-  
 dum maris.  
 Ut iningatur pes tuus in sanguine: lingua casuum tuorum ex  
 inimicis ab ipso.  
 Viderunt ingressus tuos, Deus: ingressus Dei mei, regis mei,  
 qui est in sancto.  
 Præueniant principes coniuncti psallentibus in medio iu-  
 uencularum tympanistratarum.  
 In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israël.  
 Ibi Benjamin adolefc:ntulus in mentis excessu.  
 Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon, & principes  
 Nephthalin.  
 Manda Deus virtuti tue, confirma hoc Deus quod operatus  
 es in nobis.  
 A templo tuo in Hierusalem: tibi offerent reges munera.  
 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis po-  
 pulorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.  
 Dissipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto:  
 Æthiopia præueniet manus eius Deo.  
 Regna terræ cantate Deo: psallite Domino:  
 Psallite Deo, qui ascendit super cælum cœli, ad Orientem.  
 Ecce dabit vocem suam: vocem virtutis, date gloriam Deo super  
 Israël: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.  
 Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtu-  
 tem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.  
 Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

### BENEDICTIO INCENSI AD profumigandum dæmoniacos.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
 R. Qui fecit cœlum, & terram. ψ. Dominus vobiscum. R. Et  
 cum spiritu tuo.

#### Oratio.

**D**omine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelo-  
 rum cum tremore, dignare bene ꝑ dicere, & sancti ꝑ  
 ficare hanc creaturam incensi, ut omnes languores, & spiritus  
 maligni odorem incensi huius sentientes, fugiant procul, &  
 separentur ab hac creatura tua N. quam redemisti pretioso  
 sanguine tuo: ut de cætero non lædatur à morsu antiqui ser-  
 pentis. Per te, Iesu Christe Saluator mundi, qui viuis, & re-  
 gnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Et Aspergatur aqua benedicta in modum Crucis.*

### PROFUMIGATIONES CONTRA DÆMONES.

	{ Galbani,	}	
	{ Sulphuris,	}	
Recipe	{ Assæ fetida,	}	℞. ʒ.
	{ Aristolochia,	}	
	{ Ypericonis,	}	
	{ Rutæ,	}	

*Et omnia simul coniuata, ac benedicta sequenti benedi-  
 ctione (nomnibus mutatis) projice in ignem, &  
 vexatum, velut, nolui, diu facias super di-  
 ctum: ignem suffumigari.*

### BENEDICTIO HORRIBILIS contra Spiritus malignos.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
 R. Qui fecit cœlum, & terram.

#### EXORCISMVS.

**E**xorcizo te, creatura incensi, vel sulphuris, vel myrrhæ, vel  
 ligni aloes, vel camphoræ, vel assæ fetidæ, per Deum ꝑ  
 viuum, per Deum ꝑ verum, per Deum ꝑ sanctum, per sanctissi-  
 mam Trinitatem, Patrem, ꝑ filium, & Spiritum ꝑ sanctum, Gen.  
 & per Deum, qui omnia creauit ex nihilo, per eum, qui expul-  
 sit prauos Angelos de cœlo ad ista inferiora: per Iesum ꝑ Chri-  
 stum Filium eius vnicum Dominum nostrum, qui dabit præ-  
 destinatis felicissimè regnum æternum, & reprobatis regnum  
 infernale



infernale perpetuum: & per omnia nomina sancta ipsius Dei te coniu<sup>r</sup>o, exor<sup>o</sup> & cizo. & per omnia supradicta, vt sis in defensionem nostram, & efficiaris perpetua fumigatio exor<sup>o</sup> & cizata, bene & dicta, & conse<sup>r</sup>o & crata in salutem nostram, & omnium fidelium Christianorum, & perpetua pœna sis omnibus magnis spiritibus, & fortissimus, ac infinitus ignis cozum, & magis, quàm sit infernalibus spiritibus, sulphur, & ignis infernalis, & omnis pœna: & omnia supradicta sint nobis defensio, & perpetua expulsio, & suffumigatio omnium spirituum, ac solutio omnium ligaminum, facturatum, & prastigiorum: ita vt nihil pœdictorum nos, nec hanc creaturam Dei N. neque locum istum modo aliquo offendere & impedire valeat. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem Amen.

*Oratio.*

Ineffabilem clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus, vt sicut tu es vnus in essentia, & trinus in personis, scilicet Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, ita bene & dicere, & conse<sup>r</sup>are per immensam clementiam, & pietatem tuam digneris hanc creaturam suffumigationis, sic, vt sit omnibus Christianis ipsam sumentibus odor, & defensio perpetua contra omnes spiritus malignos, & omnes incantationes, & prastigia, ac maleficia, sitque perpetua expulsio malignorum spirituum, & omnium incantationum, facturatum, & prastigiorum, & annihilatio, ac solutio perpetua omnium ligationum & dissolutio omnium maleficiorum, & in quocunque loco odor eius venerit, sine affuerit, nullus spiritus, nullaque incantatio, nulla ligatio diabolorum, nulla fasciatio, nullum maleficium, nullaque molestia maligni spiritus possit durare, neque stare modo aliquo, sed statim tua immensa virtute, & potentia fugiant perpetuo, & procul expectantur omnes insidie latentis inimici, ac eorum habitationes dissoluantur, & annihilentur per signum sanctæ Crucis & Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta super incensum.*

CONIURATIO CHARTÆ, IN QVA debent scribi breuia applicanda, seu appendenda collo vexari, vel secum deferenda.

CONIURATIO

## CONIURATIO.

Coniuro te, & charta, per verba illa tituli triumphalis Saluatoris Domini Iesu Christi: & per omnia alia verba, quæ dicuntur de creatore omnium creaturarum: & per illum, qui potest tribuere, & facere, quod tantam obtineas virtutem, vt omnia, quæ super te scribentur, ad effectum salutis æternæ perducere valeas: & vt omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus pœdicta sine mora. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

*Et aspergatur aqua benedicta.*

## AD COGNOSCENDVM SI ALIQUIS

vexetur à spiritibus immundis, scribe hæc nomina sancta Dei in charta benedicta, vt supra; & pone illa super patientem, ipso nesciente.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. & D. Hiero. Hel<sup>l</sup> Heloym<sup>l</sup> Sother<sup>l</sup> Emmanuel<sup>l</sup> Sabaoth<sup>l</sup> Agla, Tetragrammaton<sup>l</sup> Agyos<sup>l</sup> Ocheos<sup>l</sup> Ischyros<sup>l</sup> Arantros<sup>l</sup> Ichoua<sup>l</sup> Ya<sup>l</sup> Adonay<sup>l</sup> Saday<sup>l</sup> Homouision<sup>l</sup> Mellias<sup>l</sup> Esercheye<sup>l</sup> Inceatus Pater<sup>l</sup> Inceatus Filius<sup>l</sup> Inceatus Spiritus<sup>l</sup> sanctus<sup>l</sup> Iesus Christus vincit<sup>l</sup> Christus regnat<sup>l</sup> Christus imperat. & Si diabolus ligauit, vel tentauit te N. suo effectu, vel per sua opera, Christus Filius Dei viui per suam misericordiam liberet te ab omnibus spiritibus immundis, qui venit de celo, & incarnatus est in vtero beatissimæ Virginis Mariæ causa humanæ salutis, & eiciendi diabolum, & omnem malignum spiritum à te in profundum inferni, & abyssi. Ecce Crucem & Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de Apoc. 2. tribu Iada, radix David.

## BENEDICTIO DOMVS A SPIRITIBUS

immundis molestata, ex antiquis Exorcismis excerpta.

*Antequàm Sacerdos ingrediatur domum, dicat sequentem Orationem.*

Omnipotens sempiternæ Deus, qui Sacerdotibus tuis præceteris tantam gratiam contulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè, perfectèque ab eis agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitatum sumus, visites: & quicquid benedicturi, bene & dicas, &

160 REMED. EFFICACISS.  
 & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram tuam potentiam extendas,  
 sintque ad nostram humilitatis ingressum, & introitum, sancto-  
 rum tuorum meritis fuga demonum, Angeli pacis ingressus.  
 Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORATIO DICENDA CVM PERVE-  
 neris ad locum molestatum.

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris, & hanc do-  
 mum serenis oculis tuæ pietatis illustra, & descendat su-  
 per habitantes in ea gratiæ tuæ bene ÷ dictio, ut in his factis  
 habitaculis cum salubritate manentes, ipsi tuum semper sint  
 habitaculum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

**B**ene ÷ dic, Domine, domum istam: bene ÷ dic, Domine,  
 introitum nostrum, bene ÷ dic, Domine ingressus pedum  
 nostrorum, sicut dignatus es domum patrum nostrorum, Abra-  
 ham, Isaac, & Iacob benedicere. Quæsumus, Domine Iesu  
 Christo, qui discipulis tuis dixisti: In quacunque domum in-  
 traveritis, salutate eam, dicentes: Pax huic domui, ut veniat  
 pax illa super domum istam, & omnes famulos, & famulas tuas;  
 & eos, Domine, ab omni infirmitate eripere, & liberare digne-  
 ris, & reple eos centesimo fructu vini, & olei, & frumenti, &  
 in futuro illis æternam concede gloriam. Qui vivis, & regnas  
 in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 12.  
 & 22.

Oratio.

**B**ene ÷ dic, quæsumus, Domine Deus omnipotens, locum  
 istum cum ædificiis suis, ut sit ibi sanitas, sanctitas, vir-  
 tus, & gloria, atque humilitas, bonitas, & mansuetudo, le-  
 nitas, & plenitudo legis, obedientiæque Deo Patri, & Filio,  
 & Spiritui sancto. Hæc benedictio sit super hunc locum, & su-  
 per omnes habitantes in eo. Per Christum Dominum nostrum  
 Amen.

Oratio.

**T**he Deum Patrem omnipotentem oramus pro hac domo,  
 & pro demoniacis hanc habitantibus, hæc spe, ut sanctifi-  
 ca e digneris, ut sint prompuitaria eorum plena, eructantia ex  
 hoc in illud, teibue eis de rose cæli abundantiam: & de pin-  
 guedine vitæ substantiam, & desiderium cordis, & vota eorum  
 ad effectum tuæ miserationis perducas: introitum verò bene-  
 ÷ dicere digneris, ut benedicere dignatus es Abraham, Isaac,  
 & Iacob: & infra parietes domus istius Angelus lucis inhabi-  
 ter. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Gen. 1.

Oratio

Oratio.

**P**rorector in te sperantium Deus, & subditorum trema-  
 tum cultos, habitantibus in hac domo famulis, & famu-  
 labus tuis propitius adesse digneris: & veniat super eos sem-  
 per tuæ benedictionis infusio, ut pietatis tuæ tunc repleti mu-  
 neribus, tua gratia semper in tuo nomine læti exultent. Per  
 Christum Dominum nostrum. Amen.

**E**xaudi nos, Domine sancte Pater omnipotens æterne  
 Deus, ut si qua adversa, & si qua contraria sunt in hac do-  
 mo, auctoritate maiestatis tuæ expellantur. Per Christum  
 Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergendo loca domus aqua benedicta,  
 dic Psalmos sequentes.

Psalmus 119.

**A**d Dominum cum tribularer clamavi: & exaudivit me.  
 Domine, libera animam meam à labiis iniquis: & à  
 lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam do-  
 losam?

Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.  
 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi  
 cum habitantibus Cedar, multum incolata fuit anima mea.  
 Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar  
 illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 120.

**L**euavi oculos meos in montes: vnde veniet auxilium  
 mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.  
 Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui  
 custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israël.  
 Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum  
 dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.  
 Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam  
 Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc  
 nunc, & usque in sæculum.

1. Psalmus

*Psalmus 121.*

**L**ætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Hierusalem.

Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israël: ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, quæsiui bona tibi.

*Psalmus 122.*

**A**d te leuavi oculos meos: qui habitas in caelis.

Eccce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

*Psalmus 123.*

**N**isi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël: nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captiorem dentibus eorum.

Anima

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Kyrie eleyson.

Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. *totum.* Vers.

Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers.

Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers.

Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**omum tuam, Domine, elementer ingredi, & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam construe mansionem: & præsta, ut in hac domo nulla malignorum spirituum dominetur nequitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Deinde cum aspersione aquæ, modo suprascripto, dic*

*Psalmos sequentes.*

*Psalmus 124.*

**Q**ui confidunt in Domino, sicut mons Syon: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.

Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac, Domine, bonis, & rectis corde.

Declinantes autem in obligatione, adducet Dominus eorum operantibus iniquitatem: pax super Israël,

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui, &c.

*Psalmus 125.*

**I**n conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati,

Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus la-  
tantes

Conuertere, Domine, captiuitatem nostram, sicut torrens in  
Austro.

Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

Euntes ibant, & flebant: mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes mani-  
pulos suos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

*Psalms 126.*

**N**isi Dominus edificauerit domum, in vanum laboraue-  
runt, qui edificauerunt eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat, qui cu-  
stodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite, postquam federi-  
tis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis tomum: ecce hereditas Domini,  
filij merces fructus ventris.

Sicut sagitta in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non con-  
fundetur, cum loqueretur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, &c.

*Psalms 127.*

**B**eni omnes, qui timeant Dominum: qui ambulant in  
vis eius.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, &  
bene tibi erit.

Vxor tua, sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.

Filij tui sicut nouella oliuarum, in circuitu mensae tue.

Ecce sic benedictor homo, qui timeat Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Syon: & videas bona Hierusalem,  
omnibus diebus vitae tuae.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israël.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalms 128.*

**S**ape expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc  
Israël.

Sape expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non po-  
tuerunt mihi.

Supra

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongaue-  
runt iniquitatem suam.

Dominus iustus conciderit cruceas peccatorum: confundantur,  
& conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Syon.

Fiant sicut fornax tectorum, quod, priusquam euellatur,  
exaruit.

De quo non impleuit manum suam, qui metet: & sinum suum,  
qui manipulos colliget.

Et non dixerunt, qui praeeribant, benedictio Domini super  
vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Kyrie eleyson.

Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. *totum.* *ψ.* Et ne

nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo. Do-  
mine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te ve-  
niat. *ψ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui in omni loco domi- *Hier. 23.*  
nationis tuae totus assidens, totusque operaris: ad te sup-  
plicationibus nostris, ut huius domus edificata sis: protektor:  
& nulla hic nequitia contrariae potestatis assidat, sed virtute  
Spiritus sancti, & operatione eius fiat tibi hic primum serui-  
tium, & deuota libertas exultat. Per Christum Dominum no-  
strum. Amen.

*Dein. le die Psalms sequentes cum aspersione  
aqua, vt supra.*

*Psalms 129*

**D**E profundis clamaui ad te, Domine, Domine, exaudi  
orationem meam:

Tiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates obseruaueris, Domine, Domine, quis sus-  
tinebit?

Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui  
te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in  
Domino.

Acellotodia matutina usque ad noctem, speret Israël in Do-  
mino.

Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum re-  
descriptio.

L 3

Et

Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.  
Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 130.*

**D**omine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.  
Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.

Speret Israël in Domino, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.  
Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 131.*

**M**emento, Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iuravit Domino, votum vobis Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum strati mei.

Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec iuueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis sylue.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.

Surge, Domine, in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent.

Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.

Iuravit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in sæculum: sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi, hæc habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam

Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.

Illic producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 132.*

**E**cce quid bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus: benedictionem & vitam vsque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 133.*

**E**cce nunc benedicite Dominum, omnes serui Domini. Qui statis in domo Domini: in atrijs domus Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: qui fecit caelum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Kyrie eleyson, Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. *totum.* Vers.

Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Domine, exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**D**eus, qui in omni loco dominationis tue dedicator affertis: exaudi nos, quaesumus, vt inuiolabilis huius domus permaneat benedictio: & beneficia tui muneris vniuersitas, quæ supplicat, mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Postea in principali loco domus lege  
sequentia Evangelia.*

*Inicium Sancti Evangelij secundum Ioannem.*

Cap. I. **I**N principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen Ioannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quoquoque autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis. Resp. Laus tibi Christe.

*Sequentia sancti Evangelij secundum Matthaeum.*

**C**UM natus esset Iesus in Bethleem Iudae in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolimam, dicentes: Vbi est, qui natus est, Rex Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sequebatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudae. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iudae nequaquam minima es in principibus Iudae: ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae, quae apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum venissent super Bethleem, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisunt

sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenierunt puerum cum Maria matre eius. Et prostrantes, adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei, myrram, aurum, & thuram. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam vicam reversi sunt in regionem suam. R. Laus tibi Christe.

*Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.*

**I**N illo tempore. Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Jacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quae vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. R. Laus tibi Christe.

*Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.*

**I**N illo tempore. Ingressus Iesus perambulabat Ierico. Et ecce vir nomine Zacchaeus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives. Et quarebat Iesum videre quis esset, & non poterat propter turbam, quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arborem ficomorum, ut videret illum, quia inde erat transurus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zacchaeus festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens in domum suam. Et cum vidissent omnes, murmurabant, dicentes: quomodo

hominem peccatorem diuertillet. Stans autem Zachæus dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quid defraudavi, reddo quadruplum. At Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abraham. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat. R. Laus tibi Christe.

*Deinde benedic incensum hoc modo, & post benedictionem pone ipsum super ignem,*

## BENEDICTIO.

**P**er intercessionem beati Michaelis Archangeli, stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene ꝑ dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Verf. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. Resp. Et salutare tuum da nobis. Verf. Domine, exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

**V**isita, quaesumus, Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle, & Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum, &c.

*Postea facias signum crucis super domum, & in ea habitantes, dicendo:*

**S**ignum salutis impone, Domine, super hanc domum; & non spermittas introire in eam Angelum percutientem. In nomine Pa ꝑ tris, & Fi ꝑ lij, & Spiritus ꝑ sancti. Amen.

*Deinde dic benedictionem istam.*

**B**enedictio Dei omnipotentis, Pa ꝑ tris, & Fi ꝑ lij, & Spiritus ꝑ sancti descendat super vos, & domum istam, & maneat semper. Amen.

**BENEDICTIO AVRI, THVRIS, ET MYRRHÆ** aduersus demones incubos, & succubos, & contra insultus Maleficorum, quæ consuevit fieri in festo Epiphaniæ; extracta ex Sacerdotali.

*Habes*

*Habes Aurum, Thus, & Myrrham preparata, & illa benedic sequenti benedictione.*

*Y. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum, & terram.*

*Postea dicas sequentes Psalmos.*

## Psalmus 53.

**D**eus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quaesierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat me: Dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri, &c.

## Psalmus 71.

**D**eus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio Regis.

Iudica populum tuum in iustitia: & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: & colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi: & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum Sole, & ante Lunam: in generatione, & generationem.

Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur Luna.

Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

*Coram*

Coram illo producent Æthyopes: & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis, & insule munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes feruient ei.

Quia liberauit pauperem à potente: & pauperem, cui non erat adiutor.

Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum saluas faciet. Ex uisuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

Et uiuet, & dabitur ei de agro Arabia: & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.

Erig firmamentum in terra in summis montium, superextolletur si per libanum fructus eius: & florebut de ciuitate sicut fennum terræ.

Sic nomen eius benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternam: & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalms 66.*

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet uirtutem suam super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra uiam tuam: in omnibus gentibus salutem tuam.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & merentur eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. *Antiph.* Apertis thesauris suis, obrulerunt Magi Domino Aurum, Thus, & Myrrham. Kyrie eleyson. Christe eleyson, Kyrie eleyson. *Pater noster. Ictus.* Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.

*R.* Sed

*R.* Sed libera nos à malo. *Ps.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *R.* Et salutare tuum da nobis. *Ps.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te ueniat. *Ps.* Dominus uobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, te humiliter deprecamur, ut sicut has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ à tribus regibus tibi tanquam summo regi, & Deo uero, & homini *Muth. 2.* uero oblatas recepisti: ita beatus & medicare, conseruare, & sanctificare digneris, & eis tuæ donum benedictionis infundere: ut quicumque eas gustauerit, ab omni periculo animæ, & corporis saluus semper existat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuis, & regnas, &c.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, qui nobis Sacerdotibus, non nostris meritis, sed sola dignatione clementiæ tuæ præ cæteris gratiam contulisti, ut quicquid à nobis in tuo nomine dignè, ac perfectè agitur, à te fieri credatur. Adesto qualisumus *ibidem.* nostræ officio seruitutis, benedicere, ac sancti & sanctificare digneris has creaturas tuas Auri, Thuris, & Myrrhæ, quas nos in nomine sancto gloriæ tuæ benedicere confidimus. Qui uiuis, & regnas cum Patre, & Spiritu sancto Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**ene & dic itaque, Domine Iesu Christe, in titulum omnipotentis tuæ, & spem salutis fidelium uentium, has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, ut sicut beatos tres Magos Gaspar, Balthasar, & Melchior tibi eas offerentes, ad mysteria tua cognoscenda illuminare, & ad te deuotè adorandum accendere: atque ab insidiis, & periculis custodire dignatus es: ita fideles tuos in tua misericordia sperantes, qui eisdem creaturis tuis Auro, Thure, & Myrrhæ in tuo nomine uſi fuerint, lumine tuo illustrare, amore tuo inflammare, & à cunctis aduersitatibus, ab omnibusque insidiis, & nocentibus diabolicis præseruare digneris. Qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Et*



*Et aspergantur aqua benedicta.*

*Hac benedictione completa, si quis vexetur à dæmone incubo, vel succubo, accipiat ista tria, unà cum Ruta benedicta, propria benedictione posita supra fol. 153. Et faciat sibi breue, & ad collum deferat cum Dei timore, & reuerentia.*

*Faciat etiam ex istis quatuor partes, & ponat in quatuor angulos lecti, & liberabitur, Deo fauente.*

**REMEDIVM LIBERATIVVM, ET præseruatiuum ab infestationibus dæmonum vexantium homines, iumenta, & habitacula eorum, & ab insultibus Maleficorum.**

*Accipe chartam, & ipsam benedic propria benedictione posita supra fol. 158. Postea asperge ipsam aqua benedicta: deinde scribe super eam hæc verba in modum Crucis.*

**I** **N** **R** **Q** Via verbum caro factum est, & habitauit in nobis, nascens ex Maria virgine, per ineffabilem pietatem, & misericordiam suam piissimam, & per intercessionem eiusdem beatæ Mariæ virginis, & Angelorum, Sanctorumque omnium, & maxime Apostolorum, & Evangelistarum suorum Ioannis, & Matthæi, Marci, & Lucæ, ipsum queso, vt dignetur me liberare, & conseruare ab omni infestatione Satanæ & ministrorum eius. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Deinde accipe sul exorcizatum, & benedictum, ceram cerei Paschalis, vel aliam benedictam, & Rutam benedictam propria benedictione posita supra fol. 153. omnia aspersa aqua benedicta: & omnia simul pone in chartam supradictam: & in modum breui suspende omnia ad collum patientis, vel in loco vexato, & liberabitur, seu conseruabitur gratia Dei.*

**CONIVRATIO CONTRA GRANDINES,**  
seu tempestates à demonibus excitatas.

*In modum Crucis extende manus tuas contra nubes, & dic,*

Pater noster. Aue Maria. Credo in Deum,  
& Symbolum.

**Q** Vicumque vult saluus esse: ante omnia opus est, vt re- Symbollū  
Achanassi.  
neat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamque serauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate: & Trinitatem in vnitæte veneremus.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti. De sum.  
Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis Tri. cap.  
Firmiter.  
gloria, cœterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, Immensus Filius, Immensus Spiritus Ibidem.  
sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, Ibidem.  
& vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dijs: sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini: sed vnus est Dominus.

Quia sicut sigillatim vnâquaque personam Deum, ac Dominum cõfiteri Christiana veritate cõpellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. Ioan. 1.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

*Ibidem.* Et in hac Trinitate, nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Ita vt per omnia, sicut iam supra dictum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem: vt Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus, Dei Filius, Deus, & homo est.

*Ibidem.* Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, & homo ex substantia Matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum diuinitatem, minor Patri secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino nõ conuersione substantiæ: sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica: quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

## CONIURATIO.

*Ex antiquis veteribus.* Coniuro vos, nubes, & grandines, seu tempestates, ne vobis præcipio per Deum Patrem, & per Deum Filium, & per Deum Spiritum sanctum, qui sunt in substantia vnus Deus:

Deus per potentiam Patris, per sapientiam Filij, per amorem Spiritus sancti procedentis ab vtroque, per sacram obedientiam Iesu Christi, per sacram humilitatem virginis Mariæ dominæ nostræ, per virtutes Apostolorum, per passiones terribiles Martyrum Christi, per nouem choros spirituum cælestium, per fidelem, & sacram vitam Confessorum, per omnes sanctas Mulieres, famulas, & Martyres Christi, per omnes animas beatas cæli: per sacram obumbrationem, quam fecit virtus altissimi B. virgini Mariæ dominæ nostræ, per imperiale verbum, quod fecit Christus ventis, vt cessarent, per diuisionem mirabilem maris rubri, quam fecit potentia diuina populo Iudaico, per omnia ista supra scripta coniuro, & præcipio vobis, ô nubes, seu grando, quod in signo huius sacre Crucis, & quam contra vos facio, indiuisæ repente recedatis à nobis, & ab hoc loco sine læsione alicuius hominis, siue loci, siue nauis, siue terræ, deleamini per ærem. Amen.

Iterum adiuro & vos, grandines, & ventos per quinque vulnera Christi, per tres clauos, qui eius manus, & pedes perforarunt, vt in aquam resoluti descendatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.  
*Ex Mallo Maleficorum.*

¶ Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui fecisti cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, quique flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in Cruce extendisti, quibus ærem sanctificasti, obsecramus immensam pietatis, & bonitatis tuæ clementiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me à dextris, & à sinistris video ærem perturbare, dissoluere, & annihilare digneris, vt alligata potestas dæmonum imoie desariens, desiciat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & omnipotentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis, &c.

*Postea conuersus ad nubes, & eas signo Crucis signans, ait.*

Circundet te Deus Pater Circundet te Deus Filius. Circundet te Deus Spiritus sanctus. Benedicat te Deus Pater. Benedicat te Deus Filius. Benedicat te Deus Spiritus sanctus. Diuidat te Deus Pater. Diuidat te Deus Filius.  
M Diuidat

*Ibidem.*

Dirigat te Deus Spiritus † sanctus. Destruat te Deus Pa † ter.  
Destruat te Deus Fi † lius. Destruat te Deus Spiritus † san-  
ctus. Annihilet te Deus Pa † ter. Annihilet te Deus Fi † lius.  
Annihilet te Deus Spiritus † sanctus. In nomine Pa † tris, &  
Fi † lii, & Spiritus † sancti. Amen

## ADIVRATIO.

Vbi supra. **S**ANCTUS Marcellus, † sanctus Marcus, † sanctus Lucas, †  
Sanctus Iohannes Euangelista, † qui Christi Euangelium  
per quatuor mundi partes diuulgauerunt: ipsi suis meritis, &  
precibus hanc tempestatem ab omnibus Christianorum fini-  
bus, ab eodem Domino nostro Iesu Christo obtineant effuga-  
ri, & depelli. Et ego peccator, & Christi Sacerdos (licet in-  
dignus) auctoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini nostri  
Iesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus,  
& confusus, vobis precipio, immundissimi spiritus, qui has ne-  
bulas concitatis, in virtutem eiusdem Dei, & Domini nostri  
Iesu Christi, & per tremendum eius Iudicium, & per sanctis-  
simam Crucem † suam, quam contra vos facio, & per merita  
intemerata, semperque beatissimæ virginis Mariæ Dei geni-  
tricis, & per merita omnium Sanctorum, vt exeat ab eis, &  
cas dispergatis in locis syluestribus, quatenus nocere nõ pos-  
sint homini, vel iumento, aut voluceri, seu fructibus: aut qui-  
buscunque rebus humano vsui deputatis. Per eundem Domi-  
num nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos,  
& mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Matth. 18. **I**psè vobis imperat, † demones, qui has nubes commoue-  
tis, qui de nube lucida dixit: Hic est filius meus dilectus, in  
quo mihi bene complacui. Ipse vobis imperat, † qui princi-  
pem vestrum deuicit, & ligauit. Ipse vobis imperat † qui sua  
A. 2. sacratissima Cruce, & corporis sui sanctissimi in ea extensione  
aërem purgauit. Ipse vobis imperat, † qui inferno spoliato,  
resurgens à mortuis, post quadraginta dies à nube susceptus,  
ascendit in cælum. Ipse vobis imperat, † qui vos æternæ ge-  
hennæ mancipauit ignibus. Qui venturus est iudicare viuos,  
& mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Postea ostendat Crucem in aëre à quatuor  
lateribus, dicens.*

Apoc. 5. **E**cce signum sanctissimæ Crucis, fugite partes aduersa: vi-  
lit enim vos, & mundum Dominus noster Iesus Christus  
Filius Dei, summus imperator, qui est leo de tribu Iuda, ra-  
dix Dauid.

*Postea*

*Postea aspergat aquam benedictam in modum Crucis per  
quatuor latera. Et si adhuc perseuerauerit tempus tem-  
pestuosum, dicenda sunt Litanie sequentes.*

LITANIE DICENDÆ CONTRA  
tempestatem à demonibus excitatam.

<b>K</b> rie cleyson.	Sancte Matthia,	ora.
Christe, audi nos.	Sancte Barnaba,	ora.
Christe, exaudi nos.	Sancte Luca,	ora.
Pater de cælis Deus, misere-	Sancte Marce,	ora.
te ei.	Omnès sancti Apostoli & Euangelistæ,	orate.
Fili Redemptor mundi Deus	Omnès sancti discipuli Do-	orate.
miserere ei.	mini,	orate.
Spiritus sancte Deus, misere-	Omnès S. Innocentes,	orate.
re ei.	Sancte Stephane,	ora.
Sancta Trinitas vnus Deus,	Sancte Laurenti,	ora.
miserere ei.	Sancte Vincenti,	ora.
Sancta Maria. ora pro eo.	Sancti Fabiane, & Sebastiane,	orate.
Sancta Dei genitrix, ora.	Sancti Iuan. & Paule,	orate.
Sancta Virgo virginum, ora.	Sancti Cosima, & Damiane,	orate.
Sancte Michael,	Sancte Geruali & Protasi,	orate.
Sancte Gabriel,	Sancti Iuan. & Paule,	orate.
Sancte Raphael,	Sancti Cosima, & Damiane,	orate.
Omnès sancti Angeli, & Ar-	Sancti Geruali & Protasi,	orate.
changeli, orate.	Omnès sancti Martyres,	orate.
Omnès sancti beatorum spi-	Sancte Syluester,	ora.
ritum ordines, orate.	Sancte Gregori,	ora.
Sancte Iohannes Baptista, ora.	Sancte Ambrosi,	ora.
Omnès Sancti Patriarchæ, &	Sancte Augustine,	ora.
Propheta, orate.	Sancte Hieronymo,	ora.
Sancte Petre,	Sancte Martine,	ora.
Sancte Paule,	Sancte Nicolae,	ora.
Sancte Andrea,	Omnès sancti Pontifices, & Confessores,	orate.
Sancte Iacobe,	Omnès sancti Doctores,	orate.
Sancte Iohannes,	Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Thoma,	Sancte Auroi,	ora.
Sancte Philippe,	Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Iacobe,	Sancte Dominice,	ora.
Sancte Bartholomæe,	Sancte Francisce,	ora.
Sancte Matthæe,	Omnès sancti Sacerdotes, & Leuitæ,	orate.
Sancte Simon,	Omnès sancti Monachi, & Eremitæ,	orate.
Sancte Thadæe,		

Eremita.	orate.	In die Iudicij,	lib.
Sācta Maria Magdalena,	ora.	Peccatores,	te rog.
Sācta Agatha,	ora.	Vt nobis parcas,	te rog.
Sācta Lucia,	ora.	Vt nobis indulgeas,	te rog.
Sācta Agnes,	ora.	audi nos.	
Sācta Cecilia,	ora.	Vt ad veram penitentiam nos	
Sācta Catharina,	ora.	perducere diggeris,	te rog.
Sācta Anastasia,	ora.	Vt Ecclesiam tuam sanctam	
Omnes sanctā Virgines, &		regere, & conseruare dign.	
Vidua,	orate pro nobis.	te rog.	
Omnes Sancti, & Sanctā Dei,		Vt dominum Apostolicum, &	
intercedite pro nobis,		omnes Ecclesiasticos ordi-	
Propitius esto, parce nobis		nes in sācta religione con-	
Domine.		seruare diggeris,	te rog.
Propitius esto, exaudi nos,		Vt fructus terrae dare, & con-	
Domine.		seruare diggeris,	te rog.
Ab omni malo, libera nos,		Vt has grandines à damoni-	
Domine.		bis excitatas in aquam re-	
Ab omni peccato,	lib.	soluere diggeris,	te rog.
Ab ira tua,	lib.	Vt has gradines dissoluere	
A sobitanea, & improuisa		diggeris,	te rog.
moite,	lib.	Vt has gradines annihilare, &	
Ab insidiis diaboli,	lib.	à partibus fidelium depellere,	
Ab ira, & odio, & omni mala		& effugare diggeris,	te rog.
voluntate,	lib.	Vt has grandines benedicere,	
A spiritu fornicationis,	lib.	& diuidere diggeris,	te rog.
A falgure, & tempestate,	lib.	Vt has grandines disperdere,	
A morte perpetua,	lib.	& destruere diggeris,	te rog.
Per mysterium sanctā incarna-		Vt omnibus fidelibus defun-	
tionis tuae, lib. nos Domine.		ctis requiem aeternam do-	
Per Aduentum tuum,	lib.	nare diggeris,	te rog.
Per Natiuitatem tuam,	lib.	Vt nos exaudire dign. te rog.	
Per Baptismum, & sanctum		Fili Dei,	te rog.
ieiunium tuum,	lib.	Agnus Dei, qui tollis peccata	
Per Crucem, & Passionem tuam,	lib.	mundi, parce nobis Domine.	
Per mortem, & sepulturam		Agnus Dei, qui tollis peccata	
tuam,	lib.	mundi, exaudi nos, Domine.	
Per sanctam Resurrectionem		Agnus Dei, qui tollis peccata	
tuam,	lib.	mundi, miserere nobis.	
Per admirabilem Ascensio-		Christe audi nos. Christe	
nem tuam,	lib.	exaudi nos. Kyrie eleyson.	
Per aduentum Spiritus sancti		Christe eleyson. Pater no-	
Paracliti,	lib.	ster. totum. Amen.	

INDEX OMNIUM RERVM

NOTABILIVM, QVAE CONTI-  
nentur in libello remediorum  
contra malignos spiritus.

<b>A</b>	Benedictio Ignis ad combu-	
<b>D</b>	renda instrumenta malefi-	
cognoscendum,	cialia.	154
si aliquis à dia-	Benedictio Incensi ad profu-	
bolo vexetur.	migandum damoniacos.	
158		
<b>Ad Dominum cum tribularer</b>		157
clamaui.		161
<b>Ad te leuavi oculos meos.</b>	Benedictio horribilis contra	
162	spiritus malignos. ibid.	
<b>Aquae benedictio contra spi-</b>	Benedictio Domus à spiritib.	
ritus malignos.	immundis vexatae.	159
141	Benedictio Auri, thuris, &	
<b>B</b>	myrrhae.	170
<b>Beati omnes qui timent</b>	<b>C</b>	
Dominum.	<b>C</b>	
169	oniuratio chartae pro	
<b>Benedictio olei ad maleficia</b>	brevib. scribendis	158
destruenda.	Coniuratio grandinis à da-	
127	monibus excitatae. 175. &	
<b>Benedictio Panis ad destruē-</b>	176. 177.	
da maleficia.	<b>D</b>	
131	<b>D</b>	
<b>Benedictio ad quodcunque</b>	De profundis clamaui ad	
volueris.	te Domine.	165
130	Deus in nomine tuo saluum	
<b>Benedictio Olei ad vngen-</b>	me fac.	171
dum maleficiatos.	Deus iudicium tuum regi da.	
idid.	ibid.	
<b>Benedictio syruporum, atque</b>	Deus misereatur nostri, & be-	
medicinae.	nedicat nobis.	172
138	Domine non est exaltatum	
<b>Benedictio omnium portio-</b>	cor meum.	166
num ad fuganda maleficia.	Documentum valde necessa-	
139	rium Exorcistis ad preben-	
<b>Benedictio Aquae ad facturas,</b>	da remedia porabilia ma-	
& maleficia fuganda.	leficiatis.	135
140	<b>E</b>	
<b>Benedictio Salis, &amp; Aquae ad</b>	<b>E</b>	
curandum demoniacos, seu	Cce quam bonum, & quam	
maleficiatos.	iucundum.	167
143		
<b>Benedictio Vini ad sanandum</b>		
maleficiatos.		
150		
<b>Benedictio Rutae contra spi-</b>		
ritus malignos.		
153		

Ecce nunc benedicite Domi-  
nam. 167  
Euang. Recumbentibus vn-  
decim discipulis. 128  
Euang. Missus est Angelus  
Gabriel à Deo. 169  
Euang. Cùm natus esset Iesus  
in Bethleem iudæ. 168  
Euãg. Ingressus Iesus peram-  
bulabat Hierico. 169  
Exorcismus Aquæ benedi-  
cendæ secundum morem  
Romanæ Ecclesiæ. 126  
alius Exorcismus Aquæ. 142  
Exorcismus salis secundum  
morem Ecclesiæ Romanæ. 125  
alius Exorcismus Salis. 146  
Exurgat Deus, & dissipentur  
inimici eius. 155

## G

**G**randinis coniuratio à  
demonibus excitatæ.  
175. 176. 177.

## I

**I**n conuertendo Dominus  
captiuitatem Sion. 163  
In principio erat verbum.  
141. & 168.

## L

**L**euauit oculos meos in  
montes. 161  
Lacatus sum in his, quæ dicta  
sunt mihi. 162  
Litaniæ dicendæ super sal &  
aquam. 144  
Litaniæ dicendæ contra tem-  
pestatem à demonibus ex-  
citatam. 178

## M

**M**edicina pro maleficia-  
tis, vel à demonibus

obsessis. 138

Memero Domine David. 166

Modus sumendi oleum, & pa-  
nem benedictum. 135

Modus vngendi maleficiatos,  
vel à demonibus vexatos.  
136

Modus soluendi maleficia in  
corpore humano existen-  
tia. 137

## N

**N**isi quia Dominus, era in  
nobis. 162

Nisi Dominus ædificauerit  
domum. 163

## O

**O**Ratio dicenda cùm per-  
ueneris ad locum mo-  
lestatum. 160

Ordo ad faciendam aquam  
benedictam. 125

## P

**P**anis benedictio ad male-  
ficia fuganda de obses-  
sis corporibus. 131

Profumigationes contra da-  
mones obsidentes corpora  
humana. 157

## Q

**Q**ui cōfidunt in Domino  
sicut mons Syon. 163

Quicūq; vult saluus esse. 175

## R

**R**emedium contra demo-  
nes incubos. 174

Remedium liberatiuum, &  
conseruatiuum ab infesta-  
tionibus demonum. ibid.

## S

**S**æpe expugnauerunt me à  
iuuentute mea. 164

FLAGELLVM  
MALEFICORVM.

*AUTHORE*

M. PETRO MAMORIS  
Lemouicensi, Canonico Ecclesiæ Beati  
Petri Xanton. & in alma Vniuersitate  
Pictauiensi Sacræ Theologiæ olim Pro-  
fessore eximio.


*CVM INDICIBVS.*

---

M. DC. XXI.



# BIBLIOPOLA LECTORI.


 VM iam plures flagelli dæ-  
 monum editiones è Biblio-  
 thecio nostro habueris, nul-  
 lam, credo, vel non auctam vel ali-  
 quo modo nostrâ expolitam & orna-  
 tam industria: morem hunc tueri in  
 hac nouissima editione quoque li-  
 buit, cùm libellus hic Flagelli male-  
 feriorum fortè fortuna in manus no-  
 stras inciderit, qui hætenùs fermè la-  
 tuit, ac quodammodo sepultus fuit.  
 Opusculum sanè & authore suo di-  
 gnum, & rei huic quam molimur non  
 incommodum, tibi que, in primis  
 utile. Vale.

## INDEX CAPITVM.

- CAP. I.** **I**ngressus ad rem.
- II.** Variorum maleficiorum inducta narratio.
- III.** Circa praemissa variarum opinionum expressio.
- IV.** Inferit quaedam magica artis exordia.
- V.** De naturalibus & demoniacis delusionibus sensuum humanorum.
- VI.** Demones posse mouere corpora de loco ad locum.
- VII.** Quomodo demon possit potentiarum animae actiones impedire.
- VIII.** Modus delusionis demoniaca, ex praemissis eruitur, & in particulari explicatur. Ac primum quoad sensus exteriores.
- IX.** Modus delusionis sensuum internorum.
- X.** Modus quo demon virtutum naturalium actiones inhibet ac praesertim generatiuas.
- XI.** Expressio variorum modorum in ipsis maleficijs & interuenientium in singulis demoniacarum delusionum expositio.
- XII.** Distinctio artium magicarum in varias species.
- XIII.** Unde magica artes vim & potestatem habeant.
- XIV.** Remedia contra maleficia.
- XV.** De somnijs & visionibus.
- XVI.** De grauitate criminis maleficorum.
- XVII.** Ad argumenta superius initio capituli tertij facta responsio.

Proemium.

## Proemium.

**V** PRA vires, etiam exploratas, arduum opus confidero, R. Pater, & Domine honoratissime, Domine Ludouice de Rupe Cauardi, insignis moribus ab Ephelis, & claro sanguine generose: quem scientiae titulis, eloquentiae dotibus, sapientiae donis, & totius probitatis in omni virtute & laudibus commendatum per orbem, Romam videlicet, Venetias & Ierusalem vsque, vbi primum primae Missae sacrificium Deo Patri in memoriam passi Domini cum deuotionis lacrymis laetè & amplius fufis obtulistis, pius Dominus Ecclesiae sanctae suae custos & sponfus Iesus Christus; voce Spiritus sancti in Episcopum Xantonen. elegit, atque vocauit, gregem suum verbo doctrinae, subsidijs, & exemplo vitae pascere. Vestro rogatu, quem vt facere teneor ex prius ad amplum beneficijs receptis à vobis pro mandato recipio, inuiolabilique praeepto iussistis, vt tractatum contra maleficos, quorum pestis nunc serpit amara nimis in regno, componerem, atque dubiorum, quae de potestate actibusque eorum apud plures modo vario decidenda recipiuntur, quam possem pacificerem veritatem. Sed quia nec volo neq; possum vestris non obedire praeeptis, quonia scio, & verè scio, & pluries experimento didici, certusque sum vos Dei, virtutum, scientiae proborumq; dilectorem, imò cultum Dei & salutem animarum cum zelo gerere cordi, atque superstitiones singulas ab Ecclesia vellicare, & virtutes vt satius est inferere cupientem: pro posse conabor vestra praeepta humiliter adimplere, de Dei auxilio confusus, & misericordia, & vestris precibus ad Deum pro me, si

N 3 placet,



placet, & cæteris peccatoribus cum deuotione oblati, quidquid scripsero, & opusculum istud sapientia vestre corrigendum, approbandum, concedendum, vel in melius commutandum, vt expediens videbitur esse, submitto, quatenus vestri fauore munitum ex vobis, non ex alio, sub Deo fonte sapientia acceptius à legentibus excipiat, nec quidquam in eo deuium à veritate censeatur, vel correctione dignum, vbi ipsum examinationis vestrae lima omnem tollens rubiginem mundauerit, in honorem Dei, Ecclesie sanctae auctoritatem, in agnitionem veritatis, & sinceritatis fidei: in laudem bonorum, & correctionem reproborum, in cultum & gloriam Sanctorum, in confessionem hominum peruersorum, & in reprobationem maleficorum, exaltationem verò iustorum, præstante Domino Iesu Christo per omnia saecula victore glorioso. Amen.

## CAPVT I.

*Ingressus ad rem.*

**Q**uoniam tempore multo nimis Anglorum inuasionibus nobile & omni sapientia plenum, Deo permittente, multipliciter vastatum regnum Francie fuit, atque depopulatum, nobili multorum sanguine in bellis effuso proborum, atque pro parte vtraque, scilicet Francorum & Anglorum exercitibus & barbaræ, causa magis villas depopulandi & agros, quàm alias acmata venerunt, quantum ignota lingua & mores extranei erant: hæc liquidem bellicorum gentes carminationes varias & artium magicarum multa præstigia, imò incantationes & maleficia, quibus legimus in oratoribus & poetis vfos fuisse ab antiquo gentiles multos, & populo Francorum docere perneciter, qui prius talia sortilegia vel maleficia nesciebant: ex quo factum est, vt plures in regno Francie vtriusque sexus homines indicibilia nefandaque mala quasi à sacculo Christianis inaudita machinari fuerunt, super quibus nefandis prodigijs dum ad notitiam veniebat, quidam quasi hebetes

hebetes opinabatur talia maleficia nihil esse: alij assererent huiusmodi delusiones phantasticas tantum, nec alia extra phantasticam habere vigorem: alij autem docti magis, qui scripturas & Gentilium & Christianorum legerent, dicta maleficia fieri posse firma ratione astruebant. Vt igitur horum omnium claris veritatem videant, qui ista impossibilia credunt, quam ex scripturis didici, ad veritatem istorum enucleandam calamum stilumque aptaui, vbi ex veteri testamento apud Exodum, & in nouo ex sanctis & inclitis Doctoribus, Augustino, Beda, Plinio, Alberto, sancto Thoma, Bonauerura, Petro de Tarantasia, Geraldo Odonis, Vincentio de Bertoris, Guillelmo Parisiensi, autore libri de apibus, Geruasio, Virgilio, Luciano, Ouidio, Galeno, & Auicenna Medicis, & eis quæ à famosis viris auditi, & auctoritate Ecclesie fultis decretalibus, & canonicorum librorum Bibliæ glossis, & ex eis quæ ex ratione verisimilia esse videntur inducenda, fulcimentum accipere disposui veritatis.

Authores diuersi qui ex hac retractarunt.

## CAPVT II.

*Variorum maleficiorum inducenda narratio.*

**A**D aures sæpè venit iudicium Ecclesie in Aquitania, vtriusque sexus coniuges vel impotentem alterum & maleficiatum, vel vtrunque ad actus conjugales, vel alterum alteram ex iam celebratis nuptiis odio habere, & ecòtra, cum se tamen ante nuptias & diligerent & coniuges fieri adiuuarem peroptarent, qui ab apposito maleficio, quo impediti erant, soluebantur: alios autem dissoluendos esse per Ecclesiasticum iudicem, iuste sapius fuit iudicatum. Compertumque pluries est homines ac mulieres apud ecclesiasticos iudices & seculares se accusatos ex maleficijs suis, quosdam homines vel mulieres in infirmitatibus varijs decinere per pulueres quos à demonibus acceperant, aut per circulos quos in terra figurabant, aut ex simulacris de cera vel de alia materia factis, vel ex sola incantatione verborum vel alias, & quandoque occidere quos volebant. At idem de bestiis & arboribus & pueris in vteris matrum accusabantur, & hæc omnia & plura alia se fecisse ferebant. Compertum est præterea apud iudices quosdam homines cum demonibus ac mulieres die ac nocte, aliquando sub forma hominis religiosi, aliquando pecoris, vt puta tauri, vulpis, cerui, lupi, canis, vel alterius animalis fuisse locatos, & realiter se dicebant nocte ad loca

Coniuges odio se habentes celebratis nuptiis: etiam antea se diligerent.

De multis modis maleficiorum & homagio demonum.

Demon vt alloquitur homines sub diuersis formis animalis fuisse locatos.

remota deferrī à dæmone, vbi cum magna multitudine aliorum maleficorum, suaque vocant sabbata nocte choreandos cantando, comedendo, & bibendo celebrant, vbi homagium dæmoni sub figura hominis, vel bestia, de corpore, veste, vel aliis bonis exterioribus faciebant, & postea homines ibidem mulieribus, quibus volebant commiscebantur, quas etiam dæmon cum volebat ad libidinem sibi supponebat, quandoque coram dæmone fidem catholicam eo instigante negabant, & se multa mala facturos aliis qui de sua secta nō erant dæmoni promittebant, & ad hæc sabbata compertum est, licet rarō ecclesiasticos viros & religiosos venisse, quibus omnibus diabolus pulveres de carnibus mortuorum, vel rubeta, quæ est rana in rubis manens, de quibus rubetis malefici faciunt pulveres rubetarum, ad animalium consecras, vel ad sua maleficia faciendā tradebat, & pecunias multas offerebat, quæ cito in inutilem materiam resolutæ inueniebantur.

Compertum est etiā aliquos pastores animalium in montanis, ab alienis pecoribus pascens in remotis quæ non videbant, lac extaxisse, & in suis vasis receptum ad caseos conficiendos reservasse.

Ad idem vel simile est, quod quidam vinum à dolio in cauea alicuius reposito faciendo foramen in ligno aliquo, & inde trahendo secum quo foramen factum est, quantum voluit eliciunt, donec cum duello illud obstrunt, siue claudūt. Narravit mihi Lemonicis venerandus & vita probatus & generosus dominus & primus Abbas Benauenti Lemouiceni diocesis, quod audiverat nobilē virum Perseuandum de Riparia, dicentem quod eo tempore quo regnum Francorum exteris gentibus bellicosis occupabatur, quidā ex illis eidem Perseuando, qui cum ad prandendum secum inuitauerat, dixit, faciam si velitis afferri inter vina de meliori, capere tamen vestra vbi vinum est, nullo modo aperta, & nemine apportante, sed perforabo lignum aliquod, & ex foramine vinum elicietur. Perseuandus hoc impossibile reputavit, sed facto foramine in ligno quodam exinde videncibus cunctis est vinum eliquatum, & in vase receptum, tunc missum est ad caueam, & de eodem vase per famulum vinum allatum, & repertum est idem esse vinum cum eo quod à foramine ligni fuerat extractum: dixit tamen quod pœnitebat eum hoc fecisse, quoniam arte dæmonis factum erat. Quidam in Bituria hoc me docere voluit, sed illud ego seire contempsī.

Norandum etiam est, quod quidam sola prolatione verborum clauatos equos sanabant, dum tamen sub symbra crucis alicuius

alicuius, vel sub testitudine non transirent, quoniam tūc prior recibat infirmitas. Carminationibus etiā vulnera læsorum in bellis non omnia, sed multa sanabant, quo tempore non volebāt secum chirurgicos habere, quia plus operabatur in eis carminatio quā medicina: dum tamen equi ossa fracta habebāt, nullo modo carminationibus curari poterant, vel sanari. Hoc idem vidi ego fieri in eis qui à serpentibus vel à canibus rabidis mersi erant, qui per carminationes quas nobilis quidam genere, in hoc tamen ignobilis, super illos faciebat, & sanabantur. Alij per coniurationes sanguinem fluentem à corpore hominis à quacunque parte exiret sistere compellebant. Alij canes quos volebant secum habere per coniurationes à propriis domibus ad se educebant: fuerunt alij qui mures à domo vna, vel à tota aliqua villa per cōiurationes fugabant. Id idem de lupis à patria, de columbis à columbario, vel à nemoribus, dum glandes erant, vel cuniculos à garenis fugabant, nunquam ad eadem loca reuersuros. Fertur hoc tempore nostro quod cum Pictavis multitudo coruorum & potissimè in locis macellorum vicinis esset, quos ego pluries vidi, barbarus quidam nobilis homo infirmitate detentus cum ex crocitate eorum radio afficeretur, illos per coniurationem à tota ciuitate fecit exaptos, vt nulli, si domestici non essent, amplius in ea visi fuerint. Dicunt alij quod balistarij villæ coruos plures in ciuitate cum balittis occiderunt, ex quod alij corui indignati à villa discesserunt, quod aliquo modo verisimile videtur, quoniam magnæ sunt memoriæ in odiosis. Habui enim ego domesticum mihi coruum allatum à nido, quem ne volando discederet ab alis deplunavi, ex quo tantū contra me concepit odium, vt cum ab aliis omnibus se scalpi & palpari permitteret, me tamen quandū vixit fugiebat, & mordere me cum ad eum accederem conabatur, ex quo de coruis agnouī quod diuturnam de iniuriis memoriā gerant. Attamen si de antiquis coruis verum sit quod ex balistariis iniuriam passi villam fugiant qui eo tempore, quo alij corui occisi sunt erant. Vnde est quod corui qui circa dies illos nati sunt ad ciuitatem non veniant, quia iniuriam primorum non senserunt: ex hoc credo quod per coniurationem sint expulsi, quæ primis & posteribus redeundi viam claudic, quoniam iam sex vel plures anni sunt vbi corui Pictauiensem non inhabitant ciuitatem. Relatum est mihi à magistro Lamberto, magistro in artibus, & baccalaureo in Theologia viro magnæ honestatis & scientiæ, quod cum in quadam Abbacia diocesis Xantonen. monedula ex gartica frequenti homines illius loci tædic prægraua-

Vulneya læsorum in bellis carminationibus sanantur.

Coniurationibus quidam sanguinem fluentem sistunt & vruntur ipsi aduersus animalia.

Comiditur-nam de iniuriis memoriā habent.

Historia monedula vulgo choete.

Malefici in suis sabbatis homagium dæmoni faciunt.

Diabolus diuersos pulveres dæmoniis pecuniisque offert que in inutilem materiam resoluuntur.

Vini bituria mirabilis.

Equi clauati sanantur prolatione verborum.

rent, vulgariter modula dicitur *choete*, & dicitur quasi mo-  
neram diligens. Hispanus quidam, qui cum nauigio illud ap-  
pulerat, clauum fixit in ligno quodam, ex quo incontinenti  
monedulae cunctae recesserunt: expleto anno rediit idem hi-  
spanus, quaesivitque verum monedulae ibidem visae fuerint: &  
cum audisset non venisse, abstulit clauum ab eo ligno vbi po-  
suerat, quo remoto sine dilatione copiosa rediit multitudo  
monedularum, & vt prius suum garrum eodem in loco fece-  
runt. Fuerunt alij malefici qui tempestates, tonitrua & gran-  
dines in aere commouisse se dicebant, & blada & vineas de-  
struebant, quantum & vbi volebant, & dicebant etiam se ho-  
mines quos odio habebant scitu fulminis occidisse. Confessi  
sunt alij se eorum quos odio habebant pecudes nocte in suis  
sabbatis conedisse: asserunt & pueros iuxta latera matrum iu-  
gulasse, & a lecto proprio traxisse, & torruisse ad ignem, qui  
in crastino veraciter mortui subuo reperti erant: & vltra, se  
vinum a caecis multoties hausisse, & per caminum a domi-  
bus propriis clausis ianuis exisse, & iuisse ad sabbata, intrare  
in caueas ad hauriendum vinum ianuis clausis, & exire, &  
omnia talia asserere se fecisse, quae omnino impossibilia vide-  
buntur. Erant alij pures qui de rebus amissis vel per fur-  
rum clam acceptis variis modis diuinabant, dicentes & no-  
minantes eos qui res illas amissas acceperant. Quidam per  
cuspidem gladiorum, alij per circulos descriptos in terra: Reli-  
qui per coniurationes demonum, per periuria, vel per scripta  
nomina eorum quos suspectos de furto habebant.

Compertum est alios, qui in speculo vel in aqua aspicien-  
tes ministerio daemonum aspiciabant, & aspiciere volentibus  
monstrabant imagines & simulacra regum, vel magnarum  
personarum, ex quorum aspectu veraciter iudicabant de statu  
& dispositione illorum, ita quod poterat ille magicus in Fran-  
cia iudicare de statu & dispositione regis Angliae, vel Soldani  
in Aegypto, & mulieres tali arte videntes apud gentiles Sigolas  
vocabant. Fuerunt alij qui a diuersis infirmitatibus se dice-  
rent sanare egrotos. Et quidem eorum non inmediate de in-  
firmitatibus quibus modis auferendis essent, super quibus re-  
medium quaerebatur respondebant. Sed vnus noctis inducias  
vt cum demone loquerentur, a quo expectabant infirmitatis  
remedia requirebant. Quidam per campos nocere vagantes  
sibillando demonis ad se vocabant, a quibus responsa de in-  
terrogatis exquirebant.

Multi aquam benedictam, & aliquid de cereo Paschali ac-  
cepum, & chrisma sanctum, vel alia Sacramenta Ecclesiae, cum

unguibus, vel barba suspensorum, cura ranis super quas fue-  
rant dicta Euangelia atque lecta, cum acubus, quatuor vnus  
caspis in foramine alterius infixus erat, ad haec mala pernicio-  
sa accipiebant. Alij solo sermone homines ad actus marita-  
les impediens faciebant mulieribus odiosos. Quidam etiam  
manum alicuius mortui hominis secum habebant. Cui Sacra-  
menta Ecclesiae adhibuerant cum qua signum crucis super  
aliquem dormientem modo retrouerso faciebant, & cu dor-  
mire cogebant per diem naturalem absque euigilando, vt li-  
berius res a domo dormientis secum asportarent. Comper-  
tum est propterea aliquos qui ventum vendant in pyxide, a qua  
dum caussa ex foramine trahitur ventus exit, a quo nauis in  
mari quo nauta vult elevato velo producit. De quodam  
audui quod in ciuitate Cathalansis se inuisibilem faciebat,  
& tunc discurrens per domos quae poterat rapiebat: rarissi-  
me istud accidere legi. Ferrus a uounullis quod quidam ho-  
mines ceris temporibus vertuntur in lupos, qui discurrentes  
per villas pueros occiderunt, occisosque comederunt, & de-  
mum post certos dies ad statum reducuntur humanum.

Hoc nuper accidit in Sabaudia in motibus patriae Bugessij,  
qui homines subitanter in lupos non sunt conuersi: Sed,  
vt dicit Boetius, relicta fide qui adhaeret figmentis diaboli,  
uersi sunt in belluam, & per unguenta a demone accepta un-  
gunt se, & lupi apparent, qui veraciter sunt homines, & dun-  
taxat in pueros, puellaeque leuiant, Deo permittente.

Sunt praeterea quidam qui ad sua damnata maleficia per-  
agenda corpus Christi quod in Pascha recipiunt reseruatum  
in ore expuunt, vel enomunt, & coctum in patella cum aqua  
vel vrina ipsum deturpare uicuntur, quod pijs fidelibus au-  
dite triste est, & horrendum. Innumeris alijs modis per ma-  
gicam artem talia maleficia fieri dicuntur, quos causa breui-  
tatis hic taceo, vt ad veritatem omnium praedictorum & si-  
milium breuius accedere valeamus.

CAPVT III.

*Circa praemissa variarum opinionum expressio.*

Quid ergo de istis sit an verè talia maleficia possibilia  
sint, vel fabulose & mendaciter dicta, nunc restat inda-  
gare. Quidam enim dicunt omnia talia praedicta nihil esse,  
sed omnia mendaciter a mentientibus ficta, & nihil in re esse  
taliu, sed in sola imaginatione vel phantasia apparere, sulci-  
mentum

Torruerunt  
repetentes  
& quidam  
ueri, aut  
falsi. Co-  
mota.  
Diuersa  
mala a ma-  
leficis  
fieri.

Imagines  
& simula-  
cra regum  
in speculo  
vel in a-  
qua qui mi-  
nisterio da-  
monum  
aspiciunt.

De infir-  
mitatibus.

De aqua  
benedicta  
& alijs re-  
bus sacris.

De Dor-  
mitione.

De Veto.

De Inuisi-  
bili.

Homines  
vertuntur  
in lupos.

De Cor-  
pore Chri-  
sti.

mentum accipientes ab vno decreto quod xxxvj. *quæst. v. habetur. c. Episcopi.* vbi circa finem ponitur; Quoniam de Domino nostro scriptum est, *omnia per ipsum facta sunt*: quis ergo credit possibile fieri aliquam creaturam, aut in melius vel in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior. Item ibidem questione vltima inducitur dictum August. *Admonuit fideles Sacerdotes populos, ut nouerint magicas artes incantationesq. quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre, vel animalibus languentibus & claudicantibus, atque etiam moribundis quicquam mederi, sed hoc esse loquos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidius genus humanum decipere nititur.*

Quidam igitur ex istis decretis & similibus aliis credunt sortilegia, præstigia & maleficia huiusmodi nihil esse, nec aliquo modo vim habere, imò, sicut de quibusdam Philosophus in *secunda Metaphysica* dicit, quod nunquam de talibus aliquid concederent, nisi proponeretur eis aliquod grossum exemplum sensibile, tales ratiōnem habeat de sensu, & parum de intellectu. sicut contingit in illis qui in artibus liberalibus & in Philosophia naturali & in Metaphysica non fuerunt instructi, hi tales præter corporalia existimant esse nihil. Et cum obicitur contra illos per illud *c. 33. q. 1. cap. vlt.* vbi dicitur, quod iij. quibus ille eueniunt corde contrito & spiritu humiliato, Deo & Sacerdori de omnibus peccatis suis puram confessionem faciunt, & profusis lacrymis & largioribus elemosinis & orationibus atque ieiuniis domino satisfaciunt, & per exorcismos & cætera ecclesiasticæ disciplinæ & medicinæ munimina ministri Ecclesiæ tales quantum auerit Dominus, qui Abimelech & domum eius saluauit, Abraham orationibus sanant, sanare procurant. Ex isto decreto manifestè habetur quod per sortilegia mala inferuntur quandoque aliquibus. Ad quod respondent prædicti quod hoc est ex permissione diuina: Sed sic respondere ridiculum est, quoniam nihil sit in mundo quod Deus fieri non permittat, siue bonum sit, siue malum.

Sunt alij qui dicunt quod huiusmodi delusiones phantasticæ tantum sunt in phantasia apparentes, & de eis nihil extrâ est: sicut traditur in prædicto decreto Episcopi de mulieribus quæ iudicant se ambulare cum Diana, siue Minerua, & tamen hæc ambulatio in imaginatione, non in gressu pedum est, vt ibidem scribitur. Sed contra eos experientia multorum est, &

Sortilegia  
mala inferunt  
aliquibus.

Opinio  
quorundam  
circa de-  
lusiones.

& multa dicta Scripturæ canonice, & auctoritates Sanctorum Doctorum & poetarum, & multa miracula Sanctorum, de quibus suis dicitur in locis, & respõdebitur ad prædictum decretum, & ad similia. Sunt & alij quidam magni Theologi qui aliam veritatem speculantes, dicunt huiusmodi figmenta & incantationes per magicos arte dæmonis posse fieri, & habere efficaciam, nec mirum apud intelligentes, quoniam maiora faciunt dæmones in inferno, & tempore antichristi maiora facient in aère & in terra.

Alii opi-  
nio.

*Inferit quedam magica artis erroria.*

Pro quo sciendum est quod sicut dicitur *August. de ciuit. Dei, lib. 21.* & *Isidor. lib. 8. etymol. & Vincentius in speculo historiali, lib. 2. cap. 100.* Primus inuentor artis magicæ fuit Zoroastes rex Babilonorum, qui fuit tempore Abraham, & Nini regis Assyriorum, de quo Zoroaste dicit Solinus quod visit quando nascebatur, & idcirco dicit Augustinus vbi supra quod ille ritus quia monstruosus fuit, visit enim vbi plorare debuit, sicut plorant ceteri, nihil boni portendit: quod patuit, quia inuentor artis magicæ fuit, sed sua enim ars non in bona fortuna seruauit, sed ad infelicem terminum sicut & ceteros magicos duxit, quoniam in prælio Ninus eum superauit, & demùm ictu fulguris occubuit, hoc non obstante quod magus & astrologus esset, propter quod dicitur Zoroastes quasi viuens astrum de *Zoh*, quod est vita, & astrum, quia Assyrij, apud quos inuenta fuit ars magica, dicebant eum transitarum ad astra. Vnde Lucanus in vj.

Zoroastes  
magicæ  
artis pri-  
mus inuen-  
tor.  
Ritus mo-  
struosus.

*Quis noscere sibra fata queat: quis probat aues.  
Quis fulgura cali & Assyria scrutetur sidera cæca:  
Aut si quid tacitum, sed fas erat ille supernis.  
Detestanda dijs seuerum arcana magorum,  
Nouerat & testes sacris feralibus aras  
Vndarum dictisq. solem, &c.*

Post Democritus & Orpheus hanc artem magicam ampliauerunt. Plinius tamen dicit quod à medicis hæc ars magica initium habuit, ex quo est quod medici quidam apud Salernum empiricis vtuntur, & malum est quod vtantur, quoniam sicut primus magus miserabiliter dies suos terminauit: sic vt in pluribus contingit quod sortilegi miserè viuentes in hoc mundo infelici morte terminant vitam, cuius oppositum euenit

Democri-  
tus & Or-  
pheus artem  
magicam  
ampliaue-  
runt.

rarò; sic enim deceptor animarum diabolus eos deludit, quos ex suis signentis mendaciter exaltare promittit, & eos in paupertate viuentes ad finem perducit deteriorem. Caueat igitur quilibet ne cum dæmone habere confortia quarat, cuius est voluntas per mendacia stultos perducere ad æterna supplicia. Vtinam dictum Euangelij Matth. 7. ad sortilegos conuertamus, dicendo: *A fructibus eorum cognoscetis eos: quoniam miseri sunt in vita, & penuria prægrauati & paupertate, hinc transferunt, timèdum est, ad pœnas æternas inferni.*

CAPVT V.

*De naturalibus & dæmoniis delusionibus sensuum humanorum.*

**N**unc veniamus ad præmissum intentum, declarantes vtrum delusiones quas ingerit dæmon, vel tantum in imaginatiua virtute resideant, vel de veritate reali ad extra aliquid existant. Pro quo primo Medicos in hac materia videtur esse consulendam: de turbatione enim cerebri ait Galenus de interioribus, quòd delusi quidam arbitrantur se esse vas de vitro vel de argilla, idè se elongant ab hominibus, ne fortè tumpantur ab eis. Alij se gallum esse existimant, & alas agitare, caput mouere, & ad modum galli cantare se imaginantur. Nonnulli semper paent ne angelus teæens cœlum fatigans dimittat ipsum cadere, & omnia pereant, ij semper fingunt vt mundum exeat. Sunt & alij decem milia ab his dissimilia; hæc Galenus. Item Galenus lib. 3. *de morbo 19. accidenti cap. 3.* vbi loquitur de nocentis regimine actionis, dicit, quòd aliquoties læditur imaginatiua memoria exillente sana: aliquoties e contra, & aliquoties ambæ læduntur simul, &c.

De turbatione cerebri & imaginatione.

Memoria læditur morbo.

Melancholicæ diuersæ opiniones.

In actione verò memorabilia, quæ in anima consistit, quædam hora infirmitate curata, quædam accidentalia sunt, quòd testatur sermo Ruyhi, dicit enim in quodam libro suo, quòd in partibus hominibus transacta pestilèntia, tanta fuerat obliuio, quòd parentes & amicos tradiderunt obliuioni, & etiam ipsi seiplos. Item Auicenna in 3. *sen. prima de melancholia loquens,* dicit, quibusdã Medicis visum est, quòd melancholia contingit à dæmonio, sed nos non curamus, cum physicam doceamus, si illud contingat à dæmonio aut non contingat: quoniam si contingat à dæmonio, sufficit nobis vt conuertat complexionem ad coleram nigram, & si causa eius scilicet infirmitatis, de qua superius locutus est, est colera nigra: deinde sit causa illius

illius colera nigra dæmonium aut non dæmonium.

Ex istis & multis alijs quæ Medici determinant, patet quòd multæ & variæ delusiones sunt ex turbatione cerebri in aliqua cellula sui: quòd satis patet in lunaticis, arepticijs & maniacis, qui ex turbatione imaginatiua vel phantasia multa se videre videntur extra se, quæ tamen intra se omnia posita sunt, & non extra: & si hæc ex naturali actione & complexionem qualitatam prouenire possunt, quæ mentem vel sensum hominis turbant: quanto magis tales delusiones phantasticæ à dæmonibus possunt euenire, qui multa possunt plus quàm naturalis operatio possit sicut dicit sanctus Thomas in questionibus disputatis de dæmonibus. Item *prima parte q. 10. art. 3.*

Delusiones sunt ex turbatione cerebri.

De modo autem quo potest diabolus phantasiam hominis immutare, & immutando deludere, vt Sanctus Tho. in prædictis quest. de dæmonibus ait, tenendum est, quòd dæmon non potest nouam speciem in phantasia vel in intellectu formare, hoc sibi Deus proprium reservauit: neque potest affectum vel voluntatem ad libitum immutare, neque illabendo, neque obiectum nouum formando: hæc enim est sententia Theologorum, qui elarius in ista materia locuti sunt: Potest tamen interiores vires cognitiuas immutare per transmutationem sanguinis & humorum in cellulis capitis, ad quorum mutationem sequitur diuersorum phantasmatum representatio. Et hoc est quòd dicit Philosophus de somno & vigilia: de somni causam assignans, dicit quòd descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus, id est impressiones relictæ ex sensibilibus motionibus quæ in spiritibus sensibilibus conseruantur, & mouent principium sensitiuum. Ita quòd sit quædam appariçio ac si principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus immutaretur: & tanta potest esse commotio spirituum & humorum, quòd huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus fierent, sicut patet in freneticis vel maniacis. Cum igitur dæmon facillime possit spiritus in corpore humano & sanguine transmutare sine vi suæ superioris nature: potest corpora sibi proportionata mouere ad locum, & nunquam ad formam: sic facile est & phantasmata modo nouo demonstrare imaginationi, & per ea deludendo, & ex fumis ascendentibus ad cerebrum interius hominem decipere veluti & magis quàm in somnijs vel in frenesi quam patitur aliquis ex infirmitate, vbi multa simulacra apparent interius, quæ extra non sunt. Potest etiam dæmon aliqua obiecta sensibus presentare motu locali, & deferendo vel componendo quantum ad motum localem pertinet, non ad formam, ex quibus noua phantasia

Diabolus quomodo potest deludere phantasiam.

phantasmata imaginatiue imprimuntur. Et istis duobus modis deluduntur facilliter sensus humani. Appetitum autem diabolus mouere non potest directe illabendo, vt dictum est, neque formando nouum obiectum sua virtute in esse. Sed duobus modis alijs potest demon hominis mouere affectum. Primò sicut dictum est, noua phantasmata per educationem humorum conuenientia vel inconuenientia appetitui presentando, vel ab extra, vt dictum est, ostendendo. Secundò transmutationem sanguinis & humorum nouum affectum excitando, sicut expertum habent Medici de grauidatis mulieribus, quæ aliquoties ex mutatione humorum in diuersos prolabantur affectus. Ex quo fit vt quædam appetant stiptica, & ea quæ sunt acris saporis. Aliæ vero carbones appetunt comedere: & sic de alijs varijs multiplici modo est iudicandum. Sic facilliter potest demon qui secreta corporis humani nouit, humanos affectus ad hoc vel ad illud excitare, & multa imaginatiue virtuti presentare, quæ iudicat homo extra se videre & facere, quæ tamen extra non sunt, sed sunt tantum intra. De quibus veraciter decretum prædictum Episcopi facit mentionem, & de illis loquitur verum.

Diabolus duobus modis potest mouere affectum. De grauidis mulieribus.

## CAPVT VI.

*Dæmones posse mouere corpora de loco ad locum.*

De fraude diaboli. Sed pro maiori intelligentia diabolicæ fraudis, est cordi recordandum quòd sicut sanctus Thomas de Aquino, Bonanventura de Tarantasia, Durandus, Hieruus, Beraldus Odonis, & alij doctores qui hanc materiam tractant in secundo sententiarum distinctione octaua, dicunt quòd diabolus potest mouere corpora de loco ad locum ex virtute suæ naturæ, non omnia tamen. Non enim celum vel aliquod totum elementum mouere posset, quia destrueretur ordo vniuersi, quem Deus instituit. Sed potest mouere corpora sibi proportionata: vt maior diabolus superioris ordinis maiora corpora: minor verò minora mouere possit: & maior diabolus minorem alligare in lapide vel anulo, vel alio corpore potest, vt confessus est quidam vir nobilis, qui habebat dæmonem familiarem nomine Dragò. Adueniente alio eo fortiore alligabat eum in modica cera vel anulo, & ponebat illum retro ostium vel in aliquo foramine quoadusque alius fortior dæmon de illa domo exiret vel à camera. Sunt enim diaboli superioris naturæ ad animam rationalem, quæ non potest mouere corpus, nisi illud cuius est forma

Diabolus maior potest alligare minorem in anulo.

forma & actus, vel aliud illo mediante, vt baculum, vel lapidem, mediante manu: quia proprium est corporis motum mouere: dæmon verò quia est superioris naturæ, potest corpus proportionatum sibi mouere absque hoc quòd sit eius actus siue forma ad locum, sed non ad formam. Et ad hoc ostendendum accipit, sanctus Thomas auctoritatem Dionysij 7. capitulo de diuinis nominibus dicentis, quòd diuina sapiëntia coniungit fines primorū principiis secundorū: ex quo patet quòd natura inferior in sui supremo accingitur à natura superiori: Natura autem corporalis est infra naturam spiritualem. Inter omnes motus corporeos, perfectior est motus localis, vt probatur 8. Phisicorum: Cuius ratio est, quia mobile secundum locum, non est in potentia ad aliquid intrinsecum in quantum huiusmodi: sed solum ad aliquid extrinsecum, scilicet ad locum, & ideo natura corporalis nata est moueri immediate à natura spiritali secundum locum, vnde & Philosophi posuerunt suprema corpora moueri localiter à spiritalibus substantiis, hæc de prima parte Sancti Thomæ sumpta sunt 9. 110. art. 3. in corpore articuli. Ad formam autem diabolus mouere non potest materiam, sed compositum ex forma & materia, hoc facere potest: quoniam inter produens & productum, & faciens & factum, est similitudo. Quia omne agens agit sibi simile: & ideo illud quòd facit res naturales, habet similitudinem cum composito: vel quia est compositum, sicut ignis generat ignem, vel quia totum compositum & quantum ad materiam & ad formam est in virtute ipsius quòd est proprium Dei. Sic omnis informatio materiæ, vel est à Deo creante immediate, vel ab aliquo agente corporali & nunquã immediate ab angelo siue bono siue malo, quòd compositum nec quantum ad materiam, nec quantum ad formam est in virtute angeli boni vel mali cum non eius, sed solius Dei sit omnem rem subsistentem vel inherentes quæ alio modo non producitur naturaliter quàm per motum localem tantum in esse producere immediate. Durandus 8. lib. 2. assignat aliam causam, dicendo quòd res corporeæ habent principia naturalia, à quibus producuntur ipsæ res in esse sub formis earum, & determinare res à determinatis principiis, extra quorum ordinem sunt substantiæ spirituales, quibus nõ est à Deo data virtus res producendi in esse, & maxime substantiali, quia sufficienter producuntur per principia naturalia, & frustra fit per plura, quòd potest fieri per pauciora: ad motum localem non sic sunt determinatæ, idcirco à pluribus localiter moueri possunt: tamen agentia naturalia per motum

Inter motus corporeos, motus localis est perfectior.

localem ad effectus aliquos producendos applicare: vel materiam ad causas agentes naturales apportare, vt aliquos effectus naturaliter exinde consequatur: quamuis applicatio effectus ad causam sit supernaturalis, sicut mollificatio ferri ab igne vt sic, est naturalis: sed applicatio ignis ad ferrum, vel e contra, est ab homine: ita tamen quod causae naturaliter agentes, quando sunt sub dominio seu applicatione substantiae spiritualis, fortius agunt quam agunt solo naturali regimine ductae: sicut ignis applicatus lignis quae sunt cibus eius, citius escas coquit gustui humano conuenientes quod per se non facit: & per hunc modum daemones possunt multa facere quae miracula non sunt, sed miranda: & ex istis lectis & intellectis poterit quicumque qui sanum habet intellectum, faciliter intelligere quid daemon possit & faciat per incantationes & magicas artes.

Et ista conclusio quam dico quod daemones possunt corpora ad loca mouere si non sit articulus fidei, ex articulis tamen fidei demonstratiue sillogizatur, quam si quis negauerit, necessariò habet omnes articulos fidei negare: quia qui in vno offendit, omnium factus est reus: & qui vnum fidei discredidit articulum, nullum formaliter credit: qui haec ignorat videat sanctum Thom. in 2.2. ubi de articulis fidei tractat. qui eam negat conclusionem debite illatam, negat principia ex quibus inferitur, quoniam sicut se habet finis in agilibus, sic se habet principium in speculabilibus & e contra: sed remotis medijs, finis non attingitur: sic remota conclusione principia vera esse negantur. Ex quo sequitur quòd fideliter tenendum est daemonem corpora posse mouere ad locum, non ad formam.

Demò potest mouere corpus.  
Sed restat probandù auctoritatibus sacrae Scripturae, quamuis probatum sit ratione, daemonem mouere posse corpus ad locum. De quo habetur *Genesis* 3. quòd serpens Euam decepit & impulit in peccatum: quod arte diaboli constat esse factum, qui linguam serpentis mouit ad proferendum verba similia humanis: ergo daemon corpus mouere potest. Item de lingua asinae Balaam, vt patet *Numeri* 22. argui potest, quoniam ministerio angeli hoc factum est. Item de subuersione Sodomae & Gomorrae, *Genesis* 19. facta per angelos malos. Item de angelis qui Abrahæ locuti sunt, & cū eo comederunt. *Genesis* 17. Item de angelis subuertentibus domum in qua comedebant filij Iob vt patet *Iob* 1. Item de angelo Thobiae, vt patet *Thob.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Item de angelo qui deculit Abacuc ad Danielem *Daniel* 14. & vltimo c. Item de sathan qui porta-

uit Christum ad pinaculum & in montem, vt dicitur *Matth.* 4. Item portabunt daemones post diem iudicij corpora damnatorum ad inferos: ergo mouere possunt corpora ad locum deportatione *Matth.* 13. Item non est minus portare corpora quam animas *Luc.* 16. Portatus est per angelos Lazarus ad Paradisum: Diues verò ad Infernum per daemones. Item legimus Episcopum Bisuntinensem portatum Romam à daemone. Item de Comite Masticonensi quem daemon visibiliter per aëra deportauit nec ultra comparuit. Item Sathanas se transfigurauit in angelum lucis, vbi lux in aliquo corpore est, ergo daemone tale corpus portat & mouet. Item in vitis Patrum in multis passibus legimus diabolum sub diuersis figuris apparuisse, quae sine corpore non sunt. In multis praeterea historiis legitur quòd daemò lapides per vicos & domos aliquas iecerit, vt ensilia domus & pannos in lectis mutauerit, quòd sonos & sibilationes ad terrendum homines fecerit, ita quòd aliquae domus remanserunt inhabitabiles: & multoties à Sanctis & probis viris ab illis domibus daemones fuerunt expulsi per exorcismos Ecclesiae, & per aspersionem aquae benedictae, & per irrisiones factas contra daemones vt dicit Guillelmus Parisien. anno Domini 1447. Pictaui in Parrochia sancti Pauli, quidam spiritus lapides iacebat, vt ensilia in domo illa transtulit, vitrinas & vitra cum lapidibus iactis frangebat, gentes percutiebat, leui tamen percussione, nihil praeter lapides iactatos videbatur: tunc erat ibi Curatus, litteris & probitate plenus dominus Ioannes de Loorme, qui secum accepit quos voluit, ad illam domum venit, benedictis candelis accensis cum aqua benedicta & aqua Gregoriana, & omnes cameras domus, aquam benedictam aspergendo visitauit & exorcisauit. Exorcismus est increpatio vel coniuratio aduersus diabolum, vt recedat ab obsessis vel à locis & domibus fidelium: Et talis exorcismus debet fieri per aliquem sanctum benè viuentem, irreprehensibilem, in gratia Dei existentem: alioquin si non esset talis, posset accidere quòd exorcistis accidit, qui praesumpserunt innocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu dicentes, *Adiuro vos per Iesum quem Paulus praedicat.* &c. Respondens autem spiritus nequam dixit eis, Iesum noui & Paulum scio, vos autem qui estis? Et insiliens in eos daemonium, dominatus est amborum, & inualuit contra eos, *Actor.* 19. Ibidem decenter fecit, & in praesentia eius nullus spiritus comparuit, quamuis timerent aliqui qui assistebant, nec ultra impedivit illam domum spiritus ille nequam, & qui ista vidit & praesens erat, testimonium perhibet veritatis.

De apparitionibus Angelorū & daemorum.

De lapidibus iactis per daemones.

Periculosū est adiurare daemones.

Apud Confolentum super Vigeanam Anno Domini 1452. in domo cuiusdam Caylandi cognomine dicti, spiritus quidam auditus est planctus emittens multos & gemitus, qui interrogatus dixit se esse animam antiquam cuiusdam mulieris domine domus, qui quidem spiritus audientibus multis die & nocte, & nihil tamen videntibus, multa in tempore preterito facta reuelavit, quæ suere cognita vera fuisse, & ad multa bona facienda gentes domus admonebat: quibus tamen quædam superstitiosa interponebat, quo cognito consilio proborum virorum habito, dictum est ei per quendam Sacerdotem, si vis ut te credamus illum spiritum esse quem te dicis, dicas mecum verba quæ proferam & credemus tibi esse quod dicis: dicam spiritus ait, tunc cœpit dicere, *Misereve mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*: quod spiritus se dicere nescire professus est, nec voluit proferre verbum: cognito ex illo quod malus spiritus esset, corperunt assistentes illum irridere: ex quo quasi verecundia expulsus susurrando discessit, & quia se reuelatum agnouit ultra non comparuit. Similia talia multa pluries in multis euenerunt, quæ à pluribus vel visa, vel audita fuerunt, & nulla possunt tergiversatione culari: vnde luce clarius manifestum est, bene intelligentibus, demones non tantum in assumptis corporibus, sed etiam in motis ad locum huiusmodi corpora mouere.

## CAPVT VII.

*Quomodo demon possit potentiarum animæ actiones impedire.*

Demon  
sensus de-  
ludit hu-  
manos.

Cognito igitur & habito pro vero quod demon potest corpora mouere ad locum, restat nunc specialiter aliquid dicere de modo quo demon sensus deludit humanos, prout à Sanctis Doctoribus sumus edocti. Ad quod primò videndum est de potentiis animæ, ut sciatur quomodo diabolus potest eas in suis actibus impedire. Prima igitur potentia consideratur ipsa vegetatiua, quæ duplex est, videlicet vegetatiua principalis, & vegetatiua subseruientis: Vegetatiua principalis triplex est, nutritiua, augmentatiua & generatiua. Nutritiua data est, ut viuens conseruetur in esse per nutrimentum, cum restaurauit illud quod calore naturali consumptum est. Augmentatiua verò data est animali, ut per ipsam ducatur animal in parua quantitate à natura productum ad perfectam quantitatem, sub qua possit anima suas exercere operationes.

Genera

Generatiua virtus data est animali perfecto propter conseruationem suæ speciei: quia enim indiuiduum est corruptibile, species desineret esse, nisi per generationem indiuidua multiplicarentur. Est enim ordo inter istas potentias, quia nutritiua seruit vegetatiuæ, & vegetatiua generatiuæ, ut patet consideranti.

Potentia deseruientes vegetatiuæ virtuti sunt quatuor. Prima est appetitiua cibi & potus, quæ fames vel sitis dicitur, ut patet 1. de Anima, & hæc potentia appetit cibum ad restorationem deperditi, & hæc eadem est attractiua, quia attrahit cibum ad locum digestionis vbicunque digestio fiat. Secunda est retentiua, quia retinet cibum vsquequo fiat perfecta digestio. Tertia est potentia digestiua, quæ digerit cibum & conuertit in sanguinem: & prima fit in ore, masticando: secunda in stomacho, vbi digeratur massa trisnaria, & superfluitates sunt feces & stercora. Tertia in Epate, vbi generatur sanguis & immittitur ad singula membra, cuius superfluitas est residentia quæ apparet in vrina. Quarta potentia subseruientis vegetatiuæ est expulsiua, quæ omnes superfluitates expellit, cuius instrumentum est fumositas: quia vbicunque spiritus est vehiculum virtutis, fumositas est instrumentum ad omnem superfluitatem expellendam: & hæc potentia dicuntur naturales. Præter istas est alia potentia quæ dicitur vitalis, quæ habet principium in corde secundum sistolen & diastolen: hæc sanctus Thomas in opusculis suis.

Potentia  
deseruientes  
vegetatiuæ  
virtuti  
sunt  
quatuor.

Potentia verò generatiua duplex est, quedam est in generatione, quedam in semine. Prima dirigit semen mediantibus suis instrumentis, scilicet spiritus qui est vehiculum virtutis, & calore digerente & resoluente, & ventositate erigente virgam & propellente sperma ad locum debitum, qui est matrix mulieris. Quod ventositas adsit, Albertus declarat in tractatu de animalibus, quia sperma descendit à viro in mulierem cum interruptione descensus, quam ventositas media facit: quando igitur homo coire cogitat, venit ad virgam ventositas per pulsus qui sibi à corde iungitur per neruum cœcauum, quem inflat & erigit, cuius erectio à corde venit, ut Constantinus dicit, quia cor mandat toti corpori ventum spiritualem; virga recipit sperma à cerebro, & desiderium coëundi ab Epate. Quidam ventum habent multum & non humorem, hi erigunt & nihil emittunt. Quidam spiritum habent & sperma satis sine ventositate, à quibus sperma fluit sine erectione. Alij habent concupiscentiam, qui nec eriguntur nec sperma emittunt. Secunda virtus generatiua, est in semine, quæ est formatiua

D 3

membro



membrorum mediante calore & spiritu, & habet duas materias subiectiuas, sperma & menstruum, & duos actus: scilicet formare membra & ea ordinare, & habet generatiua virtus organa determinata, vel vasa seminaria, scilicet testiculos & virgam, qui abstrahunt sanguinem, ex quo sic sperma à toto corpore, sicut ventosa attrahit sanguinem, ideoque castrati frigidi sunt, & non habent barbas, pulsum tenent habent & non sunt coitui: hæc omnia constituit Deus in humanis corporibus ad conseruationem humanæ speciei.

Potentia  
sensitiua  
sunt du-  
plexes.

Potentia sensitiua sunt duplexes, quales sunt apprehensiuæ & quædam motiuæ. Apprehensiuæ passiuæ sunt, quia sentire est quoddam pati: non abiiciendo aliquid, sed secundum receptionem passiuæ dicuntur: quia recipere est quoddam pati. Et hæc duplexes sunt, quædam sunt intrinsecæ, & quædam extrinsecæ. Extrinsecæ sunt quinque sensus particulares, qui sunt visus, auditus, tactus, gustus & tactus, qui sunt ianua intellectus, & quilibet horum sensuum habet suum organum & medium per quod sit præsentis obiecto in actu: organa horum sensuum satis nota sunt. In gustu est duplex medium, scilicet, quantum ad esse: vltima caro lingue & palati & partium vicinarum, & ad bene esse medium est humidum saliuale. In tactu est pariter duplex mediū, scilicet necessitatis vt ipsa caro vigeat, vndique neruum, & mediū interpositum, sicut clypeus inter clypeatum & percutientem: organum autē horum duorum sensuum est neruus diffusus per totum corpus, vt est ipsius tactus in lingua & in vicinis partibus, vt est ipsius gustus: organum odoratus est naris: organum visus pupilla, id est qui est quasi aqua congelata ad recipiendū colores: organum auditus est auris tortuosa; visus, auditus & odoratus, sicut per medium extraneum, vt per aërem & aquam: & recipiunt sua obiecta intentione sicut siue materia: alij duo per medium intraneum & realiter secundum aliquam qualitatem realem concomitantem speciem sensibilem.

Potentia  
sensitiua  
interiores  
sunt quin-  
que.

Potentia vero sensitiua interiores sunt quinque, scilicet, sensus communis, imaginatio, phantasia, æstimatio, & memoria. Nam cerebrum diuiditur in tres cellulas, scilicet anteriorem, posteriorem & mediam, & quilibet istarum habet duas partes, quas Medici vocant ventriculos cerebri. Prima pars cellule est organum sensus communis, cuius duplex est operatio. Prima est iudicare de obiectis sensuum exteriorum & assignare conuenientiam & differentiam inter ea, & cognoscere eorum operationes: Est enim sicut rex, & sensus particulares sunt ministri eius. Secunda operatio est repetere formas sensi-

biles in imaginatiua potentia, vbi tanquam in thesauro referuntur. Secunda pars primæ cellule est organum imaginatiua, cuius duplex est operatio. Prima referre formas sensibiles in ea repositas: Secunda est, repræsentare eas phantasia. Prima pars secundæ cellule est organum phantasia, quæ sita est in medio sensuum interiorum. Secunda pars secundæ cellule est organum æstimatiua, quæ apprehendit particulares intentiones, vt ouis lupum esse inimicum, & canem amicum, & hæc est sua prima operatio. Secunda est intentiones istas particulares reponere in memoria, sicut sensus communis reponit formas sensibiles particulares in imaginatiua. Prima pars tertiæ cellule est organum memoria, cuius est duplex operatio: prima est referre impressiones sibi impressas ab æstimatiua, secunda est eas phantasia repræsentare: rectè enim sicut se habent sensus communis & imaginatiua, respectu formarum sensibilibus, sic se habent phantasia & memoria respectu intentionum, licet non cadant directè sub sensu, tamen cum sensibilibus accipiuntur, vt cum ouis videt animal sic villosum, æstimat eum lupum, & similiter canem habet tanquam amicum, lupum verò inimicum. Vltima pars tertiæ cellule est organum virtutis motiuæ, quæ mouet membra propter vtile vel delectabile potentiis præcedentibus apprehensiuis ad persequendum vel fugiendum. De phantasia sciendum est, quod ipsa est vltima & nobilior potentia inter duas sensitiuas, & hanc immediatè respicit intellectus, & ipsa est media inter sensum communem & imaginationem ex vna parte, & æstimatiua & memoriā ex alia: cuius duplex est operatio. Prima est componere formas sensibiles cum aliis formis sensibilibus quas repræsentat sibi imaginatiua virtus, & componere intentiones cum intentionibus, quas repræsentat sibi memoria: & componere formam quam repræsentat sibi imaginatio cum intentione quam repræsentat sibi memoria, & hæc est illa quæ negotiatur in somnis. Secunda eius operatio est phantasmata operari: sicut hirundo facit nidum, componit & diuidit, sic etiam per somnia, vbi aliquando phantasmata ordinatè eueniunt, sæpius tamen ordinatè, nam somniat homo se habere equum & apparet illi quod equus eius cornutus est, & sic de alijs inordinatis phantasmatibus, &c. hæc de potentiis animæ hic inserere volui, vt facilius in sequentibus videatur, quomodo dæmon multiplicitate modo intra & extra potest hominem deludere, & quandoque deludit hominem vno modo, & alium hominem vel eundem alio, & alio modo prout vnā vel plures potentias

Phantasia  
quid sit.

Quomodo  
dæmon  
potest ho-  
minem e-  
ludere.

animæ turbat, & hoc in prima vel secunda operatione: vel in vtraque.

## CAPVT VIII.

*Modus delusionis demoniaca, ex præmissis eruitur, & in particulari explicatur, ac primum quoad sensus exteriores.*

**N**unc ad præmissa reuertentes præsupponimus, quod dæmon non corporalem substantiam mouere potest ad locum, & potentie animæ sensitivæ organica sunt, & corporeo organo vtuntur, & ab obiectis corporeis species sensibiles recipiunt: ex quo est quod dæmon supra obiecta species & organa operari potest, transmutando, figurando & alienando, condensando vel rarefaciendo, prout talia per motum localem possunt expleri, & in his stant dæmonum delusiones. Primum dicamus de delusione quam dæmon hominum vel bestiarum oculis facit: potest dæmon ex aëre, fumis, vaporibus mixto, vt *Bonaventura tradit in secundo sententiarum distin. 8.* formare corpus, cuiuscunque alteri conformare, ita quod illud corpus non erit corpus hominis vel asini, sed illis conforme, inspicendo magis in vna præterquam in alia: potest diuersos colores in eodem corpore exhibere, & quam vult figuram induere, & apparere cui vult, & aliis se occultare: potest etiam lumen ad tale corpus exhibere per applicationem alicuius corporis luminosi, vel lapidis, vel luminis calcari, corporis ignei, ita vt aliquando clarius, aliquando minus clarum corpus illud appareat: sicut patet de vitro ocularium, quod applicatum ad lumen candelæ radios diuersos causat in pariete, prout magis vel minus ad candelam accedit, & etiam secundum alium & alium colorem existentem in muro. Potest etiã dæmon species diffusas in aëre diuertere vt ad oculû veniant, vel eas per actionem alicuius lapidis quã quidam Achaetam vocant, vel alias detinere, & tunc illud corpus remanet, invisibile: est etiam dæmoni corpus album nigro colore persfundere vel e contra, vt quod nigrum est, iudicetur album, & sic de aliis coloribus suo modo, & sic fieri potest, quod homo iudicetur esse capra, propter applicationem figuræ & coloris: & ita de aliis apparitionibus fictis aliorum. Eodem modo est, vt vnum aliud esse appareat quod non est. Legitur enim quod parentes vnus iuuenule credentes eã esse equam adduxerant illam ad quendam probum Patrem, qui non vt equam, sed vt filiam esse agnouit, & maleficium parentibus detexit.

detexit, & simulacrum abiecit ab ea, ex quo parentes filiam suam esse agnouerunt facile. Præterea facile est dæmonibus humorem sanguineum ad organum oculi deriuare, vel alium humorem nigrum ex quo iudicat quis omnia rubea vel alcerius coloris. Vidi ego hominem febricitantem, qui vna die alleruit omnia quæ viderat sibi rubea apparere: Fieri potest etiam, vt ab imaginatiua ad sensum communem visibiles spiritus reducantur vsque ad visum, vel ex forti imaginatione alicuius rei credit homo se videre, extra quod tantum est in phantasia intra, & tunc iudicat visus se videre ab extra, quæ solum sunt intra. Quamvis Bonaventura videtur faciliter tamen dicere, quod à sensibus prioribus ad posteriores est progressus, & non e contra, tamen cum philosopho & Sancto Thoma à primis ad posteriores, & à postremis ad priores possunt sensibiles spiritus deriuari, & sic deluditur visus ab extra & ab intra, quia vt multi dicunt, decipitur sensus circa proprium sēibile ex indispositione organi mediij, vel obiecti, aliàs nonnunquam postquam euenit à memoria excidit, quod adolescens ego cum aliis pastoribus custos pecorum eo affectus, quod frequenter fama referebat, vt quidam thesaurus sub terra vel lapidibus in vasibus aliquibus reperissent, cum cieca pecora per campos deambularem, & in quandam viam antiquam tunc plenam dumis cui via aprior noua adiacebat declinarem: apparuit mihi ferrea cathena terræ plantata penè consumpta rubigine, quam accipiens duabus manibus euellere tentavi, & dum quantum potui extrahere, cœpit tumescere terra, quasi si aliquod lignum rotundum, lapis, vel aliud intus esset, quod trahebam extractu cathenæ pro certo mihi visa est: cumque plus & magis trahere conarer, & dum ferre vt mihi videbatur aliquid quod sperabam, argentum esse vel aurum in mente, in sursum terra exilire deberet. Acclamauerunt pastores dicentes ad me, vade vade ad vaccã quæ mellem vastat & comedit: ad voces eorum pulsus, ego cathenam dimisi, & baculum vt illam signarem posui propè cathenam, cui ad vaccam, expulsi eam à melle, redij ad locum, baculum reperiij, cathenam vterius non vidi quacunque indagine adhibita. An intus forti imaginatione per motum phantasma cathenæ fuit, vel ad extra arte maligni spiritus fuit cathena ostensa: nescio, certus sum quod deceptio fuit: sed modum deceptionis ignoro, & sicut oculus deludi potest à dæmone, qui perspectiuam artem nouit ad plensũ vt diuersas in coloribus lineas visuales inter se diuersis sibus cõjungat, ex quibus varios colores sub diuersis figuris ostendit: sic de aliis

sensibus exterioribus est dicendum suo modo. Quod apparet satis in gustu, qui in febricitantibus dulcia iudicat amara, & secundum ista vim magnam habent.

Præstigiū  
quid sit

Præstigiū est quedam species magicę artis, videlicet humanorum sensuum illusio, & dicitur præstigiū à præstringendo, quod acies oculorum præstringit. Et per præstigiū moderabiles rerum mutationes videntur fieri: exempli gratia, vt terra cumulus videnti castrum, lapillus, talentum, seges, cohors militum galata: Et ideo præstigiū est aciem oculorum obscurare. Et Papias dicit, præstigiū est dolus, fraus, mendacium, fallacia, maleficium, præstigia maleficorum, quoniam potest dæmon diuersos suos odores, sapes & qualitates tangibiles sensibus præsentare, quos deludit.

## CAPVT IX.

*Modus delusionis sensuum interiorum.*

**N**unc ad modum per quem sensus interiores decipi possunt, vt dominus donabit procedamus, sanctum Thom. Bonauent. & alios Doctores in sua doctrina sequentes. Dictum est superius, quod prima operatio sensus communis, est iudicare de obiectis quinque sensuum exteriorum, & ponere convenientiam & differentiam inter ea: Secunda operatio eius est, reponere formas sensibiles in imaginatiua, ex quibus sequitur quod potest deludi sensus communis in ordine ad sensus exteriores, à quibus recipit species, vt scilicet aliter indicet quàm recipiat, propter deceptionem causatam in ipso sensu exteriori, vel in speciebus: potest etiam decipi in communicatione specierum quas reponit in imaginatiua vt in ordine reponat. Vel inordinatè ab ipsa iterum recipiat ex transmutatione phantasmatum, ex quibus multa & diuersæ delusiones & peruersa iudicia fiunt in sensu communi: ex perturbatione etiã organi eius potest multipliciter à recto iudicio perverti.

De imaginatiua similiter dictum est, quod duplex est eius operatio: prima est conseruare species sensibiles in ea repositas: secunda eas præsentare phantasia. Et in hoc similiter potest multiplex error contingere, sicut dictum est de sensu communi suo modo: Alia tamen est delusio in sensu communi, & alia in imaginatiua, & diuersimodè iudicatur læsus in ista, & læsus in illa: Phantasia, similiter duo sūt actus, vt dictum est. Primus est componere formas sensibiles cum aliis formis sensibilibus, quas præsentat sibi imaginatio, & componere in-

teationes cum intentionibus, quas repræsentat ei memoria, & componere formam quam præsentat sibi imaginatio cum intentione quam præstat ei memoria, & secundum hæc in multa somnia venit. Secunda operatio est phantasmata operari, & sic fabricat castra in Hispania, & alia multa similia, & in hac potentia sicut in aliis quidam acutiores & alij ebetes magis, inde venit quod quidam phantasmata plura componunt, alij pauca, & quod phantasia subseruit intellectui, & est suprema potentia inter sensibiles potentias: idcirco circa ipsa maximas contingit fieri delusiones, & ea delusa turbatur intellectus in actu suo intelligendi.

Phantasia sicut & alios sensus dicunt quidã posse tribus modis deludi. Primo quia cum dæmon sit superioris naturæ quàm anima, potest ex vi suę naturæ phantasmata quæ vult in phantasia imprimere & influere: Secundo modo ab interiori phantasmata mouendo & ea adducendo vsque ad sensum communem, super quem conuertunt sensus suas intentiones, & iudicant ita esse in re, sicut eis apparet in phantasmate: & sic post somnium quãdoque nescit homo vtrum rem aliquam de qua somniauit, per somniũ tamẽ vel in re extra phantasia viderit, apparent quandoque in somniis terribilia ex ascensu melancholiæ ad cerebrum, vel inflàmationes ex ascensu calore, vel fluxu ex diuersitate slegmatis, vel aliqua iocunda ex commutatione cõgrui sanguinis, & alia multa dormiente animali sicut quæ phantasiæ præsentantur. Tertio modo potest fieri delusio in sensibus, ex eo quod dæmon multarum rerum species prout vult sensibus sine exterioribus siue interioribus offert, quas pro veritate aliquis recipiens decipitur. Et isto tertio modo visum est aliquibus quod castra magna in nemoribus facta per siluarios dæmones de nouo esse: vel flumina de nouo esse producta quæ timebant: vel gallum trahere trabem, qui festucam verè traherat: vel homo videbatur alteri lupus, vel iumentum: nec istud vt mihi videtur diabolo est impossibile, qui perfectè cognoscit virtutem rerum naturalium: quoniam naturaliter fit, vt ad lumen candelæ ex certis rebus factæ, appareat domus plena serpencibus vel hominibus mortuis, siue tacemis, quæ omnia fiunt ex diuersis speciebus latentibus in oleo vel in candela, sed dæmon vt dictum est, ex applicatione actiuorum & passiuorum plus operatur quàm natura. Inter istos modos Bonauentura elicit secundum qui ei possibilior esse videtur: & ista delusio fit tribus modis à dæmone: Primo ostendendo præsens esse quod non est: secundo ostendendo quod est: tertio modo, abscondendo quod præsens

Dæmō est  
superioris  
naturę quã  
anima.

Delusio  
quæ fit tri-  
bus modis.

præfens est. Primum quidem facit, offerendo: secundum, sensum vel obiectum detrahendo: tertium verò facit impedimentum adducendo. Primum intelligi potest quâdo phantasmata existantia interior offeruntur foris oblatione ipsi virtuti interiori, vel quâdo virtus interior fortiter illis intendit, adeo quod similitudo rei videatur ipsa res esse: hæc in aliis manifestantur: nam freneticis propter ascensum fumorum ad cerebrum, videtur quod videant multa quæ non sunt sibi præfentia, vel quod audiant quæ intra sunt, & ea tamen esse credunt, sicut August. exemplificat in *lib. de Trinitate* de quodam qui tanta intentione cogitabat de cuiusdâ mulieris imagine, quod ei carnaliter commisceri videbatur etc. & videndo: & hoc modo potest dæmon multa facere hominibus apparere, siue ad imaginationem, incitando intentionem, siue fumos aliquos immutando, vel spiritum naturalem immutando, vel phantasmata diuersimodè variando: & his modis frequentissimè vitur dæmon & sapius & subtilis quàm homo excogitet, à quo specialiter cauendum, & huius signum est, quia nunquam facit hominem aliquid sentire, cuius imaginem non habeat in interiori organo virtutis imaginatiuæ, vnaquam enim naturaliter cæcos facit somnare de coloribus, nec surdos de sonis, nec ei talia repræsentat in vigilia vel in somnis.

Secundum modum possumus intelligere, quod res alio modo vel sub alia dispositione appareat sensui quàm sit: nam aliter potest cõtingere propter variationem aliquam ex parte organi, sicut quâdo humor sanguinis vel vapor igneus descendit ad oculos, videtur quod ea quæ exterius sunt, rubea sunt, vel propter variationem aliquam ex parte obiecti: sicut contingit aliquando vt dictum est ex dispositione candela, & palearum, videntur ipse candela, vel paleæ serpentes esse, & etiam operatione naturali. Et iste modus & omnia alia secreta nature non latent dæmones, qui sunt veloces ministri, agentes multa in tempore nobis imperceptibili, ideo multipliciter nos deludunt, ostendentes rem aliter esse quàm sit, dum eam faciunt aliter quàm se habeat apparere, quod fit per variationem circa organum vel obiectum factam, quæ est vt passio, non vt passibilis qualitas.

Tertium modum sic possumus intelligere, quod res si quidem quæ præfens est, sensum nostrum sicut præfenti obstaculo dupliciter potest latere: aut quia impeditur virtus sensus, ne conuertatur ad sensibile, aut quia impeditur species sensibilis ne perueniat ad sensum: Et vtroque modo impeditur sensus,

ne perueniant quòd ei præfens est: vtrumque autem eorum est possibile virtuti dæmonis, & ideo dicitur posse facere per hæc vna vt hominem reddat inuisibilem. Ex istis omnibus modis potest dæmon illudere humanam phantasiam, & animas autem interiores, & virtutem motiuam, vt hominem reddat immobilem, ita, scilicet, vt se mouere non possit.

*Modus quo dæmon virtutum naturalium actiones inhibet, ac præsertim generatiuæ.*

Nunc ad virtutes naturales quomodo impediuntur in suis actibus à dæmone restat veniendum. Dictum est supra, Naturales vires sunt duplices. quædam vires naturales sunt duplices, quædam principales, aliz generantes. Principales sunt potentia nutritiua, augmentatiua & generatiua: quarum obiectum circa quod operantur est alimentum: tale in potentia, quale nutritum in actu, & alimentum: & aliquando de illo aliquid remanet superfluum relictum in modum quod ordinatur ad generationem, & habet in modum alimentum diuersa receptacula in corpore animalis secundum diuersas eius dispositiones & digestiones, vt supra dictum est. Subseruientes sunt virtus appetitiua, abstractiua & digestiua quadruplex, vt dictum est, & expulsiua, & omnes istæ potentie circa obiectum corporeorum versantur, sicut patet consideranti, & in parte corporea sunt, ideo & ratione eius in quo sunt, & ratione suorum obiectorum corporeorum à dæmone & ex parte vtriusque possunt impedi. Generatiua tamen per quam peccatum originale à parentibus contrahitur, magis maleficiis diaboli quàm aliæ subicitur: sic vt quia serpens primi hominis causa peccati fuit, serpentes magis quàm alia animalia incantationi subdantur.

Impeditur potentia generatiua dupliciter. Primò in se. Generatiua potentia dupliciter impeditur. Secundò in aliis potentis primis, illa enim potentia generatiua cum calore, spiritu, humore & ventositate vtatur, potest dæmon calorem, spiritum, humorem & ventositatem vel aliquem ipsorum dominantem à proprio loco ad aliam partem corporis diuertere, ex quo remanet homo impotens ad actus conjugales. Aliquando homo appetitum habet coeundi & posse non habet, quia in maleficiis talibus, dæmon aufert humorem & non calorem. Aliquando virga erigitur & nihil emittitur, quia calor & ventositas adsunt, sed deficit humor: aliquando

Potest dæmon multa facere apparere hominibus.

Naturales vires sunt duplices.

Generatiua potentia dupliciter impeditur.

aliquando est appetitus, sed virga non erigitur, quia dæmon subtrahit ventum calore remanente: aliquando fuit humor sine erectione virgæ, quia remanente humore ventositas deficit, & sic variis modis impeditur homo per maleficium in virtute generatiua. In aliis præcedentibus potentiis impeditur generatiua, quia virtus digestiua, vel nutritiua, vel aliquæ cæterarum turbatur, quæ generatiua deseruit: quod si nõ fiat digestio alimenti, deficit virtus generandi, & ista impedimenta sunt sæpè cum quadam anxietate & exinanitione corporis, quia vbi virtutes naturales turbantur & corpus infirmatur, aliquoties sentit maleficiatus puncturas in carne sicut in Ouidio narratur, vt postea dicitur, & macrescit & tristis in nullo cõplacet: & quandoque coniugem odiosam habet, nec illi placet: quandoque videtur alteri coniugum de altero quod sit aliquid diabolicum latens in eo; & propter hoc non potest ipsum amare, quandoque vterque odit vtrumque, & alias alter alteram diligit & non diligitur ab illa, quandoque econuerso.

Vidi ego Pictaui tempore domini Iacobi Iuuenelli Picta- uen. Episcopi, mulierem maritatum, quam prædictus Episcopus, quia maleficiata erat cuidam probæ mulieri tradidit nutriendam in sancta Marcha Pictaui. quæ mihi dixit quod pluribus quàm decem annis cum marito itererat sua semper salua virginitate, & erat 25. annorum vel ultra: quoniam maritus eius odiosus illi erat supra modum, nec illum quouis modo diligere poterat, ille illam diligebat quamuis impotens: hanc ego secretè interrogauit, vt magis de ea cognoscerem veritatem, si nocte sola in nemore aliquo esset, & in vna parte lupo eam expectaret ad denorandum, & in alia parte maritus expectans eam esset vt illam à lupo defenderet, ad quem illorum ire mallet: quæ in veritate mihi respondit, quod iret ad lupo vel ad leonem. At idem interrogauit eam de Sarraceno & de marito, dixit quod iret ad Sarracenum: Interrogauit de marito & de diabolo, respondit mihi quod non iret ad diabolum sed ad maritum, finaliter roptum est maleficium & fuit inter eos amor & procreatio liberorum. Huiusmodi maleficia fiunt per pulueres positos vel in lecto, vel ad limen hostij, vel supra coniuges, vel ex acibus colligatis, aliquoties verò sola verborum prolatione, vel alias dæmone per omnia operante, & est hoc maleficium temporale quandoque aliquando perpetuum, aliquando contingit quod maleficium factum per aliquem maleficum per alium dissoluitur: quandoque dissolui non potest per alium, quia maleficium

Maleficiatus aliquando sentit puncturas in carne.

Mulier maritata quæ erat maleficiata, mansit per plures annos cum marito, sua salua virginitate.

maleficium virtute superioris dæmonis factum, per alium maleficum qui pactum habet cum dæmone inferiori, dissolui quandoque non potest sed è contra, quamuis etiam dissolui quandoque non possit occulto Dei iudicio repugnante: Est etiam sciendum quod aliquoties maleficium procuratur contra aliquos quibus omnino non nocet: Impedit enim diuina clementia vbi placet tela dæmonis & artes maleficorum.

Et si queratur quare pius noster Dominus illa permittit: Deus im- Bonauentura respondet, quod Deus hoc permittit propter sua- pedis dæ- gloriæ ostensionem: si enim vt Aug. ait, diabolus ista facit, hoc mones quando ipsum ostendit quod Deus illa destruere & maiora facere potest. Item propter peccantis punitionem qui ex aliquo peccato vile & sibi placet: & meruit huiusmodi maleficiis extorqueri. Itè propter peccantis aliquando correctionem: contingit quandoque quod huiusmodi male- permittit propter peccati pu- ficiati dum se vident punitos de suis peccatis, pœnitentiam agunt, & in fide magis roborantur, quoniam plurimum hoc contingit illis ex aliqua vana credulitate, ex qua se artibus dæmonis subdunt. Item propter nostram eruditionem: erudimur enim in fide dum ista videmus: quoniam sunt aliqui vt sanctus Tho. dicit in 4. sententiarum: qui ex quadam radice infidelitatis ista maleficia posse fieri negant: quia non credunt dæmones aliquid esse, vel non habere potestatem ad ista maleficia: quod contra decretum est: si quis per sorcarias: & contra Iob 41. dicentem. Non est super terram potestas quæ comparetur ei qui factus est vt nullum timeret, &c. Sed qua istarum causarum ista fiant ignoramus, quoniam occulta sunt Dei iudicia nobis.

Et si queratur vtrum licitum sit talibus maleficiatis maleficorum auxilium querere. Dicitur, quod dupliciter contingit maleficorum auxilium implorare. Vno modo vt ipsi destruant quod fecerunt, auferendo tamen pulueres, vel acus, vel paleas à pluma lecti, vel clauum fixationis, & sic de aliis modis quos non noui, & sic nullum videtur esse peccatum, quia sic nulla est dæmonum inuocatio neque pactum. Nam si alius auferret huiusmodi res quæ sunt diabolicæ fraudis instrumenta, destrueretur maleficium. Secundo modo, vt noua maleficij arte vtantur, vt si per aliqua verba fecerunt malefici, per alia verba opposita destruantur, vel si per pulueres factum est, per alios pulueres destruat: & sicut Chrysostomus super Matth. & sanctus Thom. in quarto, dicunt nullo modo est auxilium à maleficis exquirendum, & nihil à dæmone qui hostis est Dei & hominis, siue bonum siue malum sit, est requirendum.

Verum licitum sit maleficorum auxilium implorare.

Sed quæreret aliquis, quid ergo pro talibus maleficiatis vt liberentur est faciendum, ad hoc in fine huius tractatus responsio dabitur cum sanctis Doctoribus illuminatis in Fide Catholica. Sed nunc consideremus quod magna est potestas dæmonis qui odium gignit inter coniuges, quos sua malicia præmit: nec mirum, quoniam vt Marbedus & Albertus scribunt, quidam sunt lapides qui suos gestantes ligant in amore vt ab aliis grati habeantur, & amentur: multo plus potest dæmon per transmutationem sanguinis & humorum, & alio subtili modo horrorem incutere, in mente odium, & in carne dolorem, quoniam spiritus naturales vitales exagitare potest & animales; ex quo diuersa passionum genera concipiuntur, quæ producit in malum, quoniam omnis voluntas dæmonis mala est: executio verò eius ad Deum relata qui permittit, semper est iusta. Ex istis patet quomodo dæmon sensus & vires naturales à recta sua operatione obducere potest, quandoque dormiendo, quandoque vigilando, aliquando die, aliquando nocte, adeò quod facere multa sibi videntur aliqui delusi opera ad extra, quæ tamen sunt in phantasia, intra quæ pro rebus ad extra plures ab eis accipiunt & proinde veraciter decipiuntur: patet inquam quod dolenter perturbantur coniuges maleficiati: Et hæc de illusione facta à dæmonibus ab intra, pro prima parte huius tractatus sufficiant.

Dæmon sensus & vires naturales à recta operatione obducere potest.

## CAPVT XI.

*Expressio variorum modorum in ipsis maleficiis & interuenientium in singulis dæmoniacarum delusionum expositio.*

**E**X prædictis supponitur manifestum, quod dæmon corpora mutare potest ad locum non ad formam: quoniam vt ex Genes. patet; dedit Deus animatis virtutem producere illis in specie supposita similia, dedit virtutem elementis, vt conuenientia sibi producant animata; stellis virtutem alias stellas generandi non dedit, neque bonis angelis, siue malis dixit, *crecite & multiplicamini*: idcirco virtutem mouendi materiam ad formam non acceperunt: Sed vt superioris suæ naturæ ad locum, vt dictum est, mouere possunt. Inde repetendum est, quod ex corpore aëreo mixto vaporibus, quasi si materia nubis esset, dæmon multa sub diuersis figuris corpora formare potest, quatuor faciendo: primò condensando: secundò figurando: tertio colorando: quarto conseruando in esse,

&

Et hæc corpora ad tempus patent, & ad tempus disparent, prout dæmon ea vult conseruare, possuntque gladio truncari, sed imperceptibiliter, sicut aër, vt Durandus ait, reüniuntur, & in istis corporibus sub diuersis figuris bestiarum vel hominum aliquibus apparent, & humanas querunt conuersationes cum eis, quos agnoscunt in his qui fidei sunt decipiendos. Alios autem verentur & fugiunt, & ibi maxime apparent vbi sunt gentes minus eruditæ in fide, & hi qui talibus simulacris credunt aliquid numinis esse, quod sordidus & malignus spiritus superbûsq; fallax diabolus, sicut à principio voluit Diuinum honorem sibi vsurpare, vt patet *Isais 14.* sic adhuc nititur facere apud stultos, vt ab illis aliquid deitatis habere credatur: & sic multos fallit simplices & idiotas, & aberrare facit in fide, quoniam aliquando in specie terribilis animalis, sicut ipse terribilis est, apparet: aliquando vt Paulus ait *2. ad Cor. 11.* ipse Satanus transfigurat se in angelum lucis; vbi Beda, id est, in bonum angelum, ad tentandum eos quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum, qui si fugens se bonum, sensus corporis fallit, & mentem non mouet: nullum est in religione periculum, & si bonus esse credatur dum facit, vel dicit, quæ angelis bonis conueniunt.

Diabolus fallit simplices & idiotas.

Cum verò per hæc aliena ad sua ducere incipit: ne quis eat post eum, opus est vigilantia, quæ non nisi ex Deo est, in ipso est reuera totius malitiæ principium fomes & origo, crudelior enim est leone, vel quocunque serpente & cane rabido; tygridem superat in feritate, & lamiam in crudelitate: lamia est animal furibundum, & de lamia, quasi lania, à laniando pueros, habet enim faciem hominis & corpus bestiarum, est crudelior suis fetis quàm ceteræ bestię, quia catulos suos fertur laniare, & non sine magno fructu spiritali hanc bestiam Actor in medium adduxit: intelligantur namque per istam bestiam omnes heretici, malefici & hypocrite, qui vt ait Gregorius in *34. moralium*, in prima facie se ostendunt habere pulchram faciem ex ratione sanctitatis & deuotionis: sed bestiale valde est corpus ipsorum propter mala opera, & vitam infamam, turpem & abominabilem, quia valde iniqua, & illa faciunt sub specie boni. Et hoc modo lamia, id est diabolus, omnes filios suos dilaniat, producendo faciliter ad penas æternas, & omnibus quibus blanditur ad æterna supplicia ducere cupit. Idcirco magna opus est pietatis in ipsis Prælati, dum sollicitè prædicant huiusmodi versutias sathanæ detegentes, ne quis per debilitatem fidei se maleficiis diaboli irritari facilem reddat, & nullus per forciarias proximum lædat.

Lamia quid sit.

Coniuges ex decreto & canonicis libris Ecclesiar, & ex sæpè notatis multis experientia firmè tenerur, coniuges ad inuicem ex maleficiis in actu matrimonij & congruo more viuendi quandoque nimium perturbari, quo vt laqueos dæmonum euadere possint auxilio Ecclesiar sanctæ Dei sunt adinuandi, & eius exorcismis sunt dæmones arceudi, de quo in fine erit huiusmodi specialis tractatus. Attende lector quod iste Actor in pluribus locis multum conquæritur de maleficiis, qui inter coniuges actus matrimoniales impediunt, & credo firmiter quod p̄ebanus vel curatus in gratia Dei existens, per exorcismos, & deuotas orationes supra virum & mulierem dictans omne signum diaboli fugaretur.

De eo quod compertum est quosdam maleficos homines multos in infirmitatibus derinere, ex arte sua per pulueres, circulos vel per ea simulaera quæ vota oppellunt, vel per solam incantationem homines in bestias conuertere, vel etiam arbores facere mori, non dubium in scripturis reputatur. Ad exemplum adducitur Simon Magus, qui sola incantatione pecus moti cogebat: Magi in Æthiopia Mattheo præsertim pecora sua arte interimebant. Heriogenes contra Iacobum maiorem hæc eadem se facere gloriabatur: Sed ad canonicam scripturam recurramus, perhibet Paulus ad Galat. 5. necem per artem magicam procuratam dicens, manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, dolorum seruitus, veneficia, &c. vbi Beda per veneficia exponit mortem procuratam per incantationem, hoc idem Augustinus affirmat de Civitate Dei. Iterum Paulus ad Galat. 3. O insensati Galata, quis vos fascinat. Ergo fascinatio vbi est: vt dam glo. sicut in regnorum libris vallis Titanorum: in Ilaya Syrenæ & Onocentauri: in Iob Arturus & Orion & Pleiades: sic in hoc loco fascinati de communi opinione & quotidiana sermone sumptum est, & paulo post, dicuntur enim quorundam oculi visum videntes, & hic eorum actus fascinatio dicitur, & potest fieri vt huic peccato inseruiant dæmones. Iannes & Mambres magi Pharaonis arte magica non dubium vtebantur, vt Exod. 6. scribitur, & maga sulcitauit Samuelem, vt patet. Virg. in Buccolicis. Nescio quis teneros oculos mihi fascinat agnos. Lucanus in 6. fascinationes multas enumerat dicēs.

*Mens hausti nulla sanie polluta veneni  
Incantata perit, quos non concordia mixti  
Alligat vlla thori, blandasq. potentia forme.  
Traxerunt magici forti vertigine sili.*

Et hæc vsque ad finem sexti profequitur de veneficiis, iuret

inter quas ponitur Eritho summa in arte incantationis, quæ à suspensis pilos radebat, & intestina extrahebat, & ex illis cum cæteris signis multos homines languere cogebat & occidebat, & infinita mala arte sua magica faciebat, quæ ibi narrantur ad longum.

Ab antiquo ergo tempore est, vt mulieres maleficæ à suspensis vngues & pilos accipiant ad sua exercenda maleficia, quod huc vsque apud maleficos damnabiliter obseruatur: agebat præterea erithomaga per herbas & lapides, vt accitis dæmonibus turbaret aërem, clarum diem conuertebat in tenebrosum, pluuias, grandines tonitrua præter intentionem Ionis & planetarum excitabat: longum nimis esset cuncta narrare, quæ sua arte maleficia Eritho operabatur, de quibus vel similibus dicit sanctus Thomas ista dæmonibus esse facilia, & quia Pompeius imagarum fortibus contra Iulium Casarem intendebat, malū exinde in exitum venit: quoniam vicinus in campis Tessaliæ fugit in Ægyptū, vbi capite truncatus interceit. De Medea loquēs Onidius in epistolis Heroidum dicit.

*Ille reluctantem cursu deducere lunam  
Nititur & tenebris addere solis equos.  
Ille refrenat aquos obliquaque flumina sistit.  
Ille loco siluas duraque saxa mouet.  
Per tumulos errat sparsis deducta capillis,  
Certaque de tepidis colligit essa rogis.  
Demon & absentem simulacraque certa fingit.  
Et miserum tenus in i cur urget acus.*

Hæc ego à pluribus audiui, quod illi quidem qui in actu matrimonij impediti, puncturas quasi acus in corpore infixas haberent patiebantur. Ad idem Virgilius loquitur verba Didonis de maga quadam ista loquentis.

*Hæc se carminibus promittit soluere mentes,  
Quas velis, ac alijs duras immittere curas,  
Sistere aquam fluuijs & vertere sidera retro.  
Nocturnosque ciet manes, mugire videbis,  
Sub pedibus terram, & descendere montis ornos.*

Hæc Æneidos 4. lib. scribuntur.

Sed diceret aliquis? isti sunt Poëtæ de quibus philosophus ait, quod multa mentiuntur Poëtæ. Cato etiam dicit.

*Nam miranda canunt, sed non credenda Poëtæ.*

Lactantius tamen ait. Vera igitur canunt Poëtæ obtentu quodam relata. Dicendum quod vbi poëtæ Poëtice loquuntur multa mentiuntur: Sed vbi historias narrant vera loqui creduntur: Nam Paulus Apostolus dicta Poëtarum allegare non

Coniuges ex maleficiis in actu matrimonij perturbantur.

Malefici quidam multos homines in infirmitatibus derinent. Simo Magus sola incantatione pecus mori cogebat.

Iannes & Mambres arte magica vtebantur.

Eritho multa in arte incantationis faciebat.

Pompeius Magarum fortibus contra Iulium Casarem intendebat.

erubescit, & sanctus August. & alij sancti Doctores Ecclesie, multas historias à poëtis recipiunt, & sic possibilem esse non dubium est, magicos prædicta mala inferre hominibus, pecoribus, arboribus, tonitrua & aërias turbationes, & multa talia in elementis machinamenta tractare, quæ singula omnia faciunt aliquando: quandoque verò delusa phantasia hæc videntur facere, quorum faciunt nihil.

Quapropter summa cum diligentia iudex debet talium causas subtiliter examinare, & vtrum intra delusi tantum, vel etiam extra malè operati fuerint, debet cautè indagare: Et sunt docti in Theologia probique viri magistri ad hæc speculabilia cõuocandi, qui in Philosophia eruditi sunt, & in Theologia docti speculatiui, qui doctrinam gentilium in oratoribus & fidelium orthodoxorum in sanctis Doctoribus didicerunt, & est etiam conueniens, vt periti Medici ad inspiciendas tales personas conuocentur, vt per inspectionem complexionis & ex iudicio somniorum & aspectu corporis indicent, an phantasia læsa signa portendat salutaris: si læsi tantum in cerebro inueniantur illis subueniendum est per medicinam: & debent admoneri salubriter per suos confessores, vt talibus apparitionibus non credant: debent de his constiteri & penitentiam agere salutarem, & est subueniendum illis per exorcismos Ecclesie, & per orationes proborum debent summopere edoceri in fide, & ostendendum est illis quanta cautela dæmon niritur deludere cunctos.

Debent etiam habere aquam benedictam, & se & suam domum aspergere sapè, & in nullo articularum fidei dubitare: recurrere etiam debent ad sanctos, & sine fictione & hypocrisi Missam audire, & Sacramenta Ecclesie cum mente munda & deuota suscipere, & protestari quod in nullo voluit cum demonibus pactum expressum vel tacitum habere. Scire etiam debent *Pater noster*, & *Aue Maria*, *Credo in Deum*, & *Credo in Spiritum sanctum*, & sapè debent etiam diabolo & eius operibus abrenunciare, signo crucis deuotè se munire, diabolum in suis operibus non inuocare, nomen Iesu reuerenter proferre: his enim & talibus catholicis actibus poterit diabolus per bonum Angelum effugari ab illis. Debent etiam mulieres quæ suos maritos per incantationem habent exosos: & pariter mariti earum, vel etiam si per maleficia impotentes sint, admoneri, vt tale odium deponant, & est eis ostendendum quod dæmon ista facit inter eos odia, vt perturbet sanctum Sacramentum matrimonij, quod est notabile valdè, & debet confessor dicere quod oportet vt vincant per fidem, adherendo

rendo Iesu Christo Domino nostro, inimicum qui eos niritur perturbare.

Debet etiam eos allicere ad amorem filiorum, quos generabunt si simul conueniant, & debet dicere quod est illis magnum pudoris & verecundie opprobrium, vbi permittunt se turpiter à dæmone vinci, & si alter eorum dicat quod non posset ad mulierem accedere propter odium quod habet ad illam, vel illa idem dicat de marito: tunc dicat eis confessor, vos biberetis libenter poculum amarum si grauem haberetis infirmitatem, & per ipsum spem haberetis recuperandæ sanitatis, quamuis multum displicet ori, tamen pro habendo sanitatem cogeretis vos ad bibendum contra inclinationem vestræ affectionis: sic faciatis hic, & dicatis in cordibus vestris: *Diabole inimice Christianorum, tu vis in Sacramento quod Deus ordinauit nos turbare, ne prolem habeamus, ut sepi nos teneas in tuis unguibus & dominaris nobis, sed in despectum tui nego te, & vado ad legem Dei mei Iesu Christi, qui ordinauit sanctum matrimonium ad generandum pueros, erudiendos in lege Dei, & obediam marito meo in actu matrimonij, & idem dicat maritus, & faciat confessor quod mulier osculetur maritum amplexando, & e contra: & obediat illi ad actum coniugalem, quâquam fortassis ei displiceat, & vincat semetipsam, & tunc victus dæmon qui eos impediabat abcedet ab illis, & rupta erunt vincula fascinationis, prius tamen vt dictum est ex decreto, se purget uterque in confessione per lacrymas compunctionis, & per ieiunia, orationes, & elemosinas, & tunc animam à laqueis diaboli uterque liberabit: Per hæc talia documeta magister Guillel. Meriti, de ordine Prædicatorum Piccanis Magister in Theologia, reduxit quandam mulierem, quæ longo tempore odiosam suum maritum habebat, nec eam ipse cognouerat ad amorem eius, & factus est eodem die inter eos placidè nexus coniugalis amoris.*

Coniungit tamen pluries & notum est, quod cum suæ sibi uxores displicent, se fingunt mariti circa eas impotentes esse, vt ab illis separentur, & aliis quas plus cupiunt copulentur mulieres, etiam sua ex parte cum eis sui displicent vici, mendaciter se fingunt incõratas esse, & suos maritos diligere non posse, quia ad alios qui magis placent illis in cordibus dixerunt nexus amoris: idcirco per omnia & in singulis, quia incerta est materia eorum, necesse est iudices, qui talia examinant discretos esse, circumspectos atque sagaces.

De his autem, qui ad dæmonia fabata nocte vadunt, vel deportantur à dæmonio, vbi multitudo magna quandoque

Preceptio faciendâ à coniugibus ad libendam prolem.

Mulierum quarundâ fallacia.

Delusio phantasie dæmonis.

Quibus reinediis subueniendū est illis qui in cerebro læsi sunt.



conuenit, & homagium faciunt diabolo, &c. quæ in prima parte tacta sunt, nunc videre restat veritatem, ad quam indaganda ea sunt recolligenda quæ prius dicta sunt de illusione, quam in sensu dæmon facit interiori, vnde sapè est, & credo septias, quod tales sic delusi se existimant ire nocte cum dæmone choreare, cum mulieribus committeri, bibere & mādūcare, aliquos lædere vel occidere, intrate caueas ad hauendum vinum, diabolum sub aliqua figura in posteriori dato osculo venerari, & alia huiusmodi, quorum omnium nihil in re extra faciunt: sed istorum habent phantasmata delusam à dæmone, eis tales spiritus & phantasmata offerendo, quod facere potest dæmon faciliter.

Et quando arguitur, quia ipsi talia se fecisse confitentur, & plures fecisse. Respondendum est quod delusi interiori, non semel tantum, sed pluries se existimant fecisse multoties, quod solum in phantasia receperunt. Et quando replicatur quod plures se hoc fecisse confitentur: Dicendum est quod istorum infinitus est numerus, & ideo cōfitentur, quia plures delusi sunt. Et quando replicatur secundo, quod plures sunt qui dicunt se adinuicem vidisse choreasse, carnaliter committeri, & vno de alio & e contra se vidisse testatur, & plures de vno & de pluribus hoc idem testimonium probent: Respondendum est quod possunt plures dæmones multorum simul phantasmata sic decipere, vt verum videantur quod alios in sabbaro dæmones viderit, & aliis videatur de illo, & quilibet de quolibet altero hoc verum esse asserunt, quoniam eodem tempore simili illusione plures illudantur. Sed replicatur tertio, quoniam tales delusi dicunt se bibisse vinum alicuius hominis, & verum est, quod in vase illo cuius dicunt vinum se traxisse nullum vinum inuenitur. Respondendum est, quod vinum effluxit à vase per aliquam rimam male iunctam, hora quam æstimabant se illi sic delusi, illud in dæmonis bibisse conuiuio, & sic per accidens, & à casu venit quod simul vinum fluxerit à vase ex defectu doli, & illi decipiantur in phantasia. Sed quarto replicatur, quia dicunt quandoque tales quod pueros à lateribus matrum acceperunt, torraerunt, & reportauerunt ad suas matres, qui in crastino rubei in pelle & corpore calidi graui infirmitate vexati moriebantur. Similiter dixerunt alij quod comederunt pecora suorum vicinorum cocta in aqua, & aquam calidam in qua pecus coxerat in faciem iecerunt cuiusdam sui inimici, cuius facies cancroso morbo læsa nunquam potuit sanari, & multa talia se iactent effecisse quæ in re facta inueniantur, sicut est grandine

Dæmones plures possunt multorum phantasias decipere.

vineas & segetes destruere, quod verum esse reperitur, & aliquos ictu fulguris occidisse, & realiter occisi fulgure sunt.

Respondendum est, quod aslati pueri, quos se dicunt torruisse ad ignem, & pecora, & ille qui læsus in vultu erat: grādines & fulgur, ex naturali causa venerunt, & quod puer infirmetur, pecus moriatur, cancer vultum inficiat, & tempestas segetes destruat, occidat homines: aut morbo naturali puer aliquis, sine pecus moriatur, &c. dicunt simul fiant, & eodem tempore, horum omnium phantasmata dæmon phantasmata talium obiicit, ex quibus se iudicant fecisse quod per phantasma viderunt, neque propter ista possunt tales personæ manifestè illorum facinorum argui, neque pactum cum dæmone habuisse, tacitè vel occultè deprehendi. Hoc replicatur quod tales homines vel mulieres dicunt, se talia mala supradicta fecisse, quæ realiter eueniunt per pulueres, liquores, pilos, vngues, rubetas, vel per simulacra quæ apud illos reposita inueniuntur. Ex omnibus istis supradictis potè cōfitentur se fecisse mala, super quibus interrogati sunt testes asserentes hoc idem realiter esse verum, & est vox communis quod hæc mala fecerunt, & mala illa in re esse reperuntur, & instrumenta maleficorum reseruata ab illis in secretis suis inueniuntur. Ex quibus omnibus colligitur quod rei sunt maleficorum de quibus accusantur, & legalibus penis sunt adiciendi, ita quod maguū iudex ille Deo & legi Catholica præstat obsequium, qui incantatores illos segregat à fidelibus viris, quos legalis pena condemnat. *C. de maleficis.*

Iudex qui maleficos & incantatores punit Magnū obsequiū Deo & legi præstat.

Sed tunc dux oriuntur quæstiones. Prima vnde est quod malefici, pauperes sunt & miseri: quare à dæmone non postulant pecunias multas, ex quibus magni efficiantur in mundo, cum ita sit quod familiare habent pactum cum dæmonibus. Secundò queritur, quare in talibus maleficiis vtuntur malefici quandoquæ rebus inhonestis vt dictum est, & aliis rebus sacratis, vt puta aqua Benedicta, Chrisinate, sacro Baptismo, vel Euangelio. Respondetur ad primā, quod hoc ex misericordia Dei est, qui vult tales miseros reducere ad agnitionem veritatis, quia dæmon illis multa promittit facere bona quæ non facit, quia mendax est, ex quo cognoscere possunt delusi per illum, quod nullus mendaci creaturæ cuius studium est decipere, debet adharere, neque permittit Deus vt diabolus eos locupletes faciat: quod si permitteret & dæmon illos locupleret, inordinata auaritia multos à lege Dei detraheret, quos dæmon per diuitias sibi vendicaret, sed est occasio dæmonem abrogandi, cum eum audiat permittere multa &

Cur malefici pauperes sint, & cur vtantur rebus inhonestis quandoque rebus sacratis.

ex promissis tradere nulla bona. Ad secundum questum dicendum esse videtur, quod diabolus terribilis est & horribilis, idcirco terribilibus & rebus inhonestis gaudet decipere stultos, vel etiam ad detestationem peccati illa horribilia ad hac praestigia Deus adhiberi permittit rebus sacris & sacramentis, etiam quandoque vtuntur ad infamandum ritum Ecclesiae, quae illa consuevit venerari: dicit enim sanctus Thomas, quod daemones Ianaticos communiter vexat in nouiluniis, vel in plena luna, ad infamandum creaturam Dei: & etiam, quia cerebrum hominis humidum est, & in plenilunio & nona luna augmentantur humida, & tunc humore mediante turbat daemones humanam phantasiam.

Sed ad inuocationem demonum, lapidibus, herbis, caracteribus, figuris & verbis solent inuocatores demonum vtuntur etiam figuris in lapidibus vel in alia materia factis & sculptis, aliqua verba ignota, aliquando non ignota miscendo. Queritur vtrum ista vim naturalem habeant ad arcendum daemones euocatos: Dicendum quod lapides, herbae & verba, tripliciter applicari ad daemones intelliguntur. Primo ad arcendum illos per lapides aliquos & herbas, & verba sacrata, & hoc fieri potest. De verbis, causa est ordinatio & auctoritas Ecclesiae quae originem habet à Christo dicente, *Data est vobis potestas super omnia daemones.* Luc. 9. De herbis & lapidibus dicant quidam Theologi habere virtutem coëctendi libidinem: nam de camфора dicitur:

*Camфора per nares castrat odore naves.*

Idcirco illos lapides & herbas habent exosas, quae sunt cohibitioni peccati, vnde Marbedus de adamante dicit:

*Et noctis leuures & somnia vana repellit.*

Quantum verò ad inuocationes vtuntur talibus malefici, vno modo quia daemones volunt, vt malefici credunt quod in herbis & lapidibus sit virtus quae possunt daemones compelli ad respondendum his à quibus inuocantur, quod est error. Alio modo vtuntur, quia possunt etiam minores daemones per maiores compelli vt obediant maleficiis dum euocantur, quod faciunt semper ad decipiendum. Guillelmes Parisien. dicit, quod quia daemones peccauerunt per appetitum se eleuandi ad superiora, iuste à Deo puniti sunt vt inferioribus rebus subiciantur, & per lapides & herbas aliquas effugentur. Pythagorici tamen dicunt vt Albertus recitat in libro de mineralibus, quod lapides sunt animati, & quod anima egreditur aliquando à suo corpore & intrat alienum, & fascinat ipsum, propter quod praecipunt declinare oculum fascinantis: & hanc opinionem

nionem secutus est Democritus, qui lapides dicit habere animas, & omnia plena dys dogmatizat, & hoc tractat Orpheus in suis carminibus: sed ista absurda sunt & falsa, & à fide Catholica aliena. Sigilla autem & figuras in lapidibus vel in metallo ad imaginem astrorum sub distinctis punctis & ligneis ad diuinationes rerum occultarum, Caligreus & Gemina Babilonicus, & Hermes Aegyptius in primis inuenerunt, postea effluxit mirabiliter in illa arte Ptolomaeus Aegyptius, & Geber, Hyspalensis, Thebith autem plenè tradidit artem. Credebant enim illi quod istae figurae sculptae ad imaginem aliquorum planetarum, virtutem ad diuinationem assumerent ex planetis, & sicut aliquo tempore manet determinata virtus planetarum ex aspectu vel coniunctione ad signum determinatum: sic & non plus durat illa virtus figurarum quibus Geomantici vtuntur. Vidi ego Pictauis magnum virum in fama & scientia, qui Geomanticae studens ex talibus figuris experiri voluit artem diuinandi, qui die vno dum pulsaret quidam ad ostium suae domus, praecipit famulo vt modicum differret ostium aperire: interim fecit figuram, vt virtute illius diuinaret quid quaerebat ad ostium pulsans, qua facta & inspecta dicit, hic qui venit ad nos aliquid rubeum affert perforatum, & aperto ostio veniens, birram rubeam obtulit, quem ille accipiens cum gratiarum actione & ipsum perspicuus inuenit in eo foramen à muribus factum in illo, ex quo administratus timuit vt aliquod malignum lateret in illa arte, & spreuit artem & artis librum combussit, scio quia mihi ipsa ista narrauit.

Constat enim vt sanctus Thomas deduxit ad longum in summa contra gentiles, lib. 3. art. 103. 104. & 105. quod huiusmodi figurae nullam possunt ex se habere virtutem, cum sint de quarta specie qualitaris, quae tantum est terminus quantitatis, nec possunt esse principium actionis, nec ponunt subiectum in potentia ad actum, quia figura est ens metaphysicum: nec accipiunt virtutem à corporibus caelestibus, quia per has figuras adiunctis eis vanis verbis, sunt aliqua quae operationem caelestium corporum excedunt, vt reperire thesaurum sub fossam in terra, & diuinare de futuris, & manifestare occulta facta hominum. Dicendum ergo est, quod à malis spiritibus ista figmenta accipiunt fulcimentum: nam per hanc artem committuntur adulteria, decipiendo mulieres, furta, homicidia, quae & caetera mala talia à daemone procurantur, qui quibusdam mendaciis à maleficiis personis ad sua maleficia alliciuntur. Dicunt enim qui daemones in-

Demō Ianaticos vexat in nouiluniis, vel in plena luna.

Lapides, herbae & verba vim habent ad arcendum daemones.

Pythagorici opinio circa lapides.

uocant quod nisi invocati demones ea faciant ad que sunt euocari, facient ipsi invocatores celum comminui & eadem astra, vt narrat Porphyrus in epistola ad Anebantem. A demonibus ergo omnia maleficia suam vim accipiunt, quæ ad malos vsus & fines applicantur idcirco.

Ex illis & aliis multis pro certo tenendum est, quod deportantur aliqui nocte, vel die à demone, ad loca remota atque propinqua, & ibi choreas facere possunt, demonem adorare, homines cum mulieribus coire, & demones eas supponere, comedere & bibere verè vel apparenter, mortem & infirmitates super aliquos inducere, caucas intrare, vinum trahere, & ad remota loca portare possunt, sopire homines, pueros à lateribus matrum abstrahere & affare, diuinare de futuris euentibus aliquibus, tonitrua & grandines excitare, icthul fulguris percussere & occidere, segetes destruere, & plura alia mala perpetrare auxilio demonum quando ista permittuntur illis à domino propter causam ignoratam à nobis. Narratur in lib. de Apibus, quod in prouincia prouincia, die vna tanta tempestas in aère fuit, vt à vento & gradine arbores deiicerentur in terram, necarentur aues, & totus aër magno fragore resonaret, tunc custos quidam vinearum in suum tugurium se recepit, & audiuit vocem in aère dicentem caue cane, cui responsum est, quid cauebo, & dictum est vineam Petri Richardi. Postea excussa tempestate, destructis aliis, sola vinea Petri remansit illæsa, & tamen Petrus Richardus malus vsurarius & publicus erat; occulta sunt Dei iudicia multa, sed iniusta nulla. Ex quibus admirantes timere debentes, & Deum refugium nostrum & protectorem invocare docemur. Quod autem deportentur miseræ personæ hesitantes in fide & in doctrina diuinæ legis dubia: satis notum ex relatu multorum, & ex effectibus inde secutis. Nam aliquoties viri aliqui litterati qui huiusmodi maleficiis presentes fuerunt, imo hæc nefanda, quæ diabolus imperabat assistente demone in talibus congregationibus predicabant, fidele testimonium perhibuerunt, & penitentiam egerunt vinam salutarem. Quod autem demon illos possit portare vel die vel nocte, nulli in dubium venit, quoniam Matth. 4 & Luc. 4. iuxta Chrysostomi & Guillelmi de Alcona, & Nicolai de Lyra glos. portauit demon Christum supra pinaculum Templi, quod non creditur impossibile fuisse, sed facile multum: Item potest vt patet ex prædictis, demon corpora deferre ad locum.

Nota sunt ista omnibus qui scientes depurantur in clero, quod choreas faciant & demonem adorent sanis mentibus possibile

possibile iudicatur. Sed quod demon cum mulieribus coeundi gratia permisceatur non est dubium reputandum, quoniam vt ait, Aug. 15. de ciuit. Dei, apparuisse angelos in talibus corporibus, vt non solum videri, verum etiam tangi possent eadem verissima scriptura testatur; & quoniam creberrima fama est, multique se expertes, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, syluanos & sannos quos vulgò incubos vocant, improbos sæpè extitisse mulieribus, & earum appetisse ac perepisse concubitum; Et quosdam demones quos Drullios Galli nuncupant hanc assidue immundiciam, & tentare & efficere plures assueuerunt, vt hæc negare imprudentiæ videatur.

Paret ergo hoc possibile esse, quoniam etiam omnes Theologi incubos & subcubos esse concedunt: Et ad hoc adduci potest mater Merlini, quæ interrogata à Vertunigerio Rege Angliæ, quomodo virgo filium concepisset, ait. Viuit anima tua domine mi rex, quod neminem agnoui, qui in me illum generauerit, vnum autem scio, quod cum essem inter confocias nostras in thalamis vestris, apparebat mihi quidam in specie pulcherrimus iuuenis & sæpissime amplexans strictis brachiis desculabatur, & cum aliquantulum mecum moram fecisset subito euanescebat, ita vt nihil ex eo viderem, multoties alloquebar eum dum secreto sederem. Cum me diu in hunc modum frequentasset coiuit mecum sub specie hominis sæpissime, atque grauidam in aluo deseruit. Tunc rex consultis Philosophis responsum habuit ab illis, quod inter lunam & terram habitant spiritus, qui partim habent naturam hominum, partim verò angelorum, & cum volunt assumunt sibi humanas figuras & cum mulieribus coeunt: & sic genitus est Mercurius, hos autem spiritus incubos & subcubos demones vocamus. Nec est dicendum quod sic geniti sint filij demonum qui semen non habent: Sed demon sit subcubus viro à quo suscipit semen, & post incubus mulieri in cuius matricem semen effundit, conseruans ipsum in debito & proportionato calore, quod si non faceret nulla generatio fieret. Nam dicit Auicenna, quod homines longas virgas habentes, nullius vel paucae sunt generationis, & sic geniti fuerunt gigantes, qui fuerunt viri robusti & famosi: quoniam vt doctus quidam Theologus ait, scit diabolus complexiones hominum, vt virum à quo semen suscipit, & mulierem in quam fundit, vt in collectione proportionatos eligat, & congruam constellationem ad bonam generationem adaptet: Quod autem demones talia quæ sabbara vocant constituerint, principium

Historia  
m. tris  
Merlini  
quæ virgo  
filium co-  
cepit.

Omnia  
maleficia  
à demoni-  
bus vim  
accipiunt.

Sola vinea  
vnius  
excussa te-  
pestate re-  
manet il-  
læsa.

Sociarij  
choreas fa-  
ciunt, &  
demonem  
adorant.

44 FLAGELLI MALEFICORVM  
 cipium nō accepit à tempore nostro, quoniam ab antiquo se-  
 ita demoniaca apud aliquos frequentata leguntur. Ait enim  
*Aug. de ciuit. Dei* 18. lib. per immondos dæmones bacchanalia  
 sacra vel potius sacrilegia sunt instituta, de quorum rabiosa  
 turpitudine post tã multos annos sic Senatus erubuit, vt in vr-  
 be Romana esse prohiberet: Facilia sunt igitur apud dæmo-  
 nes ista fieri. Vnde scribitur in vita beati Bernardi, quod dæ-  
 mon quidam in territorio Natenen. mulierem opprimebat  
 ipsa inuira & renitente, quæ accessit ad beatum Bernardum,  
 qui in partibus illis monasteria visitabat, & conquesta est à  
 dæmone eam violantem, cui Bernardus tradidit baculum, & ex-  
 inde non tetigit eam dæmon: sed deridens illam quasi cachi-  
 nando à longè minabatur illi post discessum beati Bernardi  
 se maiora damna facturum. Cui beatus Bernardus plebe vo-  
 cata præcepit sub pœna excommunicationis ne eam ulterius  
 infestaret, quod nec fecit, & volens siue nolens præcepto beati  
 Bernardi obedinit. Beda in historiis Britonum genitos mul-  
 tos ab incubis dæmonibus narrat. In lib. 8. de apibus scribitur,  
 incubos cum religiosis mulieribus concubuisse, & de quadam  
 filia Comitum in Thenton. Albertus Parisius in quæstioni-  
 bus quæ de raptu mulierum disputabantur in præsentia epi-  
 scopi Parisien.

Admiracionem habet apud aliquos intrare maleficos ca-  
 uenas & exire ianuis clausis, sed reuera non ita est, sed potest  
 dæmon ianuas aperire taliter vt hoc lateat eos qui per illas  
 portas & ingrediuntur & exeunt, qui quia hoc non percipiunt,  
 credunt ianuis clausis intra caueas esse immixtos, quod si sic  
 esset, essent duo corpora simul, quod impossibile apud Theo-  
 logos dæmonibus esse perhibetur. Facile est etiam dæmoni-  
 bus vapores & exhalationes ad mediam regionem aëris por-  
 tare & præsentare planetis quos sciunt ad hæc virtutem ha-  
 bere, à quibus omnes impressiones ignitæ & aqueæ generan-  
 tur. Possunt etiam hominem detinere in somno per magnam  
 tempus. Audiui ab homine quod viderat mulierem duci ad  
 ignem quæ manum mortui hominis suspensam habebat ad  
 collum, cum qua homines detinebat in somno, faciendo cum  
 manu mortua signum crucis retrouersum.

Primi malefici qui artem hanc inuenerunt, & sequentes  
 qui ampliauerunt pactum tale cum dæmonibus habuerunt, vt  
 dum quilibet tali signo determinato vteretur, vt putà sco-  
 pam inter ribias poneret aut vnguentis certis in aliqua sui  
 parte vngeret, vel vaginam suam eodem vnguento liniret, vel  
 aliquid tale faceret, dæmon illi adesset, qui quo vellet male-  
 ficus

fiens homo, diabolus cum portaret: aliquoties per verba vt  
 dictum est, & herbas & lapides dæmones euocabantur: qui hos  
 primo inuenerunt, pactum explicitum habuerunt cum dæmo-  
 ne: qui verò post talibus vtuntur, cum dæmone pactam ha-  
 bent tacitum.

Sunt alij custodes pecorum, qui relicta pecora in campis  
 alijs ad recta venientibus ne nocte à lupis comedantur qui-  
 busdam carminibus fascinantur, & tunc dæmon ea vexat ex-  
 currendo tota nocte, quæ in mane vexata multum reperiantur,  
 custodita tamen à lupis. Tricant etiam quandoque dæmones  
 crines equorū, quibus si aqua benedicta fundatur ad eos, illa  
 nocte dæmon non accedat. Satis arbitror etiam ex Virgilio in  
 Buccolicis, pastores veraciter alienis pecoribus obesse, & lac  
 arte dæmonis ab eis elicere. Apud multos enim sic fieri com-  
 petrum est, sicut de vino exhausto à dolio exitit supra di-  
 ctum. Satis etiam notum est, quod ex prolatione verborum  
 in animum claudat equi, & vulnera multorū, per carminatio-  
 nes sunt visa sanari, dum tamen infirmitas in equis vel in ho-  
 minibus tanta non sit quod extra vim virtutis naturalis pro-  
 cesserit, quia non potest tunc carminibus curari. Nam hoc fa-  
 cere esset miraculum, quod dæmon facere non potest, nec  
 quouis modo sanare, nisi applicando vires naturales, vel dis-  
 gregando vel reprimendo nociua, ideo quando laesus est ultra  
 vires naturæ, non potest dæmon talibus subuenire, sicut equus  
 si os tibi fractum habeat, quia medelam non habet, dæmon  
 illud consolidare non potest, quod de homine vel bone face-  
 ret: & est eiusdem rationis de morsu serpentis vel canis rabidi,  
 carminationibus, dum ultra modum laesus ille non fuerit, sa-  
 nari. Quod mures, columbi & aues expellantur à suis habita-  
 tionibus exemplum tradit Erioto de quo supra dictum est, &  
 Lucanus in 6. prosequitur amplè, & nos diebus nostris de cu-  
 nicalis & coruis fieri vidimus & columbis. De ductu tempe-  
 statis & fulgurum satis narratur in libro de apibus circa  
 finem: de pueris acceptis à lateribus matrum: de vino extra-  
 cto à caueis: de exeuntibus per carminum, & inrantibus do-  
 mos ianuis clausis, patet ex prædictis: de his qui diuersis mo-  
 dis res amissas inueniunt, satis est superius tactum: de his  
 qui curant morbos, sicut de carminationibus est dicendum:  
 de his etiam dictum est quæ sacra Ecclesia vel mortuam ma-  
 num maleficis addunt. Frater Petrus de Bercorio in libro de  
 mirabilibus mundi, dicit quod aliqui vendunt ventum nauis  
 in pixide, à qua aperto foramine ventus validus exit: Nam  
 diaboli concitant aërem, cuius opere nauigat quo vult nau-  
 gare

Dæmones  
 quōdoque  
 crines e-  
 quorū tri-  
 cant.

Aliqui vñ.  
 dicit nauis  
 ventum in  
 pixide.

gate naua, sed communiter antequam ad portem veniat sua nauis, mergitur vndis æquoris, concassata, & nauigantes pereunt. Satis dictum est, de quodam qui in ciuitate Cathala-nensi inuisibilis erat, quod vt quidem perhibent, virtute quorundam lapidum fieri potest: maiori ratione virtute damo-nis creditur hoc possibile fieri.

De transformatis nunc libet eloqui. Dicit supradictus ma-gister Petrus de Bercorio in allegato libro, quod Nabucho-donosor realiter tempore suæ penitentia: verius est quantum ad corpus in figuram bestialem, & ita dicit de quibusdam conuersis in lupos, quos quidam galones, alij berones vocant, & quamuis Deus formam hominis ex occulta causa nobis in formam alterius speciei possit mutare, demon tamen hoc fa-cere non potest, vt tradit August. 18. *de ciuitate Dei*. Sed gra-tia amplioris doctrina: quaeritur quid censendum est de iis, qui apud Arcades transuando fluuium mutabatur in lupos.

Demenetus etiam mutatus legitur fuisse, & quia carnes hu-manas non comedit post 9. annos rediit ad figuram quam prius habuit humanam. Apuleius fatetur in libro de asino au-reo, se fuisse mutatum in equum, intelligentia remanente hu-mana, annonam inter alios equos portasse militibus: sic nar-rat August. vbi supra, quod in Italia mulieres stabularia: dato veneno homines in iumenta mutabant. Circes famosissima socios Vlicis mutauit in bestias. Socij Diomedis mutati le-guntur in aues, quæ graecigenis dum ad templum veniunt blandiri videntur: Troianos vero vnguibus infestare conabatur. Simile ferè scribitur in libro de apibus circa finem, quod in diebus Alberti magni in Brabancia fuit puella quam iuuenis quidam volebat habere vxorem, sed pater nolebat, pauco post tempore infirmata puella mortua quasi visa à parentibus plangitur: eo die ambulans iuuenis, qui eam cupiebat, extra villam, audiuit vocem plangentis filia: ad quam diuertens, dum eam inuenisset, admiratus ait: quomodo tu quæ mortua dice-baris huc venisti? cui puella ait, homo quidam qui præcedit hac me adduxit; tunc iuuenis filiam accepit & abscondit in sua domo secretè, venitque ad domum patris filia: parentis exequias eius, cui iuuenis ait, Vis domine mihi filiam tuam quam quaesui dare in vxorem mihi? cui tristis pater ait, nun-quid tu Deus es, vt filiam meam defunctam suscites? Tunc iuuenes instanter querente illam sibi dari, pater firmato pacto concessit eam, ille tunc pannum quo purabatur filia mortua regi eleuauit, & apparuit hic horrendum simulacrum quasi lignum putridum pelle tenui circumductum, quo viso iuuenis

Demene-tus in lu-pi muta-tus, & post nouè an-nos rediit ad suam pri-stinam figu-ram.

Historia mirabilis de puella mortua, quasi visa à parentibus.

ad filiam pergens eam sanam ad patrem duxit, cui in mari-monio copulatur, & vixit vterque ad tempora authoris de Apibus qui ista enarrat.

In confinio Flandriae, filia vna infirmitate nimis oppressa *Historia* ab omnibus est existimata defuncta, sed antequam sepelien- *strepens* da portaretur ad terram, inuenit eam frater eius vitam extra *de filia* domum inter arundinetam, quam in sua domo clam deposuit, *mortua* venitque ad domum patris, & simulacrum quod credebant de- *credit.* functam filiam, in frustra gladio mediante diuisit, cunctis stu-pentibus, eo quod ad corpus sororis tam seuerus esset, qui-bus respondit, non est hoc corpus sororis meae: post pergens ad propriam domum, sororem suam ad eius patrem vitam sa-namque reduxit, & vsque ad tempora huius authoris de Api-bus vt ipse ait, qui Albertum Magnum quomodo sic demon ludificare possit interrogat: sed Albertus quasi dissimulans ni-hil voluit definire.

Conformiter August. exponit de his qui in equos in Italia mutari videbantur. & de his qui apud Archades mutati asse-runtur in lupos: De locis Vlicis quos Circes in bestias ver-tit, qui omnes tales alicubi diabolica arte abscondi teneban-tur, & aliunde lupos, equos vel bestias alias demon adduce-bat, in quos credebant simplices gentes supradictos esse con-uerfos, & ipsi etiam ex turbata sua phantasia se lupos vel alias bestias esse attimabant: quoniam Apuleius in libro de asino aureo scribit, se veneno sumpto fuisse per aliquot dies con-uersum in equum, mente semper in eo vigente humana. Et ibidem narrat August. de Prestacio, qui suum patrem plus so-lito per plures dies dormisse testatur, & cum fuisset euigila-tus, dixit se factum equum & annonam portasse inter alios, & equus inter alios de nouo repperit annonam ferens militibus cum aliis quem se præstantius credebat esse, qui tamen iace-bat in sua domo, sopitus extenso corpore totus. De auiibus au-tem in quas Diomedis gentes creduntur esse mutatae, dicit idem sanctus Augustinus, quod potuit demon, ex quo gentes ille subito disparuerunt ab aliqua terra vbi aues illæ abun-dant, eas in magno numero adducere, & quia socij Diomedis nunquam comparuerunt ultra, & aues insolita: de nouo ve-nerunt, credendum fuit eos in illas volucres fuisse mutatos, quas *Damò in-* vt graecigenis blandirentur, & troianas persequerentur ipse *trae cor-* demon dietin amabat. *pus lupi,*

De lupo vero quos vt dictum est berones siue galones vul-gus vocat, videretur esse dicendum, quod demon homines illos quos mutari in lupos asserunt, multi alicubi secretè retinent *& ideoque* *plurima* *mali per-* *petra-* abscon

abscosos, & intrans corpus lupi alicuius, cum educit à silio quem per villas & agros dicurrere cogit, & mala plurima facit, occidit homines, pueros comedit, pecora deuorat & flagrat, & plurimos homines terret, nec mirum si terreat, quoniam duo maligni & crudeles simul ad malum operandum sunt coniuncti in vnam, quorum alter solus per se timeretur, multo magis cum duo sunt, lupus scilicet & dæmon, in simul adunati videntur esse timendi.

Legi tamen in historiis, quod cum quædam mulier in partibus Lothoringiæ caput sui mariti lauaret, de quo fama erat quod quibusdam temporibus verteretur in lupum, brachium cum manu pueri quem comedisse credebatur in vase vbi aqua erat qua abluebatur, sua hoc vidente muliere, euomit, quod ego credo phantasticè fuisse monstratum dæmone operante: quoniam non videtur possibile, quod posset homo manum & brachium simul alicuius pueri quantuncunque parui sine suffocatione posse per os euomere. Tamen magister Petrus de Bercorio qui fuit homo magnæ scientiæ & expertus in mundi mirabilibus, multum asserit possibile quantum ad corpus hominem mutari in lupum realiter, signa humana dimissa & lupina assumpta: magis tamen arbitror Augustino credendum: quoniam in prædictis legis historiis quod cum lupus quidam per campos inter pecora discurreret in quem dicebatur homo quidam esse, referente fama mutatus, is idem homo cum discurreret lupus inter oues in agris, in durno quodam abscondus, in extasi positus, est inuentus, qui consona sententiæ August. iusta prædicta: nam Iphigenia Agamemnonis filia, quæ mutata esse credebatur in ceruam, post aliquod tempus de occulto venit in manifestum, ex quo asserit August. quod cerua supposita fuit vbi Iphigenia esse solebat, sublata sita ab intuentium oculorum aspectu.

De his autem qui Corpus Christi in Sacramento ad maleficia applicare perniciousè comperti sunt. Vbi dæmon Ecclesiæ Sacramenta & fidei Catholicæ robur nititur eneruare. Quem admodum de illo qui in Francia Corpus Domini communicabat buffonibus, quos in arca nutrebat, & secretas Missas lupis, capræque præsentibus per supersticiosum Sacerdotem dicebat, vbi ipse sub fictione Papæ, vel Regis vel Principis alicuius assistebat, non sunt toleranda super terram maleficia, quoniam qui talem illam Deo & Sacramento dignissimo iniuriam vlcisci non properat, diuinæ legis prauicator, testante scriptura creditur, quia tacer.

Quamuis de incubo *Auicenna sen. 30. lib. 3. de incubo dicitur,*

car, quod incubus est agritudo, in qua homo sentit cum in somnum ingreditur phantasma graue super se cadere, & comprimit ipsum, & angustat eius spiritus, & intrinsecatur vox ipsius & motus eius, & fortasse suffocatur propter pororum opilationes: & cum ab ipso separatur, excitat ipsum subito & est antecessor vnius trium agritudinum, aut apoplexiæ, aut epilepsiæ, aut mania: differunt hæc infirmitates, quia mania est infectio anterioris cellulæ capitis cum priuatione imaginationis: amentia est infectio mediæ cellulæ capitis cum priuatione rationis: apoplexia verò est omnium ventriculorum cerebri opilantia cū priuatione rationis & indiminatione sensus & motus: epilepsia autem est non omnium sed principalium ventriculorum cerebri impeditiua. vnde quod parum ad se invicem differunt hæc quatuor passionis, videlicet ameria, mania, apoplexia, & epylepsia: nam & omnes vno verbo communi clauduntur, appellatione videlicet frenesius, quia patientes dicuntur frenetici. De remedio singulari quare apud bonos & probatos physicos medicinam: eius verò causa secundum philosophos: est vapor materiæ grossarum sanguinearum aut phlegmaticarum aut melencolicarum eleuatus ad cerebrum subito, ex quo patet quod in cerebro est huiusmodi compressio non in pectore ut quidam imaginantur: & quamuis verum dicat Auicenna & cum eo medici ceteri plures: tamen Guill. Paris. hoc asserit ab incubo dæmone quandoque cor hominis supprime procedere, idcirco dicit se aqua benedicta dum ad somnum vadit aspergere, signo crucis munire, orationibus se vallare, & bono Angelo defensori suo, ne incubo dæmone percussus, mortis iaculo repente feriat.

## CAPVT XII.

*Distinctio artium magicarum in varias species.*

DE distinctione harum artium magicarum, quæ ut Valentius in speculo doctrinali dicit, inter artes liberales ponendæ non sunt, quia earum diabolus principium est. Bernardus Odonis in 2. sentent. ad longum scribit, & ex scripturis multis recitat veritatem, dicens quod experientia nos docet, & ex multis passibus sacræ Scripturæ instruitur, quod 30. sunt modi artium magicarum quos dæmon inuenit, quarum modi sic distinguuntur: quia omnis ars magica aut ordinatur ad solam notitiam vel ad efficaciam, & hoc secundo modo dicitur. 9. modi quia aliquæ sunt artes quæ vtuntur

Triginta sunt modi artium magicarum.

Historia de homine cuius fama erat verti in lupum.

Dæmon Ecclesiæ Sacramenta nititur eneruare.

Fascina-  
tio.

Incantatio.

Breviaria.

Ligatura.

Veneficia.

Caracte-  
ria.

Imagina-  
ria.

solo visu, aliqua vtuntur verbo, aliqua scripto, aliqua nodo, aliqua veneno, aliqua sacrificio, aliqua caractere, aliqua imagine, aliqua phantasia. Ars magica quæ vtitur solo visu dicitur fascinatio, & qui vtitur illa, dicitur fascinator. De hac arte dicit Algazel in primo methaphysicæ suæ quod potest fieri naturaliter, cuius veritas dicitur in sequentibus. Ars verò quæ vtitur verbo vocatur incantatio, de qua Psalm. Aspidis surda, quæ non exaudiet vocem incantantium vt venefici incantantis sapienter. De incantatione loquitur August. & habetur in decreto 26. q. 5. nec mitum, quidam magi nullo veneno, sed sola violentia carminum insciunt hominem. Plinius & Lucanus expressè loquuntur. Ars verò vtens scripto vocatur breuiaria, quando breue scriptum ponitur in collo mulieris vel inter mamillas mulieris, vel alibi super hominem, ex quo sopitur homo per longum tempus, vt euigilari non possit, nisi breue immoueatur, & aliquotiens dum nudus homo tangitur tali breui, non potest ille mori donec breue comburatur. Ars vtens nodo vocatur ligatura, & est modus alicuius ligationis impediens profectum eius contra quem fit, & vbi ligatus nodus ponitur in aliqua domo nihil in ea venit ad profectum, sed omnia decreseunt & consumuntur: per modum etiam filii vel cordulæ trahunt mulieres ad amorem alicuius cui obediunt ad venereos actus, vnde Lucanus in 6.

*Traxerunt forti magici vertigine fili.*

Ars verò vtens veneno non ad intoxicationem sed mutationem essigiei humanæ vocatur veneficium, de qua loquitur August. 18. de ciuit. Dei, vbi introduxit eos qui transformati fuerunt in lupos, in volucres, & in equos, de quibus dictum est supra. In arte verò vtenti sacrificio expressius apparet cultus demonum de quo loquitur August. de ciuit. lib. supra dicto, vbi ponit quod apud Archades, ij qui comedebant de sacrificio liehei mutati sunt in lupos. Ars verò vtens caractere vocatur caracteria: sicut cum aliqui malefici proficiunt plumbum liquidum in aquam frigidam, & iudicant & faciunt sua maleficia ex inspectione figuræ quæ resultat in plumbo, vel etiam ex impressione quorundam characterum qui quandoque apparent in lebetibus vel patellis æreis de quibus loquitur Greg. Turonen. in suis chronicis. Ars verò vtens imagine vocatur imaginaria, quando ad similitudinem alicuius fit imago de cera vel de lapide, siue de metallo aliquo: deinde baptizatur & imponitur ei nomen alicuius cui vult maleficus aliquis nocere: & ista imagine vtuntur hodie multi

multi malefici contra eos quos odio habent. Alij habent mandragoras figuratas ad modum vini, & quandoque mulieris, & eas tenent, quasi si reliquiæ sanctorum essent in loco honesto, superstitiosè vtuntur illis, ex quo multifariè decipiuntur à dæmone & sperant arte sua diuites fieri, & pauperes efficiuntur, & miserabili sine sua tempora claudunt.

Sed vnde procedat figura mandragoræ similis humanæ figuræ dubitant quidam, ad quorum dubitationem soluendam sciendum, quod sicut dicitur in libro qui dicitur circa instans. Mandragora est herba ferens poma limonibus similia, radix eius grossa est, & in terra profundè affixa, certo tempore cum vanga eradicatur & adaptatur ad conformem figuram viri vel mulieris per omnia membra etiam genitalia, & cum subtili ferro eriguntur tenues portiones quasi pili à capite, superciliis, palpebris, affelis & pudibundis, & iterum radix sic figurata plantatur in terra, quæ cum fertili, corticem tenuem per totum sui producit: & tunc euellitur à terra, purgatur & abluitur & ad fascinandum reseruatur in arca: & sic mandragora artificialis est non naturalis, quantum saltem ad figuram.

Ars verò vtens phantasmate & similitudine rei, vocatur præstigiū, vbi dæmon aspectui, auditui vel sensui interiori se ingerit ad futura reuelanda, & ille qui hoc vtitur, præstigiolus vocatur. Et ad istam speciem maleficij omnes aliæ nouem reducentur: idcirco communi nomine maleficium nominatur & vtentes communi vocabulo malefici dicuntur: eo quod ad maleficiendum diabolus eos per illas artes inducit. Si verò ars sit ordinata ad scientiã hoc fit dupliciter: vel quia talis petit scientiam à dæmonibus mediatè vel immediatè: si immediatè hoc potest fieri septem modis: quatuor manifestis & tribus occultis. Si manifestis: aut per disciplinam, & sic vocatur ars notoria, quæ ordinator ad sciendum omnes scientias per quædam signa & figuras, quæ ad hoc vim vel efficaciam ex se non habuit sed à dæmone. Aliquando queritur scientia per cultum & vocatur ariola: & inde dicuntur arioli. Vnde ariola est cultus idolorum, & arioli idolorum cultores dicuntur, & ista ars fuit prima & maior omnium: tales querunt responsa à dæmonibus, quod antiquitus fieri consuetum est per idolatriã, cuius inuentor dicitur fuisse Nemroth in secunda græte qui cogebat homines adorare ignem. Alij dicunt quod Ninus qui imaginem patris sui Beli fecit adorari, vt Ysidorus dicit quod apud Græcos primus idololatra fuit Prometeus, qui simulacrum hominis de luto finxit: Iudæi tamen dicunt quod Ismael primum simulacrum de luto composuit, & cessauit

Mandra-  
gora.

Præstigiū.

Scientiã à  
dæmoni-  
bus.

Ars noto-  
ria.

Ariola.

## § 2 . FLAGELLI MALEFICORVM

**Negromā-** idolatria pro maiori parte in 6. xrate. Aliquando totalis scientia habetur per pactum, & tunc dicitur negromancia à *νεκρός* quod est mors, & *μαντεία* quod est diuinitio, quia fit per pactum cum dæmone, obligando animam ad mortem, in cuius signum habent sanguinem mortui quando volunt operari, & idèò principiu illius artis est, & incipit mors animæ: aliquando fit per coniunctam quando dæmon est familiaris alicui quem tamen non possidet: & ista ars dicitur phitonica, à qua dicta est mulier phitonissa de qua habetur. *1. Regum 27 c. 9.* videtur suscitasse Samuelem: vtrum autem verè fuerit suscitatus vel fuerit spiritus malignus, Dei iudicio relinquatur. Si autem peccatur scientia à dæmonibus occultè, hoc potest fieri tripliciter: vno modo per instinctum vigilando, & sic vocatur diuinitio, alio modo per instinctum somniando, & sic vocatur somnium: alio modo per instinctum in rapto, & sic contingit in energumenis & lunaticis, qui rapiuntur & addiscunt multa à diabolo, & sic sunt .6. species, 9. ordinatæ ad efficienciam vel efficaciam, & septem ad scientiam. Aliquando autem mediatè operatur hæc ars, & hoc tripliciter, quia vel talia signa sunt naturalia, vel artificialia, vel casualia: si naturalia hoc contingit quinque modis secundum quinque scientias fundatas super quinque signa. Quarum prima dicitur *Mathesis*, de qua dicitur,

*Scire facit mathesis, sed diuinare mathesis.*

Et per hanc artem quis diuinationes facit in astris, & est ars vocata astrimantia, à qua dicuntur astrimantici, & apud aliquos dicuntur geomantici, & sunt diuinatores de vita hominum & de natiuitate: & alio nomine dicuntur fatidici, hi enim coniunctionem querunt per astra alio modo quàm per signa naturalia quod de te non esset malum, immò est scientia utilis multum benè iudicantibus, vt Albertus ait lib. de mineralibus, sed illæ scientiæ quæ de astris habentur malas superstitiones adiciunt, quod est diuina lege prohibitum. Secunda est horispicium vel horostopium, hoc est inspectio horarum, non quod tales respiciant horam natiuitatis sed horam & punctum negotiorum suorum: puta quando volunt ire ad mercationes vel peregrinationes vel transire mare. Sed tertia est chiromantia quæ est diuinitio facta in manibus secundum lineationem & dispositionem manuum, & iste tertius modus apud multos adhuc viger. Quarta est ornimantia quæ est diuinitio facta in cantu gallinarum, ornix enim Græcè, est gallina latinè. Quinta est armonantia, & est diuinitio in armo vel spatula bestiarum, & ista maximè vruntur homines

bellicosi, vt Geraldus Odonis ait. Sed signa artificialia sunt alia quinque, scilicet diuinitio facta in terra quæ vocatur geomantia, quæ est quando per figuras factas in terra fit diuinitio. In aquam idromantia, In aère aerimantia, In igne piromantia: si in alia re fiat diuinitio vocatur sortilegium, quod apud vulgares est nomen commune, sicut maleficium. Sed signa casualia sunt scilicet auspiciu quod est diuinitio in volatu auium, augurium diuinitio ex garritu auium, de hoc augurio audiui tempore quo armigeræ gentes de villa ad villam discurrebant in Francia loquentem quendam & dicentem, quod sæpè contingebat aues quas picas vocamus præcedere & pronunciare aduentum gentium armorum in villis ad quas erant gentes illæ venturæ, ex quo incolæ villæ vtensilia à domibus ad fortalicia asportabant, ne à prædonibus caperentur. Vidi ego in Bituria in villa quam Glolis superiores vocant, picam garrientem modo disfluero feriendo terram, & trahendo caudam super humum per saltus incompósitos, ex cuius aspectu dixit quidam quod illo die gentes armorum venturæ essent ad villam, cuius dicta ego cum pluribus aliis despeximus, tamen circa finem illius diei insperatæ armigeræ gentes ad prædictam villam venerunt, quæ damna multa pluribus intulerunt. Vtrum aues ille à bono spiritu ductæ aduentum prædantium armigerorum vt caueret populus annuntiarent, vel maligni spiritus in deceptionem simplicium aues illas impellerent ad sic garrendum sapientium iudicio præsentem remitto, sed veraciter narro quæ vidi. Alia est scientia de occurso hominum siue bestiarum qui proprium nomen habere non inuenitur. Alia est scientia quæ dicitur oraculum, quod fit in verbo, quando scilicet aliquis audit aliquod verbum quod interpretatur ad aliud, ad quod ex intentione dicentis non fuit prolatum, siue ad bonum, siue ad malum. Quod aliquis ex verbo aliquo nititur diuinando prænunciare & hoc prænunciatum dicitur omen, & de istis superstitionibus dicitur ab August. in *2. doctrina christiana*, quod ad pacta cum dæmonibus inira, pertinent millia obseruationum generata. puta si membrum aliquod infilierit, si cunctis ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius interuenerit, limen calcare, cum antè domum suam aliquis transit, redire ad lectum, si quis dum se calciat sternutauerit, redire ad domum, si procidens offenderit, cum vestis à foricibus roditur plus timere superstitione mali futuri quàm præsens damnum doleret omnium istorum & plurium aliorum, diabolus inuentor fuit, & sic patent triginta modi magicæ artis, quos ex

Geomācia  
Idromācia  
Aerimācia  
Piromācia  
Sortilegiū  
Auspiciū.  
Auguriū  
de pica.

De Occur-  
sū Græ-  
culum.

Diabolus  
inuentor 30  
modorum  
magicæ  
artis.



CAPVT XIII.

*Vnde magica artes vim & potestatem habeant.*

Artes Ma-  
gicae à na-  
turalibus  
causis pro-  
cedunt.

Nunc restat videre verum effectus modorum magicæ ar-  
tis vim & efficaciam à natura àstrorum, vel rerum qui-  
bus vtuntur magici, siue à dæmonibus accipiant. Et primo  
videndum est de opinione Arabum Philosophorum: secundo  
de opinione sanctorum doctorum Catholicorum, Auicennæ,  
Algazelis, Alpharabij & multorum Arabum philosophorum  
fuit, quod prædictæ artes magicæ efficaciam habent non à dæ-  
monibus sed à naturalibus causis & hoc introducit Algazel. s.  
Metaphysicæ suæ, ubi dicit quod artes magicæ causas habent  
naturales, ex quibus vera scientia magica scientiæ nomen  
habet. Ultra dicit quod possibile est per naturam facere mi-  
racula, quia anima humana potest mutare materiam per se &  
transmutare Yle mundi, hoc est materiam elementorum. Et  
hoc ipse probat tripliciter. Primo sic; quæcunque sunt causæ  
eiusdem rationis, anima calæ & anima hominis, sunt eiusdem  
rationis quantum ad substantiam, quia vtrobique est appella-  
tiua, motiua, & intellectiua, & anima calæ agit in Yle mundi  
materiam elementorum, calefaciendo, frigefaciendo & multi-  
pliciter transmutando, ergo anima humana potest eadem ra-  
tione Yle mundi multipliciter transmutare.

Yle quid  
sit.

Secundo arguit sic; anima humana potest mutare corpus  
proprium, ergo & alienum: conclusio probatur, quia anima  
alterat corpus, quia ipsum informat, vel quia ipsum mouet,  
non quia ipsum informat, quia informare non largitur possi-  
bilitatē alterandi, sed largitur corpori suo transmutationem,  
ergo quia mouet. Item sequeretur quod nihil possint trans-  
mutare corpus alienum, vel agere in ipsum, quod tamen est  
falsum: quia si corpus potest agere in animam, multo magis  
anima in corpus, sed corpus agit in animam, quia anima mu-  
tatur per diuersas affectiones gaudij vel doloris secundum  
præsentiam multorum corporum, sicut corpus filij mouet  
animam matris ad affectionem, ergo multo fortius anima  
mouet corpus.

Corpus a-  
git in ani-  
mam & e  
contra.

Tertio arguitur sic, non plus potest oculus animalis in  
corpus alterius animalis quam tota anima, sed oculus ani-  
malis inficit corpus animalis, scilicet, hominis vel cameli,

vt intuitus hominis malitiosi prospicit hominem in foueam  
& camelum, quod à multis conceditur, & in pluribus locis  
hoc idem legitur: ergo anima agit in Yle mundi, & confirma-  
tur sententia Algazelis, quod oculus mulieris menstruosa  
inficit speculum, & oculus reguli inficit hominem, & sic vi-  
detur quod fascinatio quæ est vna magicarum artium est à  
causa naturali. Et idem probatur de incantatione sic. Nullum  
animal brutum potest præuidere virtutem incantationis pro-  
ut est virtus substantiæ separatae, scilicet, Angeli, vel dæmo-  
nis, sed serpens præuidet virtutem incantatorum, vt patet in  
psalmo, ergo virtus non est à substantia separata: probatur  
maior, quia nihil cadit in estimationem animalis, nisi quod  
cadit in proprio sensu: minor probatur: quia serpens ante  
effectum incantationis præsentit vim incantatoris: ergo in-  
cantatio quæ est ars magica, habet efficaciam à causa naturali.

Oculus  
mulieris  
menstruo-  
sa inficit  
speculum  
& hæc fiunt  
à causa na-  
turali.

De anima rationali alias rationes adducunt, dicentes quod  
anima rationalis potest auerti à phantasmatis & coniungi  
substantiis separatis, & ab illis accipere cognitionem secun-  
dum exigentiam suæ dispositionis, & cum dicit Philosophus.  
3. de Anima, quod necesse est quemcunque intelligentem  
phantasmata speculari: dicitur quod verum est de communi  
lege, sub qua non clauditur iste modus, & fit iste ascensus  
animæ dictus ex triplici causa, scilicet ex seruenti studio, ex  
magna quiete somnij, & ex acri vexatione morbi: potest enim  
aliquis habere vt dicunt, tam fortem animam quod vehe-  
menter studendo de substantiis separatis traheretur supra  
phantasmata, & tunc contemplantur absque phantasmatis.  
Item ex quiete somnij potest tantum homo quietari à sensi-  
bilibus exterioribus, quod quietabitur etiam à sensibilibus  
interioribus, sic quod phantasmata non mouebunt intelle-  
ctum, & tunc speculatur anima non conuertendo se ad phan-  
tasmata. Item ex acri vexatione morbi contingit quod phan-  
tasmata inferunt dolorem & tristitiam, & tunc anima conuertit  
se ad spiritualia, dicendo à phantasmatis, & intelligit  
sine ipsis.

Necesse  
est quæcun-  
que intel-  
ligentem  
phantas-  
mata spe-  
culari.  
Ascensus  
animæ ex  
triplici  
causa.

Causa autem omnium istorum generalis est, quia omnis  
effectus potest naturaliter tolli & vinci, ergo & effectus eius,  
qui est eligere mediante phantasmate: minor patet, quia cau-  
sa cognitionis ad phantasmata, est dilectio animæ ad corpus,  
sed illa dilectio est finita in certo gradu, ultra quem potest  
fieri alia dilectio: ergo si anima inflammetur per dilectionem  
ab aliquo speculabili, tantum poterit inflammari & studere  
circa illud, quod huiusmodi dilectio vincet dilectionem natu-  
ralem

Omnis ef-  
fectus po-  
tест natu-  
raliter tol-  
li & vinci.

turaleni, & sapiet eam quam habet anima ad corpus per somnum, etiam quia ubi sensus interiores & exteriores sunt ligati, phantasma non mouet intellectum, & tunc potest se animam auertere à phantasmatis, & conuerrere se ad spiritalia. Aliquando contingit idem ex nimio dolore, quando corpus infirmatur grauissima infirmitate & magnis doloribus, quia tunc vincitur dilectio naturalis, & odio superueniente aueritur anima dilectione corporis & à speculatione phantasmatum, & potest anima sine phantasmate speculari. Sed quod anima sic auersa coniugatur substantiis separatis, patet, quia sicut se habet visus ad visibilia, sic intellectus ad intelligibilia. Sed visus non prohibitus videt actu omnia visibilia: ergo intellectus non impeditus & auersus à phantasmatis intelligit omnia intelligibilia: sed substantiis separatis sunt intelligibiles, ergo eas intelligit intellectus. Sed quod anima accipiat scientiam à substantiis separatis secundum exigentiam suae dispositionis viderur, quia sicut se habet terra ad influxum caelestem, sic anima se habet ad caelum substantiarum separatarum: sed terra secundum exigentiam suae dispositionis recipit influentiam caelestem, vt germinet herbam vel arborem, & similia: ergo anima separata à phantasmatis & coniuncta substantiis separatis potest suscipere de scientiis illarum secundum dispositionem suam.

Anima accipit scientiam à substantiis separatis.

De somno in quo quandoque anima scientiam intelligit.

Hæc autem dispositio est duplex, vna secundum, intellectum, scilicet, si anima fortiter est imaginata de aliqua re, tunc scientia recipit à substantiis separatis de illa re, quia disposita erat ad illam: sed si sunt disposita per affectum ad aliquid ad quod vehementer afficitur de illa, recipiet scientiam à substantiis separatis, & per hæc dicunt quod aliquoties in somno vider homo somnando aliquam subtilem vel difficilem materiam, clarè eam intelligit, quam vigilando intelligere non potuit. Recordatur etiam anima quandoque huiusmodi scientiæ vel rerum acceptarum in somno vel egritudine: quoniam dum redit anima ad sensus, imprimat de scientiis vel rebus, characteres in phantasmatis, vel in ipsa phantasia, sicut anima prophetae secundum istos imprimat iuxta suam dispositionem in phantasia illud quod accepit in somno vel alias, & sic format imagines corporales similes rebus presentatis intellectui, vel phantasiæ quantum potest: quod contingit dupliciter, quia aut phantasia est multum fortis & anima debilis, vel è conuerso: si phantasia sit multum fortis, & anima debilis, statim phantasia remouet illas imagines & imprimat alias & mutat species in species, & homines in arbores, vel lapidem

lapidem in equum, & talia huiusmodi, sicut apparet in somniantibus, ubi species inordinatè veniunt, & sic modò somniat homo de boue, qui si prius bos appareat, aliquando postea in eodem somnio esse apparet alinus, & sic de aliis sicut phantasmata inordinatè de rebus diuersis presentantur phantasiæ. Si autem anima sit multum fortis, & phantasia debilis, retinet tunc illas imagines, & sic tales qui sic retinent imagines habent gratiam interpretandi, & sunt veri prophetae, quam si non habent, egent alio interpretante, sicut patuit de Pharaone & Ioseph in Ægypto, & cum aliquibus istorum in aliqua opinione eorum videretur quodammodo August. concordari, qui dicit. 12. *super Genesim ad litteram*: anima auerti à corporibus & phantasmatis, & sic auersa intelligit iuxta modum substantiæ separatae, & de hoc ponit exemplum, quod in ciuitate de qua ipse erat, narratur euenisse, ubi quidam iuuenis passus fuit dolorem in genitalibus vsque ad mortem: & quod fuit visus mortuus à circumstantibus, quia non erat ei vox neque sensus sine motus, mitigato autem dolore & anima ad corpus conuersa primum verbum quod locutus est dicit circumstantibus talis iuuenis mortuus est, & portatus ad sepulcrum, & illi qui portant eum sunt modo in tali quadrimio: circumstantes autem ignorantes de morte illius iuuenis, & mirantes vnde ille quem credebant quasi mortuum scire quæ dicebat de mortuo iuvene, miserunt famulum ad comperendum vtrum sic esset: & comperita veritate mirati sunt quam plurimum per quem modum iste iuuenis scire potuit illa propter quod visum est aliquibus quod habuit modum intelligendi substantiarum separatarum.

Anima cuiusdam habuit modum intelligendi substantiis separatis.

Verum quia ista à maiori parte doctorum Theologiæ reputantur impossibilia, omissis rationibus illorum eorum causa breuitatis standum est & firmiter permanendum cum opinione sanctorum, scilicet Hilarij, Augustini, Ambrosij, Anselmi, sancti Thomæ, & aliorum doctorum Catholice legis, standum est etiam sententiæ sacrorum canonum, dicentium cum predictis doctoribus catholicis artes magicas à dæmonibus efficaciam & vim accipere, ex quo est, vt per artes magicas omnia mala de quibus dictum est, & multa alia malefici, Deo permittente, procurent.

Opinio vera de artibus magicis.

## CAPVT XIII.

## •Remedio contra maleficia.

DE remediis contra maleficia, præsupponendo quæ de eis dicta sunt superius, est menti tenendum, quod diabolus

Diabolus in quibus nullam habet efficaciam.

non

non potest habere efficaciam artis magicæ, nisi supra hominem minus de Deo confidentem. Item nihil potest super hominem diabolicis figmentis non credentem. Primum ponit August. & habetur in decreto 25. quart. 5. c. nec mirum. Secundum probatur sic: non plus sunt operatiua nec maioris efficaciam figmenta diabolica quam sacramenta Christi, sed sacramenta Christi non operantur aliud vt habeant efficaciam aliquam, nisi in virtute fidei: ergo nec execrationes diabolicæ: & huius veritatis signum est, quoniam ante aduentum Christi multi erant obsessi à dæmonibus, & nocturni lemures & phantasmata plura apparebant, quæ nunc revelata fide & malicia dæmonum agnita, ita assidue non apparent: quoniam ex fidei virtute & charitate ad Christum, tales delusiones vt plurimum propulsatæ sunt: ita quod si apud aliquos appareant, ibi error vel defectus fidei inuenitur: nam apud illos diabolicæ execrationes efficaciam habent qui credunt vel adherent talibus execratis machinationibus diabolicis, vel dubitant & formidant in articulo fidei, vel experiri nequiter volunt, vel ex quadam admiratione seu curiositate volunt hæc maleficia tentare, siue videre, vel facientibus assistere: quæ omnia sunt periculosa in fide: Viter ergo hæc prædicta, & firmetur in fide Christi quilibet bonus homo Christianus, abrenunciet satanæ & omnibus operibus eius, sicut in baptismo professus est, & maleficiorum versutias non timebit: notandum quod hæc fides de Domino Deo, est mutus inexpugnabilis aduersus dæmones & maleficos eius.

Albertus tamen in lib. de animalibus contra fascino-  
 animi tradit remedia naturalia, per quæ vt ipse asserit faci-  
 nati fascinoes excutiunt, quæ cuiusque placeant, mihi  
 autem non placent: sed cum consilio decreti. 33. quæst. prima  
 capitulo si quis per Sorcierias arbitror in talibus ad auxiliū Dei  
 recurrēdū per orationes, elemosinas, per ieiunia & per con-  
 fessionem à peccatis quoniam sic poterit auxiliante Deo libe-  
 rari. Credendum enim est, quod ea quæ per substantias spiri-  
 tuales fiunt, per virtutem nature dissolui non possunt, quia  
 maior est potestas dæmonū quam corporum animalium, non  
 enim est potestas sub celo comparabilis potestati dæmonum,  
 vt scribitur Job. 41. Potest tamen dissolui maleficium factum  
 dæmone procurante per alium maleficum qui arte dæmonis  
 ordinis superioris vitur, vel per bonum angelum, & per  
 exorcismos Ecclesiæ, qui ex virtute passionis Christi effica-  
 ciam habent.

Posses etiam maleficium destrui quod factum est aliquibus  
 corporali

corporalibus rebus adhibitis, sine quibus non fieret res illas  
 dissipando: sicut aliquis redditur impotens ad actus nobiles  
 per maleficium excitatum medianibus acubus inter se forami-  
 ne & cuspide copulatis, quæ dum disfunguntur tollitur  
 maleficium, & ex affixo clauo in ligno fugantur aues, quo  
 euulso tollitur maleficium & aues fugatæ reuertuntur, & sic  
 de multis aliis maleficiis quæ isto modo destruantur. Sed  
 quod maleficium factum à dæmone per vim nature, vt qui-  
 dam asserunt destruat, videtur irrationabiliter dictum,  
 quamuis aliqui ex eis quæ Thobia seruo scribuntur, vbi dicitur  
 quod pars iecoris accepti à pisce carbonibus supposita su-  
 mum fecit, qui omne genus dæmoniorum extricauit, hoc  
 idem affirmare videantur.

Item volunt alstruere, quod dæmones in pœnam sui pec-  
 cati subiiciuntur rebus corporalibus, ex quo est quod per ali-  
 quas res corporales maleficia diaboli ex naturali virtute ca-  
 rum destruantur. Verbi gratia dicunt quod homo maleficia-  
 tus & impotens ad actus coniugales, si cum oleribus Iouis  
 barbam comederit, omne maleficiū tollitur ab eo, & erit po-  
 tens ad suam mulierem, quamuis Iouis barba quia frigida in  
 tertio gradu ad actus muliebres magis quàm utilis videtur esse  
 nociua. Asserunt etiam quod fel canis nigri applicatum cui-  
 libet maleficiato tollit maleficium. Alij cum bucella panis  
 intincta in sanguine tracto à digito eius qui maleficiatus est,  
 & comesta ab eo, tollit, vt dicunt, maleficium. Alij oleo per-  
 fundi dicunt debere maleficiatum vt sanetur. Dicunt quidam  
 quod per lociuam tollitur omne maleficium. Multi alia multa  
 asserunt vitia ad tollendum maleficia, sed quia in decretis  
 33. q. prima docetur super talibus maleficiis ad Deum habere  
 recursum: nec est aliquis doctor famosus qui ista prædicta  
 remedia probet. Verisimile mihi videtur prædicta remedia  
 quæ dicta sunt supersticiosa vana & vitanda esse tanquam ma-  
 leficia, cum dæmon per vnum maleficium destruat reliquum,  
 quorum vtrunque est damnabile, & talibus remediis ad alia  
 maleficia vti est vulnus vulneri iungere, & venenum veneno  
 expelli tentare, & maleficium per maleficium dissoluere, &  
 qui hoc facit, Decidit in scyllam cupiens vitare caribdim. Nec  
 est idem vel simile de fumo iecoris, quoniam vt solemnes do-  
 ctiores dicunt in illo passu, Angelus Raphaël dæmonem expul-  
 lit ad partes superioris Ægypti, quod fumus non fecit, sed  
 combustio iecoris aliquem sensum mysticum potuit designa-  
 re in quo instruendus erat Thobias, vt doctores ibidem ex-  
 ponunt: Narrat Turpinus in cronica de bello Caroli Magni  
 apud

De fumo  
 iecoris.

Maleficia-  
 tus ad ac-  
 tus coniu-  
 gales libe-  
 retur.

In malefi-  
 ciis recur-  
 sus ad  
 Deum.

Castra de-  
 monum.  
 apud

Quare an-  
 te aduen-  
 tum Chri-  
 sti multi  
 erant obse-  
 si à dæmo-  
 nibus.

Contra fi-  
 scinatio-  
 nes auu.

De pote-  
 state dæ-  
 monum.

apud Hispanos, quod Carolus Magnus aliqua castra reperit in Hispania vbi tanta erat multitudo dæmonum, quod ad ea exercitus Caroli nullo modo potuit accedere, & sic imperuasa remanierunt. Leguntur etiam aliqui thesauri absconditi in terra, quorum custodes sunt dæmones, qui perhibent ne ab aliquo deportentur, legitur de campo Marciano apud Romanos: & ista sic fatata nulla re naturali dissolui possunt. Ad Christum igitur & ad beatam virginem, & ad sanctos, & ad preces & exorcismos Ecclesie in talibus maleficiis cum sinceritate fidei recursum habeamus: aperte enim Iesus Saluator noster, qui diabolum vicit in cruce, nos super omnia maleficia faciet esse victores. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt per omnia secula Deus benedictus, Amen.

Dæmones  
sunt custo-  
des the-  
saurorum  
in terra  
abscondi-  
torum.

## CAPVT XV.

*De somnis & visionibus,*

Causa so-  
niorū in-  
teriores.

Sed sæpius contingit, vt aliqui per somnia de rebus futuris quarant cognitionem, pro quo ne deceptio illis contingat aliquid de somniis dicendū restat. Sunt enim somniorum causa: quandoque interiores, quandoque verò exteriores: Interiores verò duplices, quædam sunt per modum quasi habitus, quando scilicet affectio est inclinata ad aliquid dum homo vigilat, & tunc phantasia negotiatur, quandoque circa illud in dormiendo, & ista causa non est causa per se euentus somniorum, sed si prouisus euentus in somno in tali causa eueniat per accidens se habet ad illam. Aliquando est causa interior se tenens ex parte corporis: nam ex interiori dispositione corporis formatur motus in phantasia correspondens tali dispositioni. Sicut homini qui habet frigidos humores in capite occurrit in somniis quod sit in aqua vel in riue: & propter hoc Medici dicunt intendendum esse somniis ad cognoscendum interiores dispositiones. Legitur de quodam qui somniabat quod pix liquefacta fundebatur in ore eius, & cum euigilatus est, reperit se profusum colera nigra, quam per os euomuerat & illa erat causa somnij eius. Causa verò extrinseca somniorum duplex est, quædam est corporalis, alia spiritualis, corporalis in quantum imaginatio dormientis immutatur ab aëre continenti, vel ab impressione cælestis corporis, & sic apparent dormienti aliquotiens quædam phantasmata conformia vel dispositioni aëris secundum quod calidus est, succus, frigidus vel humidus, vel dispositioni cælesti,

eui inferiora corpora subiiciuntur. Quod autem homo in somniis terribilia phantasmata videat, plurimum contingit ex mala complexione somniantis, vel ex horrido fumo grossi cibi, sicut sunt fabæ, vel olea & cinis melancholici. Spiritualis quidem causa quandoque est à Deo qui ministerio angelorum aliqua hominibus reuelat in somniis secundum illud. *Numeri.* 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Quandoque verò ex operatione dæmonum aliqua phantasia dormientibus apparent, sicut legitur de vxore Pilati, ex quibus futura reue auit, his cum eis habent peccata illicita. Sic ergo dicendum, quod si quis utatur somniis ad præcognoscendum futura secundum quæ somnia procedunt ex reuelatione diuina vel ex causa naturali intrinseca, siue extrinseca, quantum potest se virtus talis extendere, non erit illicita diuinatio. Si verò huiusmodi diuinatio causetur ex reuelatione dæmonum cum quibus pacta habentur expressa, quando ad hæc reuocantur: vel tacita, quando huiusmodi diuinatio extenditur ad quæ se non potest extendere, erit illicita diuinatio & superstitiosa, & per Ecclesiam reprobata.

Cur homo  
in somniis  
terribilia  
videat.

Diuinatio  
per somnia  
licita vel  
illicita.

Dubitarum est apud me super somnatione, quoniam scio in vrbe Pictauesi familiarem mihi probam mulierem deuotam, de fide per omnia rectè credentem, quæ pluries somniauit quod dentes ab ore excidebant: cito post aliquis amicorum eius discedebat ab hoc mundo. Vice quadam postquam de calu dentium somniauit, cum iuuenis quidam cognatus eius æger decumberet in lecto, dixit, morietur iste iuuenis, nec euadet, quod ita euenit sicut dixit. Nocte quadam labenti post tempore, per somnium visum illi fuit quod magna pars dentium anteriorum ab ore eius euulsa ceciderat & in crastino mane nunciatum est illi quod maritus eius graui morbo repente peruasus esset: ex quo cogitauit somnium, memorando quod ille infirmitate absque humano remedio mortuus esset, & sicut excogitauit, sic est mors subsequuta mariti. Cum igitur plures sapientes dicant quod somnium de calu dentium mortem significat amicorum, iustam & seriofum esse videtur, vt quæ sit causa talium somniorum, requiratur: ad quod in promptu nõ est responso à me requirenda, quandoque latens est apud me huiusmodi somniorum causa. Saluo tamen sapientum iudicio probabiliter tenendū videtur, quod si huiusmodi somniorum finis vel circumstantia euentus utilis: & catholica eueniat, à Deo tale somnium euenire, quod de prædicta muliere euenisse videtur, quoniam agnita infirmitate mariti

Somnium  
de calu-  
dentium  
quid signi-  
ficet.

Causa ex-  
terior.

mariti sollicitè confessorum mandauit, & de cōfessione maritum admonuit, & suę domui prudenter consuluit, & somnium à Deo gratias agendo æstimabat humiliter esse. Si verò finis talium somniorum superstitiosus sit, vel ei aliquid annexum quod in malum vergat exemplum, vel per hoc ille qui somniat in errorem mentis vel elationem veniat, vel aliàs circumstantia aliqua vitiosa proueniat, quia finis vt Ambros. ait nomen imponit, à malo spiritu videtur tale somniū processisse.

Prudentia  
circa som-  
nia.

Prudenter tamen & cautè homo se debet habere circa talia somnia, nec nimis insistere debet, quia cum à bono vel à malo spiritu procedere possint, discernere à quo procedant à Deo est, non ab homine. Vnde magister Io. Iarsonis Cancellarius Parisien. in nostra Domina, in tractatu quem fecit de veris reuelationibus, dicit quod non est humanus regula generalis, vel ars dabilis, ad discernendum semper & infalibiliter quæ verę sunt, & quæ falsę aut illusorię sunt reuelationes. Tunc enim de prophetiis non haberetur fides, sed euidentię certitudo. Tenendum est igitur medium cum Apostolo Ioanne, vt nō credamus omni spiritui, sed probemus spiritus si ex Deo sunt, & quod bonum est teneamus. Sunt enim aliqui qui per superbiam, curiositatem, & vanam laudem, atq; præsumptionem sanctitatis cupidi sunt sic habere reuelationes insolitas, & ij se dignos reputant habere reuelationes & gloriabundi delectantur in talibus: tales reuera merentur illudi à dæmonibus, quia humilitatem non habent in animo, quæ est saluberrimum consiliū contra illusiones dæmonis: ille igitur cui tales reuelationes fiunt, redeat ad humilitatem, timeat ne propter enormitatem peccatorum suorum detur in reprobum sensum, reputer se indignum vltra alios reuelationes habere, & nihil plus ceteris habere meriti apud Deū: tunc si à diabolo sint ex huiusmodi humilitate, euanescent omnia talia machinamenta, vel si velit Deus quod talibus illusionibus exerceatur, non eum deiciet à suo sano proposito, dum tamen semper recurrat ad humilitatem. Si verò tales reuelationes à Deo sint per humilitatem, magis præparabitur locus ad susceptionem earum, vt mereatur ille qui ad humilitatem confugit audire: Amicè ascende superius, quia quanto in loco inferiori recumbit per humilitatem, tanto alicuius ascendere meretur per illustrationem diuinę reuelationis: & istam viam humilitatis in suis reuelationibus tenuerunt Moyses, Ieremias, Ioan. Baptista, & Apostolus Paulus: Debent etiam illi cui tales reuelationes offeruntur, consiliū quærere à viris prudentibus & doctis, quorum consiliū acquiescant absque per-

Humilitas  
est reme-  
diū contra  
reuelatio-  
nes som-  
niorum.

Cui reue-  
lationes  
fiunt, con-  
siliū qua-  
rere & se  
humiliet.

tinacitate, quoniam pertinacibus qui de se nimis sperant & ambulat in mirabilibus, supra se visum est quandoque, quod aiori videbantur Deum timere deuotione quàm ceteri, & colere: plus ieiunare, plus in essentia stare orationibus insistentes, elemosynas dare, nunquam turpia verba dicere, prædicationes cupidè auferre, & tamen quia in corde eorum non erat humilitas, suggerente diabolo superba & vana opinione ducebantur, vt crederent se digniores ceteris, & æstimarent ex meritis reuelationes sibi ostēdi debere à Domino, ex quo cum reuelationes quas à Deo prætendebant non obtinerent, impellente diabolo in desperationem auxilij diuini prolapsi: vt quidam maniaci dementes facti sint, quidam verò seipsos suspenderint, aut merferint in flumine, & miserabiliter finem vitæ terminauerint: humilitas igitur & donum consilij in talibus reuelationibus factis vel fieri speratis, maximè debent adhiberi: quatuor præterea conditiones aspiciendæ sunt ad hoc vt sciatur an reuelationes quæ aliquando offeruntur à bono angelo sint, siue malo.

Suggerēte  
diabolo  
credunt se  
digniores  
ceteris.

Prima conditio est, quod angelus, siue propheta, diuina inspiratione prophetans, aliquid futurum denunciat quod veraciter non eueniat in sensum, quem ipse vel Spiritus sanctus intendebat, sed reuelatio dæmonum semper fallax est, nam ipsi fallaces sunt, & falluntur, & accipitur hæc conditio in Deuter. 16. cum dicitur, si tacita cogitatione responderis quomodo possum intelligere verbum quod locutus est Dominus, & sequitur responsio: hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta ille prædixerit non euenit. hoc Dominus non locutus est, sed per timorem animi sui propheta confixit.

Quatuor  
conditio-  
nes in re-  
uelationi-  
bus.

Secunda conditio, si illud quod angelus vel propheta prædixit, nō eo modo quo vocaliter proferebatur eueniat prius, super hoc reuelationem à Spiritu sancto recipiet de prophetia aut reuelatione, quomodo sit intelligenda, vel conditionaliter vel mysticè, vel literaliter, & sic factum est in Iona prædicente destructionem Ninuitarum, & in Isaia prædicente mortem Ezechia, aliter debuisset secundum legem lapidari. Deuteron. 16. scriptam.

Tertia conditio nihil boni moribus aut fidei contrarium, sancti angeli aut sancti prophetae præcipiunt aut prædicant, non sic est de dæmonibus, quorum signa dicuntur signa mendacij, quia ad mendacium credendum inducant, & hæc conditio accipitur ex Deuteron. 16.

Quarta conditio est, quod reuelatio angelica, siue propheticæ

etica super aliquo, quod bonis moribus obuiaret, nisi diuina interueniret iussio, siue dispensatio quæ totaliter circumstantionata est, aut esse debet, quod de ea reuelatione accipiendi, eius pro quibus sit reuelatio, dubitare non liceat, & clarè cognoscatur huiusmodi reuelatio à Deo esse, quod donum discretionis facit: nam agit vt sapore quodam intimo & illuminatione quadam experimèntali, homo sentiat differentias inter reuelationes veras & illusiones diabolicas, & hoc beatus Bernardus dicit de seipso: sentiebat enim quodam interno afflatu quando ad faciendum miracula diuina virtus aderat:

De somnis & Christus in Euangelio dicit, dum sanata est mulier ex contactu fimbriæ vestimenti eius se fuisse, virtutem ex illo exiisse. Sic igitur de somniis non est leniter iudicandum, sed vtendum est discretione cum humilitate & consilio iustorum, & hæc de somniis pauca sufficiant.

## CAPVT XVI.

*De grauitate criminis maleficorum.*

SEquitur nunc videre de grauitate & magnitudine peccati, quod committunt malefici & fortilegi, qui dæmonis arte & versutia prædicta mala & plurima alia operantur. Vt sciantur quàm detestabilis & enormis sit eorum vita, & quantum fugienda sit eorum conuersatio & vitanda, consortia immo & periculosa eorum colloquia, quoniam pestiferè intoxicationes à dæmone intoxicante venenum contagiosum & longè latè enomunt, quo cæteri plures sauciati pereunt, qui ab illis abissum inuocat in voce cataractarum dæmonis. Et hæc primo ex dictis Bonauenturæ in 2. sentent. distinet. 33. in exponendo litteram, quæ ponit modos & qualitates quibus peccata aggrauantur. Et primò aggrauatur peccatum ex causalitate, & sic peccatū diaboli fuit graue, quia fuit causa omnium aliorum. Secundo dicitur grauari peccatum ratione generalitatis, sicut fuit peccatum Adæ, quod est generale omnibus successoribus. Tertio ratione enormitatis sicut peccatum Iudæ. Quarto ratione ingratitude, sicut est peccatum eius qui magna beneficia à Deo suscepit, quia qui ingratus est magis peccat. Quinto ratione maioris periculi sicut peccatum ignorantie. Sexto ratione maioris adhesionis & firmitatis, & sic est peccatum auaritiæ quod crescit in senibus, vbi alia diminuuntur: Septimo ratione maioris pronitatis vt luxuria. Octauo ratione importunitatis, sicut est superbia quæ oritur

Conuersatio maleficorum & fortilegi est vitanda.

S. Bonauentura exponit modos & qualitates quibus peccata aggrauantur.

CAPVT XVI. 65  
ex benefactis. Nono ratione impugnationis maioris, vt peccatum in Spiritum sanctum. Decimo ratione maioris facilitatis, vt peccatum Adæ & luxuria in senibus, quod facile potest vitari. Vndecimo ratione maioris offensæ, sicut idolatria. Duodecimo ratione maioris libidinis, & hæc grauitas potest reperiri in quolibet peccato, vnde habentur versus.

*Causa, genus, norma, gratiæque pericula firmant.*

*Pronus & importus impugnat eum facit offensam,*

*Atque libido facit maior peccata grauari.*

Prosequendo igitur per singula prædicta, grauissima probantur maleficorum & fortilegum peccata, illis applicando prædictas circumstantias aggrauantes. Possunt etiam maleficorum peccata multum graua demonstrari ex aliis causis, & primò ratione infidelitatis, quæ in maleficiis continetur, vel præsumitur contineri, per infidelitatem maximè homo elongatur, siue auertitur à Deo, & in auersione à Deo consistit peccatum formaliter: vbi est maxima auersio, ibi est maximum peccatum: patet ergo in maleficio maximum esse peccatum. Item tales malefici sabbata nocte celebrantes cum dæmonibus, sunt blasphemii diuini nominis & honoris, & sic blasphemia claudit in se infidelitatem, & addit supra infidelitatem detestationem prorumpentem in verba contumeliosa quod aggrauat peccatum infidelitatis.

Peccata maleficorum possunt graua demonstrari ex multis causis.

Item hoc idem ostenditur ex odio, quod malefici habent ad Deum, adherendo dæmonibus: odium verò causa est infidelitatis. Causa potior est suo effectu, idcirco odium est grauius infidelitate, & sic est maximum peccatum. Item malefici qui peccatum expressum habent cum dæmonibus, vt in pluribus, sunt idolatra, & sacrificium offerunt dæmonibus: idolatria præsupponit infidelitatem & maximam blasphemiam & odium, & adiicit exterius indebitum cultum, qui si sit sine interiori infidelitate, sic adhibita culpa falsitatis: & ex istis aggrauantur peccata maleficorum prædictorum. Potest etiam grauitas maleficorum aliunde pensari vt patet ex versibus.

Causa potior est suo effectu.

*Aggrauat ordo, locus, peccata, scientia, tempus.*

*Ætas, conditio, numerus, mora, propria causa.*

Horum vsuum singulæ rationes possunt iuxta qualitates suas peccatis maleficorum concorditer applicari, ex quibus apparet quod grauitas, ipsorum augetur.

Possunt etiam maleficia in suis peccatis censerī graua aliunde, & primò ratione obiecti, quia malefici à Deo recedentes, & diabolo adherentes à summo bono quantum in ipsis est, recedunt, & obiecto maximè malo adherent, & ex

Maleficia in suis peccatis possunt aliunde censerī graua,

R. obiecto

obiecto à quo recedunt, & cui adhaerent iudicatur peccatum maleficorum pessimum & grauissimum. Item peccatum eorum optimis virtutibus opponitur, scilicet, fidei, charitati, & castitiae, ergo est maximum: tenet consequentia per philosophum. 8. *Ethicorum*, dicentem, pessimum optimo contrarium est, & intelligitur ubi virtus victo opponitur directe & non secundum extensionem virtutis maiorem, quia tunc parua peccata magnis virtutibus opponuntur. Item grauissimum peccatum est, ubi voluntas ex intentione pessimi finis inclinatur ad peccandum, sic est in peccato maleficorum, ut saepe auditum est ex confessionibus eorum, est ergo grauissimum peccatum eorum. Item ex circumstantiis quae conciuentur in hoc versu.

*Quis, quid, ubi, quibus, auxilijs, cur, quomodo, quando.*

Si istae circumstantiae applicentur peccato maleficorum, multum videntur ipsum aggranare. Item aggranatur eorum peccatum ex nocimento intento atque prauiſo, & ex damno quod incurunt, ut frequenter prauiſo ab illis. Item in dignitate personarum in quas peccant, & quibus nocere cupiunt, nocere enim si possent Regi, Papae, Praelatis, & Iudicibus, si permissum esset illis. Item grauat peccatum eorum ex qualitate personarum peccantium, quae ut in plurimum sunt aetiquae gentes, in quibus est maius peccatum quam in ceteris, & adhuc maius, si sint Ecclesiastici viri, propter quod dicit Isidorus libro secundo de summo bono. *Tanto maius cognoscitur esse peccatum, quanto qui peccat maior habetur.*

Idcirco tales malefici ex termino vitae ab humanis iuribus censentur puniendi. *Exo. 22. Maleficos non patiaris vivere.* Item prohibentur magi & arioli. *Leuit. 19 & Deuterom 18.* Inbentur idolatrae, prophetae, diaboli, somniorum fictores, & tales huiusmodi, etiam si parentes & amici sint, irremediabiliter occidi. Si igitur in lege veteri tales morte plectebantur, quid de illis in lege Christi immaculata fieri debet: cum dicat Beda; Pudeat Ecclesiam quod pudeat synagogam, sapientis igitur iudicis Ecclesiae arbitrio relinquatur: quoniam sicut oculis nostris vidimus tales malefici, ubi per iusticiam non puniuntur, miserabili morte frequenter iusto Dei iudicio defunguntur, sicut etiam narrat Vincentius in *speculo historiali* libro 26. cap. 27. de muliere malefica in Anglia & in villa dicta Berthelia, quae habebat cornicem crocitantem, ex cuius garritu auguriata est sibi mortem imminere, & statim ut post mortem canatis lapidibus corpus eius clauderetur, lapidibus dico ligatis tribus cathenis ferreis, quibus ruptis à demonibus

Malefici iuribus omnibus sunt puniendi.

Historia horrenda de muliere.

tertia nocte ablatum est, & deportatum per aëra cum magnis clamoribus, quasi per quatuor miliaria nec ultra comparuit.

## CAPVT XVII.

*Ad argumenta superius initio capituli tertijs facta responsiones.*

**R**estat nunc ad decreta superius allegata respondere, quae maleficorum signa nihil esse in re extra, sed tantum intra dicere videntur. Et primo ad illud quod habetur 26. q. 5. *Episcopi*, ad quod dicendum, quod decretum illud insertum est à Graciano in suo libro, & acceptum ex consilio Acquinensi. sive Acquiritano, quod Vitalis Antiochanus Episcopus celebravit cum quibusdam paucis Ecclesiasticis viris, quod etiam praecessit quatuor magna consilia, ex quibus constat quod non fuit tantae auctoritatis sicut unum quatuor praedictorum consiliorum, quae auctoritate Summi Pontificis fuerunt roborata, vel sicut statuta summorum Pontificum vel sanctorum dicta Doctorum.

Idcirco quaedam capitula decreti dicuntur palea, id est habenti pro palea, quia non sunt alicuius momenti, quia non fulciuntur tanta auctoritate sicut quaedam alia. Idcirco Gracianus prudenter in multis ostendit, ex quibus consiliis sua decreta accipiat, ad ostendendum quod non omnia sunt paris vel eiusdem auctoritatis siue ponderis & reputationis. Ex quo ulterius dicitur quod in praedicto consilio minus bene digestum fuit decretum illud Episcopi, & apud multos qui indifferenter & tepaciter & incaute nimis adhaerent est periculosum: per hoc enim parant impedimentum & obices, ne maleficia sorceriorum cognita excerpentur, quod viam parat non modicam ad cultum idolatriae, & ad multos contra fidem errores, immò ut iterum sathanas princeps mundi constituatur. Si igitur decretum allegatum, mulieres quas exprimit dicat decipi tantum in phantasia, & idem de aliis concludere velit, fallacia est consequentis vel accidentis: Idcirco non concludit verum, quoniam oppositum in multis luce clarius patet, pro quo res gesta diebus nostris adducatur in medium magister Guillelmus de Lure aliàs Hameline, monachus de Ordine Beati Benedicti, magister in Theologia, praedicator magnus in verbis, plus quam in scientia, quem saepe Pictavis vidi, & cum eo frequenter sum locutus, pro quo supplicatum fuit, ut in consortio magistrorum & in facultate Theologiae Pictavis reciperetur, receptusque fuit, parumque profecit in facultate,

Historia stupenda Guillelmi de Lure, monachi ordinis S. Benedicti.

quoniam de maleficio accusatus fuit & conuictus, & anno Domini 1453. die 12. mensis Decēbris in capella Domini Episcopi Ebriocen. iudicialiter in presentia suorum iudicum confessus fuit, quod ipse cum cōplices eius realiter & pluries ad nocturnum cultum demonis iuit, ibique demonem coluit, qui aliquando in forma hominis, aliquando in forma hirci apparebat, & ad instantiam demonis Christum & Mariam virginem, sanctam Crucē & articulos fidei negavit, & prostrando in terram, plorando exhibuit iudicibus suis quādam cedulam vbi inter cetera continebatur, quod dum introductus fuit in sectam demonis, præcepit illi demon, qui iusserat illi magistro, quod vocaret dominum suum, & quod prædicaret in populo, quod huiusmodi secta non erat nisi illusio phantasia: & sic prædicādo augebatur secta illa nefanda, quia sic prædicādo reddebantur malefici audaciores ad introducendum alios in suam sectam, & iudices Ecclesiæ per hoc, ad inquirendum de maleficiis, erāt remissores, ex quibus dictus magister Guil. de Lure alias Hameline condemnatus ad carceres perpetuos, pauco tempore post in carceribus obiit, ex quo patet quod adhærere indiseretē illi decreto Episcopi periculosum est.

Consequenter adduntur in prædicto capite duo exempla. Primum Ezechielis Prophetæ, secundum Pauli Apostoli: primum scribitur Ezechielis 8. cap. 2. scribitur 2. ad Cor. 12. sed hæc exempla non probant quod prædictæ mulieres corporaliter non possint deferri, vel etiam quod realiter non deferuntur, quoniam si Ezechiel tantum in spiritu delatus fuit in cincinnati de Caldea in Ierusalem ad videndum abominaciones Templi: potuit etiam deferri corporaliter sicut Abacuc, qui fuit trāsatus ministerio Angeli de Iudæa in Caldæam ad Danielē in lacu leonum, & iterum reductus in Iudæam ut scribitur Danielis 14. cap. Et legitur etiam de Philippo, qui postquam in via baptizauit Eunuchum Candacis reginæ, à loco vbi baptizauit eum, portatus est à spiritu in Azorum, ut patet Act 8.

Abacuc ministerio Angeli trāsatus de Iudæa in Caldæam.

Appariciones & visiones possunt fieri in solo spiritu, aliquando in corpore.

Exemplum etiam Pauli inefficaciter hic ponitur, quoniam quartodecimo anno post raptam, loquitur Paulus de suo rapto, vbi non dubitat se non fuisse raptum ad Paradisum in corpore: quoniam illis tribus diebus in quibus vidit diuinam Essentiam, & audiuit arcana verba, erat corporaliter in Damasco in vico, qui dicitur rectus, & in domo Iudæ, vbi tribus diebus non vidit, neque manducauit, & hoc notū erat Iudæ, & suis domesticis, & etiam Ananiæ, quem

Deus

Deus misit ad Paulum existentem in rapto: nec ista Paulus ignorauit, sed dubitabat vtrum ipso existente in rapto, anima eius fuerit à corpore educta, & ducta ad celos, vel vtrum anima manente in corpore fuerit ei ostensa visio Dei per essentiam, quæ dicitur raptus, quoniam vsque ad tertium cælum fuit raptus, & sic patet quod indiseretē & impertinenter in dicto cap. *Episcopi*, ad probandum quod sortilegi corporaliter non deferuntur à demonibus duo prædicta exempla Ezechielis & Pauli ponuntur. Laudandi tamen sunt Ecclesiastici Patres, qui huic consilio intesuerunt: quia si non ex toto de prædictis apparitionibus veritatem agnouerunt, partem cognoscentes, ad vltius inuestigandum, de veritate ampliori in hac materia, suos sequaces excitauerunt. Primò tamen in eodem capitulo ante duo prædicta exempla ad asserendum prædictas mulieres solum deceptas ab intra, & non fieri ab extra præmissum est, allegando Paulū, quod sathanas se transfiguratur in angelum lucis, &c. sed hoc magis probat mulieres maleficas ferri ad loca remora quàm deludi solum in phantasia. Consequenter post prædicta ponitur in eodem prædicto capitulo; *Omibus itaque publicè denunciatum est, quod qui talia credit & his similia, fidem perdit.* Finaliter subiungitur ibidem *proculdubio infidelis est & pagano deterior*: Hæc enim verba satis crudè hic posita sunt, qui enim credit quod Diana vel Herodias aliquid muneris vel deitatis habeat sicut tēpore Pompei & Iulij Cæsaris gentiles credebant de Phemonoë & Trithone, ut patet in Lucano 5. & 6. libris, propter quod cultus diuinus illis debeat exhiberi in obsequiū: sicut illæ mulieres ambulantes cum Diana credebāt, ille pro certo fidem perdit, & si Christianus est, efficitur pagano deterior. Sed qui credit demones posse sensibus corporeis extra apparere ad tentandum, vel qui credit quod demones possunt homines & multa alia corpora de loco ad locum transferre, ille non perdit fidem, scilicet ex fide hoc debet credere, qui si non crederet, fidei derogaret vel articulis, vel conclusionibus elicitis de necessitate ex articulis. Quod etiam dicitur in prædicto capitulo *Episcopi*, quisquis igitur credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius aut in deterius, mutari aut transformari in aliam speciem, nisi ab ipso creatore, &c. infidelis est, & pagano deterior: hæc omnia informiter & crudè dicta sunt, & contra hoc quod prius dictū est, quod sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Qualiter autem demon possit formare corpora & non formare, scilicet, mouendo ad formam vel ad locum, satis arbitrator ex supradictis esse notum,

Mulieres maleficæ ferri ad loca remota.

Credere quibusdā rebus quod demones possunt agere non est perdere fidem.



& periculosum est simplicibus circa hoc decretum insistere, qui non nouerunt vel Philosophia, vel Theologiae principia, & vim spiritualium substantiarum supra corpora ex dictis Sanctorum & Doctorum non agnoscunt.

Vitimò nunc restat sumptas rationes ex altero decreto soluere, dicitur enim 26. q. 7. c. Admoneant: *Admoneant sicut Sacerdotes populos, ut nouerint magicas artes & incantationes quibusque infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre, nec animalibus languentibus claudicantibusque & moribundis quicquam mederi: sed hac esse laqueos & insidias anti-*

Ante magica & incantationes nihil in se virtutis habent.

que. Ad hoc dicendum est, quod fatendum, quod artes magicae & incantationes nihil in se virtutis habent, quo possint infirmitatibus hominum vel animalium languentium vel claudicantium aliquid conferre remedij, sicut credebant quidam magici, & sicut credunt fideles catholici de Sacramentis, quae virtutem spirituales habent, ad efficiendum quod signant: Sed daemones adstant huiusmodi incantationibus, & maleficiis qui operantur cum eis permittitur ea ad quae per maleficos intingantur, fingendo quod per huiusmodi verba vel signa ex sua virtute cogantur, & sic inducunt homines ad credendum magicas artes ex se virtutem habere, per quam perfidus hostis mala semper operatur: quae quidem virtus non magicarum artium est, sed daemorum, à quibus

nos & populum suum Christianum protegat

Dominus firmos in fide, & ei in cha-

ritate acceptos, Iesus  
Christus.

*Finis Flagelli Maleficorum.*

TRACTA



TRACTATUS  
DE SUPERSTITIOSIS  
QUIBUSDAM CASIBUS:

*Compilatus in abna Vniuersitate Coloniensi; Per  
Egregium sacrae Theologiae professorem  
Magistrum Henricum*

DE GORCHEN.

*Prooemium.*



**I**N lectione nouissima, vestris me obligauit dilectionibus, responsurum quibusdam mihi praesentatis casibus superstitionis ritum concernentibus, quos absoluedo simul repetere intendendo, gratia autem dicendorum praemittendum est, tanquam principium sequentium, & est B. August. 20. de ciuit. Dei, & Doctoris sancti in 2.2. quest. 95. 96. 97. Homines peccatum committunt quicquid agunt daemorum auxilio, vel consilio per aliqua pacta, cum eis inrita, tacita vel expressa. Hoc autem contingit quotiescunque homines in suis operationibus, ex falsa & vana opinione, ad aliquid tendunt. Falsa verò & vana est omnis opinio, qua quis ex aliquibus medijs nititur obtinere aliquem effectum, qui ex eis non est natus provenire, v. g. aliquis iturus ad pugnam, stans in biuio, & considerans motum seu volatum auium, & garritus, aut

quoscunque gestus earum, potest ex eis coniectare super dispositione futura aëris, quæ ad serenitatem vel pluuiam, aut tranquillitatem seu tempestatem. Nam corpora brutorum animalium subiacent dispositioni corporum cælestium, & ideo nihil prohibet aliquas eorum operationes esse quorundam futurorum signa, in quantum conformantur dispositioni cælesti, & sic quando cornicula frequenter crocitat, est argumentum futuræ pluuiæ, quod si dicto modo stans æstimet ex signis auium potius sibi per vnã viam ambulandum quàm per aliam, vel quod pugnando obrinebit victoriam, talis opinio falsa est & vana, quæ extendit motus & voces auium, ad ea quæ nullo modo ad ipsas aues pertinent, & quærit cognitionem per medium, per quod haberi non potest. Ac per hoc daemones præter petitionem hominis se occultè ingerunt ad cooperandum, & contrahitur quoddam pactum occultum hominis cum dæmone. Vel si quis scribat cedulam litteris notis, & eam mittat scienti legere dictam scripturam, potest ipse scribens ex hoc hūc effectum consequi, vt alteri suam mentem manifestet. Sed si per aliquam cedulam insignatã nominibus ignotis, & per characteres insolitos credat animum alicuius allicere in suum amorem, talis opinio falsa est & friuola, & conceditur dæmoni licentia se immiscendi, ac per hoc fit actio illi & superstitio. Pari modo licet naturæ volenti pertrāsire mare aduertere dispositionem cæli, vt præconiectet super dispositione maris quo ad tranquillitatem vel tempestatem, quod si cæteris paribus eligat potius vnã horam vel diem quàm aliam. Aut si velit ex præmissis signis concludere aliquod infortunium ex occurrã aliquorum ho-

minum

DE SUPERSTITIOSIS CASIBVS. 73  
 minum supra mare, vel eo ipso aliquid consequi per media, ex quibus consequi non potest, ac per hoc illicitis intendit. Fit igitur vt daemones se immisceant, & fit homo superstitiosus, & sic de aliis. Ratio autem prædictorũ est, quia aduersarius noster diabolus intēdit incessanter perditionem hominum, & sic studet inducere in errores salutis generis humani nocuos, quodcumque sibi permittitur. Hæc autem permissio sibi conceditur ex demerito eius, qui vanis & illicitis seu falsis insistit, aut superstitiosis vacat, ad friuola se conuertendo, quemadmodũ in exemplis præmissis & similibus, quo tanquam principali præmissis respondendum est casibus oblati per aliquas propositiones.

### PROPOSITIO I.

**C**eris in die Purificationis benedictis in die Agathæ, dum peraguntur Missarum solemnia, inscribere hæc verba, *Mentem sanctã spontaneam, &c.* Ac per hoc intendere cõsequi liberationem incendij, habendo solam fiduciam ad Dei honorem & beatæ Agathæ, & ex eorum pietate auxilium expectando, nõ videtur illicitum neque superstitiosum.

**H**æc propositio paternam diuinã bonitatem, volens sanctos suos tanquam charissimos amicos in honorem haberi, distribuit eis diuersa dona ad diuersos effectus in subuentionem contra varias necessitates hominibus occurrentes, quatenus ex talibus animus alliciat ad Sanctorum suorum venerationem. Sic enim legitur, quod Deus frequenter operatur diuersa miracula circa Reliquias Sanctorum, & in eorum apparitionibus. Nec derogat pietati, alios & alios Sanctos institutos esse tanquam patronos circa alios & alios morbos, vel alia & alia hominum vota, vt sanctus Anthonius circa membrorum incendia, sanctus Cornelius circa morbum caducum. Teste autem Doctore Sancto, licitum est portare circa collum Reliquias Sanctorum, & ex fiducia Dei & ipsorum

Sanctorum; ex tali veneratione amplius. piè præsumere de ipsorum auxilio: Et sic dicitur in decret. 2.6.9.6. quia licitum est pedes se habere cedulas conscriptas symbolo aut oratione Dominica, vt tantum creator omnium honoretur Deus. Legitur autem quod ad commendationem beatissimæ Virginis Agatha, Angelus in tabulis lapideis scripsit illa verba *Mentem sanctam spontaneam in. de. & pa. libe.* Legitur secundo, quod paganicorum ciuitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum eius contra ignem, vt comprobaret Dominus quod à periculis incendiij meritis Agathæ martyris suæ eos liberaret. Si igitur ad reuerentiam diuini officij dum Missarum solemnia celebrantur, scribantur prædicta verba secundum modificationem, prout dicit propositio, non videtur in aliquo committi aliqua superstitionis nota, cum ex miraculis præuis assurgat animus ad piè præsumendum consolationem Virginis ipsius veneratione assûpta, quasi quodã intercessore.

### PROPOSITIO II.

**C**redere ipsa verba sic scripta, habere eo ipso contra se virtutem vniuersaliter præseruandi contra incendium, & ex tali opinione procedere ad aliquas operationes, est omninò illicitum & supersticiosum.

**H**æc propositio apparet ex principio prælibato. Nam secundum philosophum 1. *Periherme.* Voces & scripturæ vsque ad hoc subiacent humanæ potestati, quod per eas tanquàm per signa possumus conceptus nostras explicare. Quod si ex eis vigore potentis eis collatæ à nobis, attendemus aliquid amplius expetere seu extorquere, constat quod aliquid obtinere querimus per illud per quod non est natum haberi, & per consequens ex falsa opinione & vana procedentes equiuocaliter paciscimur cum dæmonibus. Est autem notum, quod huiusmodi verba ex tali scripturae non accipiunt aliquam virtutem ex diuina institutione eis coëssentialem ad talem effectum, quemadmodum verbis sacramentalibus collata est virtus ad effectus sacramentales perficiendos. Vnde friuolum est, dicere ipsis verbis iuesse talem virtutem intraneam, sicut herba habet virtutem propriam ad aliquem effectum naturalem suæ formæ proportionatam. Præterea quæ diuinitus dantur, non dantur quibuscunque, neque cum obseruatione, sed

secun

secundum arbitrium Spiritus Sancti, secundum illud. 1. *Corint.* 9. *Alij quidem datur per Spiritum Sanctum sermo sapientia, &c.* Et postea subditur, *Hac omnia operatur vnus atquo idem Spiritus diuidens singulis prout vult.* Non est igitur imaginandum quod indifferenter omnibus candelis, & semper illo die, & eadem Missarum hora, conferatur à Deo regulariter talis virtus immanens, cuius est præseruare ædificia ab incendiis: quinimò contra tales obseruationes studiosè iuehant Doctores. Nam & ipse Apostolus *Galat.* 4. dicit *Observatis tempora, dies, horas & annos, vbi prorinùs subiungitur, timeo forte ne sine causa laborauerim.* Ex hac radice gl' Guillelmi super loco præallegato in decretis, ait, contra quosdam portantes super se quædam breuia videlicet. *Quinque portauerit super se istud breue nõ periclitabitur sic vel sic, aut illud bonum, vel illud sibi continget,* vbi consequenter subdit: *Proculdubio reprobandum est nec portandum.* Scribuntur enim quædam breuia cum quibusdam verbis sanctis & characteribus aliquibus, ex quibus quorundam error credit illis cedulis inesse virtutem ad tales effectus consequendos, sed totum est vanum ad talem intentionem.

### PROPOSITIO III.

**D**eferre ad Ecclesiam scapulas porcinas, vel alias escas, aut pocula, hac intentione, vt super eas fiat diuini nominis inuocatio, & per quædam certas orationes benedictio: deinde eis vti reuerentiùs & in principio comestionis ex intentione præcircumstantionata, neque illicitum videtur, neque supersticiosum.

**H**æc propositio patet. Nam dicit Apostolus 1. *Corint.* 4. *Nihil est rejciendum quod cum gratiarum actione accipitur, causam statim subiungens ait, sanctificentur enim per verbum Dei & orationem.* Vnde Nicolaus de Lira amplius dicit, quod sicut aqua benedicta confert ad delendum venialia, pari modo cibus verbo Dei signatus, valet contra peccata venialia. Quemadmodum igitur indubitanter laudabile est præmittere benedictionem principis prædiorum, & quarumcunque comestionum per orationes præcipuas, similiter videtur commendabile, vt quodã vniuersali benedictione, per determinatas orationes, huic rei propitias, sanctificentur, sicut & semel

semel victualia ex diuersis domibus illata, ne minister Ecclesie grauetur per singulas domos discurrendo: Vnde hostia pacifice per oblationem consecrabantur: deinde in tres partes distribuabantur, quarum vna incendebatur ad honorem Dei: alia pars erat Sacerdotis: tertia erat offerentium, & ea vescabantur in eodem loco vel in Hierusalem tanquam cibo consecrato, vt habetur *Leuitici 7*. Huic etiam atteltatur consuetudo valde vniuersalis in diuersis diocesis, vbi specialiter circa festum Pasche ob reuerentiam communicationis spiritualis cibi, consecrantur alia esculenta, quatenus occupatio magis assidua, sic circa ciborum sumptionem, & omnia participant quandam spiritualitatem: sicut etiam ea consecrantur quae deseruiunt Eucharistiae Sacramento, vt Altare, vasa, mappae, & huiusmodi.

#### PROPOSITIO IV.

**S**ecundae obseruantiae practica, si eo modo fiat, quo exposita est, est illicita, vana & superstitiosa.

**H**ae propositio apparet ex principio in capite huius materiae praemisso: Nam ea sunt vana & illicita quae ex falsa phantasia alienius procedunt, secundum quam praetendimus aliquid cosequi per aliqua media tanquam per causas, ex quibus talis effectus non est natus provenire: Sic autem accidit in practica huius secundae obseruantiae. Dicit enim quod in penali Septimana, ponuntur scapulae porcinae ad Altaria, vel includuntur in Altaribus, & leguntur super ea quatuor Passiones, 4. Euangelia, scilicet in die Palmarum, Feria 3. Feria 4. & bona Feria 6. sequentibus, quibus sic lectis creditur quod huiusmodi scapulis acquiratur virtus talis, quod cruces factae de crancis illarum scapularum habeant virtutem praeseruandi homines a periculis maris, & ab inimicis corporalibus, scilicet raptoribus, & ab omnibus infortuniis. Hanc autem practica esse superstitiosam videre facile est discurrenti per eius particulas. Vnde ipsa cruces signacula possunt considerari, vno modo, prout sunt quaedam formae artificiales: corporum autem artificialium formae procedunt ex conceptione artificis, & cum nihil aliud sint quam conceptio, ordo & figura, vt dicitur primo philosophorum, non possunt habere naturalem virtutem ad agendum: inde est etiam quod corpora artificialia ex impressione caelestium corporum, nullam virtutem sortiuntur

tur in quantum sunt artificialia, sed solum secundum materiam naturalem; propter quod August. 10. *de ciuit. Dei* reprobat Porphyrium quendam ponentem, quod quaedam imagines sub certis constellationibus fabricatae ratione figurae, obsequerentur similiem virtutem cum rebus quarum forent imagines. Non igitur cruces secundum quod sunt quaedam formae artificiales, sortitur aliquam virtutem: Si vero crux consideretur in ratione signi verae crucis, sic praedicatur suae virtutis praconium contra potestates spirituales nequiciae in caelestibus: sed tunc non refert in qua materia sit tale signum, neque ex lectura alicuius Euangelij sibi confertur virtus quam habuit ex hora Passionis. Neque ipsi Cruci sic factae inest aliqua virtus permanens quemadmodum magneti, inest virtus attractiva ferri, quamuis, ob reuerentiam verae Crucis, immo verè potius ipsius Crucifixi ex intuitu deuotionis fidelium, Deus interdum mira per signum Crucis operatur. Sicut enim ferri non inest virtus permanens ipsius artis, nisi quando artifex actu mouet secundum; sic neque Sacramentis, neque Reliquiis, neque signo Crucis aut verbis inest virtus in actu, nisi motus summi artificis ad illos effectus ad quos determinatae sunt, tunc specialiter concurrat. Rursus nunc ipsa lectio Passionum est instituta, ad conferendum talem virtutem contra quaecunque pericula: Velle igitur verba sacra extendere ad virtutem, quae neque immediatè à Christo ipsius est collata, neque per auctoritatem Ecclesiae, est superstitiosum & vanum. Sic enim quidam Parisius putabat verba consecrationis Eucharistiae posse sanare Regem, eo quod transferunt panem in Corpus Christi, non attendens huiusmodi verba ad certum effectum esse determinata, ex virtute per ministrum Ecclesiae à Deo decollata.

Relinquitur igitur friuolum esse, quod ratione lectionis dictorum Euangeliorum, adueniat Crucis signaculis tunc factis, quaedam vniuersalis virtus, quae eis intrinsetur, & per quam in existentem & permanentem eorum portatio liberet indifferentem ab omni periculo: Non enim Deus contulit rebus sacris quicquid & quantum potuit, sed quantum placuit: Velle autem ad vltiora eas extorquere, est extra ordinem diuinitus institutum exorbitare.

#### PROPOSITIO V.

**I**n aliquibus cedulis scribere nomina trium Regum, & collo suspendere ob reuerentiam Dei,

& ipsorum Regum, & eorum fiducia sperare auxilium, non est illicitum: Credere autem ipsis verbis scriptis inesse aliquam virtutem sanandi quasilibet infirmitates, est vanum & superstitiosum.

**H**æc propositio patet cõformiter ex supradictis. Nam ob reuerentiam Dei & Sãctorum, licet portare in collo Reliquias Sanctorum, Euangelia, orationem Dominicalem & similia, & ob reuerentiam in tali portatione exhibitam, pius est fiduciam concipere de adiutorio Dei & Sanctorum. Sed quia ipsis verbis, nec à Deo, neque ab Ecclesia quasi ex auctoritate Dei, est collata virtus sanatiua: si quis per talia verba intendat consequi quascunque sanitates, talis ex falsa opinione procedit, & sit contractus quidam tacitus cum antiquo aduersario, cum quo semper nobis bellum est indictum, & nullius societatis pactam: igitur & pari modo responderi posset ad obseruantiam scripturarum, quibus scribitur. *Lignum fecit Dominus ex sputo, & Iesus autem per medium illorum ibat.* Verum, quia diligenter obseruantibus tempus & horam scribendi suspicio satis apparens est, quod opinantur illis verbis tunc acquiri aliquam virtutem specialem, quæ operatur effectus per eos affectatos. Quo circa per suos pastores deberent informari, ne talibus phantasiis fiduciam adhererent, eo quod essent frivola, & à malignis spiritibus procurata: quæ sub specie boni nouerunt versutiam suam palliare, & diuersis laqueis animi non resistentem implicare.

#### PROPOSITIO VI.

**I**N die Palmarum Cruces facere iuxta tenorem quarta obseruantia, pœnitens superstitiosum est, procedens ex ludificata mente.

**H**æc propositio patet, quia licet possit piè interpretando concedi, quod tales Cruces ob reuerentiam Dei & suæ amarissimæ Passionis, ad sui memoriam ponerentur in agris, & concipere fiduciam præseruationis ex diuino munere gratiè exhibitæ, tamen credere quod ipsis crucibus in quantum sic & tali tempore compositis, insit virtus, per quã præseruent segetes contra grandines & tempestates, in peris aut bursa delatae præseruent suos portatores ab aura mala, & aliis tempestatibus, est ex eis velle consequi effectus, qui ex eis non sunt

nari

nari haberi, & qui non sunt sui officij. Vnde sicut in rebus naturalibus diuina sapientia præfixit rebus determinatã virtutem ad determinatos effectus, & ad tales licitum est applicare tales virtutes, & non amplius extendere: pari modo eadem ipsa diuina sapientia determinatam virtutem imposuit mysticis rebus, & secundum tales virtutes licet procedere: amplius autem extendere procedit ex phantastica opinione mentium ludicatorum ex diabolica illusionè; v. g. Missa ordinata est in memoriam Passionis Christi, conferens viuis & defunctis pro relaxatione culpæ, & impetratione gratiæ: Si quis autem volens eam vterius trahere, credat sibi inesse virtutem ad sanandum agnitudines corporales, aut ad fructuum vbertates, tanquam ex virtute in Missa existente, cum illud non sit officium Missæ, neque talis virtus collata legitur inesse: incurrit sic credens vitium superstitionis, procedens ex falsa opinione, imò abutens rebus diuinis. Etenim cum homines sint variorum affectionum & indeterminatas habeant phantasias, notorium est, quod sequi tales credulitates, est à rebus diuinis auferre ordinem diuinæ sapientiæ, quæ in omnibus hanc obseruat regulam, quod indidit rebus à se factis determinatas virtutes ad determinatos effectus. Fiunt autem Missæ ad impetrandum præmemoratos effectus, non quidem quasi ipsis Missis credatur indicta virtus talium effectuum, sed ob reuerentiam Dei & Sanctorum, ex fiducia ipsorum, sperando auxilium prout nouerunt congruere ad salutem animarum nostrarum.

#### PROPOSITIO VII.

**D**iuersas fore obseruantias superstitiosas in diuersis locis, mirandum non est, pensatis eorum originalibus radicibus.

**H**æc propositio apparet: Nam constat Christianum populum præcessisse ex gentili quondam populo, qui idolatriæ deditus fuit plenus ritibus superstitiosis: Et quamuis prædicatio Evangelica idolatriam expulit, & alios errores directè contra fidem obuiantes: tamen sex eius non fuit ad liquidum exinanita, quin remanerent quædam reliquæ variarum obseruationum, sicut apparet expressè in obseruantis circa nouilunium, & dierum Ægyptiarum. Et prout multi nouerunt in die Lune aliquod nouum opus inchoare, vt rusticam nouam induere: & sic de aliis diuersis ritibus in diuersis terris.

Præterea

Præterea homines negligendo bona spiritualia immoderate, inhaerent bonis corporalibus circa propria corpora: Et res exteriores propter quod nimia sollicitudine semper somniant media perueniendi ad ea quæ diligunt. Sathanas igitur ex demeritis talium hominum nouit se transfigurare in Angelum lucis, accipiens permissionem sub specie pietatis fallendi homines sic supercuriosos, generando phantasmam, quod digna verba & alia mystica præter id ad quod diuinitus ordinantur, habeant virtutes ad tales effectus, qui versantur in affectibus eorum. Ingerit enim se demon affectibus sic inordinatis, ac per hoc sibi quodammodo subditis, vt multiplicius eos variis erroribus illaqueet. Nec obstat, quod in principio in talibus obseruationibus, aliquid veri homines experti sunt: quia cum homines incipiunt huiusmodi obseruationis animam suam implicare, multa secundum huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem demonum, vt huiusmodi obseruationibus homines implicati curiosiores fiant: & sic magis inferant multiplicibus laqueis perniciosi erroris, vt Aug. dicit, *2. de doctrina Christiana*. Vnde & Ray. allegat Aug. dicentem, quod sæpe ex præmissis obseruationibus talia inueniuntur accidere ex Dei permissione, vt illi qui hoc audiunt & videt probentur in quali fide sūt apud Deum: in cuius testimonium dicitur. *Deutero. 13. Si surrexerit in medio tibi, & propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenierit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis; Non audias verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam faciat utrum diligatis eum in toto corde & in tota anima vestra.* Ecce sententiam memoria dignam. Certum est quod homines magna trahunt argumentum ex hoc, quia per tales obseruationes pluries compertum est ita euenisse, & nihilominus fides adhibenda non est: tum quia non nunquam ad probationem fidei Deus talia fieri permittit, tum quia nonnunquam vanis affectionibus hominum demon occultè se ingerit, illaqueando eos perniciosi erroribus, vt allegatum est.

### PROPOSITIO VIII.

**O**bseruantia quæ fit post Baptismum in aliquibus locis, potius otiosa prima fronte dicitur, quasi illicita, & potest esse piæ interpretationis.

Hæc

### DE SUPERSTITIOSIS CASIBVS. 81

**H**æc propositio patet. Nam in aliquibus locis post Baptismum, Presbyter baptisans portat corpus Christi in pixide, & inde recipit vnã hostiam leuans eam duobus digitis, vt parrini videant hostiam, postea abluir illos digitos aqua, & illam abluionem dat infantulo baptisato, vt bibat eam, qui tamen nondum bibere potest. Dicit igitur propositio, quod primo aspectu, talis obseruantia videtur otiosa, quia non videtur alicuius utilitatis, sed non videtur illicita, quasi aliquod malum contineat, atque prohibitum: quia non datur nisi pura aqua puero, qui si bibat vel nō bibat, nihil refert: est enim quasi aliquod indifferens. Et quia Baptismus est ianua Sacramentorū & regenerationis & spiritualis introitus, per quem fit adaptatio ad Eucharistiæ Sacramentum, forsitan ad illius significationem talis obseruantia potuit esse introducta: itaque si ego essem Pastor in aliquo tali loco, vbi ex antiquo talis consuetudo inoleuisset, ego absque scrupulo meipsum contemperarem, nisi aliquid aliud emergeret quod ad præsens possem considerare.

### PROPOSITIO IX.

**C**irca prædictas obseruationes, informandus est populus, ne illas faciat sinistra intentione: quod si nolit ab impia intentione supercedere, nihilominus talis ritus exterminari dicitur pœnali executione, nec hoc est rectam deuotionem tollere vel actuum scandalum præbere.

**H**æc propositio apparet, quia multi ex ignorantia peccant parati se submittere informationi suorum superiorum. Et ideo tales tanquam benè sanabiles per informationem simplicem reuocantur ad viam rectam: Si verò inniti velit populus suo sensui, nec desistere ab intentione superstitiosa, necesse erit vti aciori medicina, vt morbus curetur & non inualeat. Nec sub dissimulatione est transeundum in his quæ concernunt Christianam religionem. Modus autem in particulari procedendi in punitione talium, potius ad iura pertinet quam ad Theologiam. Et quia nullus animus inordinatus meretur dici deuotus, cum deuotio sit actus religionis, consequens est quod tales errores perniciosos eradicare non est

§

tollere

82 TRACT. DE SUPERSTIT. CASIB.  
 collere rectam & veram deuotionem. Vnde in omni sacrificio  
 legis præceptum est, vt sal apponatur, quo significatur discre-  
 tio debita in cultu diuino: Et prohibebatur mel offerri pro-  
 pter idolatriam & infidelium ritum, ne vlla fieret populi Dei  
 cum in fidelibus conuersio, vt patet *Leuit. 2.* Et ex eodem ap-  
 parer, quod prohibentes tales superstitiones non suscitant ex-  
 ceptionem scandali, propter hoc veritas religionis non  
 debet prætermitti, exemplo Saluatoris, qui  
 non cessauit docere veritatem quamuis  
 pharisæi scandalisabantur vt  
 patet *Matth. 15.*

F I N I S.

INDEX



INDEX OMNIUM RERVM  
 NOTABILIVM, QUÆ CONTI-  
 nentur in Flagello Maleficorum.

A		Anicennæ opinio circa incu- bos. 49
<b>A</b> bacuc ad Daniëlẽ per angelum fuit dela- tus. 18		Auspiciũ, quid sit. 13
C		
<b>A</b> bacuc ministeriõ Angeli trã- latus de Iudæa in Caldæam. 68		<b>C</b> arolus Magnus aliqua re- perit castra in Hispania, vbi erat multitudo dæmonũ, & ad ea exercitus accedere non potuit, & sic imperuãsa remanerunt. 60
Acrimantia, quid sit. 53		Characteria, quid sit. 53
Ameucia, quid sit. 49		Castrati frigidi sunt, & non ha- bent barbas, pullum tenuem habent, & non sunt coiciti. 22
Angli multoties Regnũ Fran- ciæ vallarunt, Deo permit- tente. 6		Causa potèrior est suo effecta. 65
Anima accipit scienciam à sub- stantiis separatis. 56		Cerebrum in quot cellulas di- uidatur. 22
Anima in somno quandoque scienciam intelligit. 56		Chiromancia, quid sit. 52
Anima cuiusdã habuit modum intelligendi substantiis se- paratis. 57		Comes Malliconẽsis visibiliter per aëta à dæmone porratus, nec vltra comparuit. 19
Anima rationalis potest auerti à phãtasmatibus & coniungi substantiis separatis. 55		Coniuges ex maleficiis in actu matrimonij perturbantur. 34
Apoplexia, quid sit. 49		Coniuges odiosè se habètes ce- lebraciis nuptiis: etiam si an- teã se diligerent. 7
Apparitiones & visiones quo- modo possint fieri. 68		Coniuges qui in actu mati- monij sunt impediti, punctu- tas in corpore patiuntur. 35
Ariola, quid sit. 51		Cõiurationibus quidã vtuntur aduersus diuersa animalia. 9
Ar̃s notoria, quid sit. 51		Cor mandat toti corpori ven- tum spiritualem. 21
Ar̃s breuiaria, quid sit. 50		Corpus agit in animam & è contra. 54
Ar̃tis Magicæ opinio vera. 57		
Ar̃tes Magicæ à naturalibus causis procedunt. 54		
Ar̃tes Magicæ & incantatio- nes nihil in se virtutis ha- bent. 70		
Artium magicarũ triginta no- di. 49		
Auguriũ, quid sit. 53		

I N D E X.

Corporeæ res habent principia naturalia.	17	sub diuersis formis apparet.	7
Corui per coniurationem à tota ciuitate exaptores fiunt.	9	Dæmon potest aliqua obiectis sensibus præsentare motu locali.	15
Corui de iniuriis diuturnâ habet memoriam.	9	Dæmon potest hominem eludere.	23
Credere quibusdam rebus, quas dæmones possunt agere non est perdere fidem.	69	Dæmon potest mouere corpus ad locum.	18
Cur ante aduentû Christi, multi erant obsessi à dæmonibus.	58	Dæmon lunaticos vexat in nouiluniis, vel in plenilunio.	40
Cur homo in somniis terribilia videat.	61	Dæmones vapores & exhalationes ad mediam regionem aëris deferre possunt.	44
		Dæmones multa facere possunt, quæ non sunt miracula, sed miranda.	18
<b>D</b> æmon potest multa facere apparere hominibus.	28	Dæmones à domibus expulsi per exorcismos.	19
Dæmon potest spiritus in corpore humano, & sanguinem transmutare sine vi sui superioris naturæ.	15	Dæmones plures, possunt multorum phantasias decipere.	38
Dæmon corpora mutare potest ad locum non ad formam.	32	Dæmones sunt custodes thesaurorum in terra absconditorum.	60
Dæmon quidam mulierem opprimebat ipsa inuita.	44	Dæmones adiurare periculosum est.	19
Dæmon est superioris naturæ quàm anima.	27	Dæmones quandoque crines equorum triciant.	45
Dæmon sensus deludit humanos.	20	Dæmonum homagia.	7
Dæmon sensus & vires naturales à reiecta operatione obducere potest.	32	Dæmonum potestas maior quàm corporum animalium.	58
Dæmon maleficis offert pecunias, quæ in inutilem materiam resoluuntur.	8	Dæmonibus non latent secreta naturæ.	28
Dæmon Euam decepit.	18	Delusio dæmonum.	24
Dæmon facile potest humorem sanguineum ad organum oculi deriuare.	25	Delusionis modus sensuum interteriorum.	26
Dæmon intrat corpus lupi, & ideo plura mala perpetrat.	47	Delusio phantasie à dæmone.	37
Dæmon vt alloquatur homines		Delusiones fiunt ex turbatione cerebri.	15
		Demenerus in lupum mutatus, & postea ad suam pristinam rediit figuram.	46
		Democritus & Orpheus artes Magicam ampliauerunt.	13
			Demo

I N D E X.

Democritus dicebat lapides habere animas.	41	<b>H</b> istoria mirabilis de puella mortua quasi visa à parentibus.	46
Diabolus non potest mouere omnia corpora de loco ad locum.	16	Historia stupenda de filia mortua exstimata ab omnibus.	47
Diabolus maior potest alligare minorem in anulo.	16	Historia cuiusdam, qui credebatur se esse equum.	47
Diabolus materiam ad formam mouere non potest.	17	Historia de quodam spiritu qui Pictauis multa mala faciebat.	19
Diabolus in quibus non habet efficaciam.	57	Historia delusionis authoris cum esset adolescens.	25
Diaboli fraudes.	16	Historia matris Merlini, quæ virgo filium concepit.	43
Diabolus duobus modis potest mouere affectum.	ibid.	Historia mulieris quæ mansit per plures annos cum marito, sua salua virginitate.	30
Diabolus sub diuersis figuris apparet.	19	Historia Iuenculæ quæ à parentibus credebatur esse equam.	24
Diabolus quomodo potest deludere phantasiam.	15	Historia cuiusdam magni viri in fama & scientia, qui Geomantica studebat.	41
Diabolus diuersos pulueres dat maleficis.	8	Historia monedulæ vulgo chæete.	9
Diabolus fallit simplices & idiotas.	33	Historia de homine cuius fama erat verti in lupum.	49
Diuinitio per somnia licita vel illicita.	61	Historia mirabilis vini.	8
Diuina sapietia coniungit fines primorum principis secundorum.	17	Historia de muliere malefica.	66
		Historia cuiusdam Monachi ordinis S. Benedicti.	67
<b>E</b> ffectus omnis potest naturaliter tolli & vinci.	55	Historia de quodam spiritu emittens planctus & gemitus.	20
Episcopus Bisuntinen. Romanus portatus per dæmonem.	19	Historia cuiusdam qui tanta intentione cogitabat de mulieris imagine.	28
Equi elanati sanantur prolatione verborum.	8	Homines vertuntur in lupos.	11
Ericho multa mala arte incantationis agebat.	35	Horisporium, quid sit.	52
Eue deceptio à diabolo facta.	18	Humilitas est remedium contra reuelationes somniorum.	62
<b>F</b> asciatio, quid sit.	50		
<b>G</b> eneratiua potentia dupliciter impeditur.	29		



		mone habent vt diuerſa ope-
		ra agant. 44
<b>I</b> annes & Mábres magi Pha-		à Maleficis diuerſa mala facta
raonis arte Magica vrebá-	34	10
tur.		Maleficæ mulieres feruntur ad
<b>I</b> dromantia, quid ſit.	53	loca remota. 69
<b>I</b> maginaria, quid ſit.	ibid.	Maleficiatus & impotens ad
<b>I</b> ncantatio, quid ſit.	50	actus coningales, reddetur
<b>I</b> ſmaél primum ſimulacrum de		aptus, & maleficium colle-
luto composuit.	51	tur, ſi cum oleibus Louis Bar-
<b>I</b> udex qui maleficos & incan-		ham comedat. 59
tratores punit magnum oble-		Maleficiatus aliquando ſentit
quium Deo & Legi præſtat.	39	puncturas in carne. 30
		Maleficorum variorum inducta
		narratio. 7
<b>L</b> amia, quid ſit.	33	Maleficorum & Sortilegi con-
<b>L</b> apides, herbæ, & verba		uerſatio eſt cauenda. 64
vim habent ad arcédum da-		Maleficorum auxilium implo-
mones.	40	rare an licitum ſit. 31
<b>L</b> igatura, quid ſit.	50	Maleficia omnia à demonibus
		vim accipiunt. 42
<b>M</b> agica artis quis fuit pri-		Maleficia in ſuis peccatis poſ-
mus inuentor.	13	ſunt aliúde ceteri grauia. 65
<b>M</b> aleficium à demone factum		<b>M</b> andragora, quid ſit.
per vnum natum deſtrui po-		51
teſt.	50	<b>M</b> anus mortui hominis ad
<b>M</b> alefici in ſuis ſabbatis homa-		quid inferuat maleficis. 44
gium demoni faciunt.	8	<b>M</b> ania quid ſit
<b>M</b> alefici nauis ventum in pi-		49
xide vendunt.	45	<b>M</b> elancholia diuerſa opinio-
<b>M</b> alefici quidam multos homi-		nes. 14
nes in infirmitatibus deci-		<b>M</b> emoria læditur morbo. 14
nent.	34	<b>M</b> odi & qualitates, quibus pec-
<b>M</b> alefici cur vtantur rebus fa-		cata aggravantur. 64
eris, quandoque rebus inho-		<b>M</b> otus corporeus eſt perfectus
neſtis.	39	motu locali. 17
<b>M</b> alefici iuribus omnibus ſunt		<b>M</b> ulieres aliquæ grauidæ carbo-
puniendi.	66	nes appetunt comedere. 16
<b>M</b> alefici Imagines & ſimula-		<b>M</b> ulierum quorundam fallacia.
cha regum in ſpeculo vel in		37
aqua miniſterio demonum		<b>M</b> ulieres maleficæ, à ſuſpenſis
aſpiciunt.	10	vngues & pilos accipiunt, ad
<b>M</b> alefici cur pauperes ſint.	39	ſua exercenda maleficia. 35
<b>M</b> alefici pacta diuerſa cum dæ-		<b>M</b> ulieris menſtruoſæ oculus in-
		ficat ſpeculum, & hæc ſunt à
		cauſis

cauſa naturali.	55	<b>P</b> otentia deſeruietes vegeta-
<b>d</b> e Mulieribus grauidis.	16	turæ virtuti ſunt quatuor. 21
		<b>P</b> otentia ſenſitiuæ interiores
<b>N</b> aturales vires ſunt dupli-		ſunt quinque. 22
ces.	29	<b>P</b> ræſtigiū quid ſit. 26. 51
<b>N</b> egromantia quid ſit.	52	<b>P</b> recatio faciendā à coningibus
		ad habendam prolem. 37
<b>O</b> pinio quorundam circa		<b>P</b> romoteus apud Græcos pri-
deſuſiones.	12	mus fuit idolatra. 51
<b>O</b> piniones diuerſæ circa male-		<b>P</b> ropoſitiones de quibuſdā ſu-
ficis, & diuerſi authores qui		perſitiſis caſibus, à pagina:
ex hæc re tractarunt. 6. 7.		71. vſque ad ſinem.
<b>O</b> mnne agens agit ſibi ſimile. 17		<b>P</b> rudencia circa ſomnia. 62
<b>O</b> raculum, quid ſit.	53	<b>P</b> ythagoricorum opinio circa
<b>O</b> riſio incantationum in Fran-		lapides. 40
cia.	6	
<b>O</b> rganum odoratus eſt naris. 22		<b>R</b> emedia ad ſubueniendum
<b>O</b> rganum viſus eſt pupilla. 22		illis qui in cerebro tan-
<b>O</b> rganum auditus eſt auris tor-		tum leſi ſunt. 35
tuofa. 22		<b>R</b> emedia naturalia contra fa-
<b>O</b> rnimantia, quid ſit.	52	ſcinaciones animi. 58
<b>O</b> phius & Democritus artem		<b>R</b> euelationes cui ſunt, conſi-
Magiam applicauerunt. 13		liū querat & ſe humiliet. 62
		in Reuelationibus quatuor cõ-
		ditiones requiruntur. 63
<b>P</b> hantaſia quid ſit.	23	
<b>P</b> hãtaſia quibus modis de-		<b>S</b> acramẽta Eccleſiæ dæmon
ludatur.	27	nititur enẽruare. 48
<b>P</b> hitonica, quid ſit.	52	<b>S</b> anguis in Epate generatur &
<b>P</b> irromancia, quid ſit.	53	immittitur ad ſingula mem-
<b>P</b> oẽta poẽticæ loquentes multa		bra. 21
mentuntur. 35		<b>S</b> anguinis fluxus ſiſtitur coniu-
<b>P</b> oẽta hiftorias enarrantes, vera		rationibus. 9
loquuntur. 3		<b>S</b> imon Magus ſola incantatio-
<b>P</b> ompeius magarum ſortibus		ne pecus moti cogebat. 34
contra Iulium Cæſarem in-		<b>S</b> odomæ & Gomorræ ſubuer-
tendebat. 35		ſio, per angelos malos ſuit
<b>P</b> otentia generatiua duplex. 21		facta. 18
<b>P</b> otentia vitalis habet princi-		<b>S</b> omnium de caſu dẽcium quid
pium in corde ſecundã ſiſto-		ſignificet. 61
lera & diaſtolen. 21		<b>S</b> omniorum cauſæ. 60
<b>P</b> otentia animæ. 20		<b>S</b> omnia quomodo ſiant. 15
<b>P</b> otentia ſenſitiuæ ſunt dupli-		de ſomniis non eſt leuiter iu-
ces. 22		dican

I N D E X.

dicandum.	64	V	
Sorciarij choreas faciūt, & dæmonem adorant.	42	V	Arriorum maleficorum inducta narratio. 7
Sorciariz mala inferūt aliquibus.	12	V	eneficium, quid sit. 50
Sortilegium, quid sit.	53	V	inea sola vnus, excussa tempestate remanet illæsa. 41
Sperma sit à toto corpore.	22	V	ulnera laserum in bellis comminationibus sanantur. 19
Spiritus bonus à malo quomodo discernatur.	20	V	trum licitum sit maleficorum auxilium implorare. 31
T		Y	
T		Y	Le, quid sit. 54
Onitrua, tempestates & grandines à maleficis commota.	10	Z	
Tractatus de superstitiosis quibusdam casibus. à pag. 7. vsque ad finem.		Z	Oroastes magicæ artis primus inuentor. 13
		Z	oroastes risit quando nascatur. 13

F I N I S.



F V S T I S  
D Æ M O N V M

A D I V R A T I O N E S  
F O R M I D A B I L E S, E T

potentissimas ad malignos spiritus  
effugandos de oppressis corporibus humanis,  
complectens.

A V T H O R E

R. P. F. Hieronymo Mengo Vitellianensi,  
Ordinis Minorum Regularis  
Observantiæ.

C V M I N D I C I B V S.

---

M. DC. XXI.



REVERENDISSIMO,

ILLVSTRISSIMOQVE

P. F. FRANCISCO GONZAGÆ

totius Ordinis Minorum Mini-  
stro Generali digniss.

FR. HIERONYMVS MENGVS

Vitellianensis Ord. Min. Reg. Obser.

S. D.



**A**PERTISSIMVM est (Reueren-  
dissime Pater) omnibus, qui ratione  
utuntur: & illis praesertim, qui diui-  
narum litterarum studijs inuigilant,  
homines eò perfectiores euadere, quo  
in eorum operibus diuina legis limiti-  
bus, naturaq; praeceptis adhaerere totis viribus conantur.  
Et quanto à minus perfecto ad magis perfectum in suis  
rebus gerendis accedunt, tanto inter homines praestantio-  
res, & excellentiores existimantur, atque à Deo Opt,  
Max. qui bona omnia largitur, premijs iustis donantur.  
Quis enim est perfecte litterarum studijs vacans, qui in  
hoc sapientum albo reponi ac describi non contendat? Ad  
quem scopum cum ego quoque omnium minimus semper col-  
limarim, qua potui ingenij mei mediocritate, praedicta insti-  
tuta sectans, nec ab eis ne latum quidem unguem recede-  
re volens (sola charitate amula, qua opera humana ad  
perfectum ducti) diuino munitus auxilio, libellos quosdam  
ad effugandos è corporibus obsessorum spiritus malignos  
composui, illosq; precibus amicorum deuictus, ac suadente

etiam temporum illorum necessitate, cui tunc non potui non compari: qua de re libellos ipsos, quale nostrum erat desiderium recognoscere plene non potui, typis excudendos tradidi. Quos cum maturitate pleniori perlegerim, ac diligenter considerauerim, variaeque mihi sese quotidie occasiones obtulerint, librum, qui *Fustis demonum* inscribitur, illis addidi, in quo nervis omnibus meis adhibitis ad cohibendas, opprimendisque vires Satanae, arma fortiora Exorcistis paravi. Et tanto maiora, & efficaciora remedia in eo descripsi, quanto ipsa infirmitas grauior, & periculosa magis semper exiit. Aversus quae (ianquam arma ad confringendam demonum audaciam potentissima) cum ignorarem non defuores aduersarios, qui *Luciferi* machinationibus, quibus nunquam haec, & alia huiusmodi opera oppugnare non desinet, excitati, opus ipsum viperino demerore tentarent, & mecum considerarem, cui patrono tutelam ipsius operis commendarem, qui à moribus pestiferis oblatrantium illud defenderet: tu, Reuerendiss. Generalis, inter alios, non sine maximis laudibus semper nuntiandae, occurristi, sub cuius clypeo liber hic protegendus in lucem prodiret, teque statim delegi. Nec immerito, cum tu hoc opus tueri, ac defendere facillime possis, quippe qui consilio, prudentique animi tui aequitate sic tegeris, ut omnes, cui ad te confugiunt, summa cum admiratione consolati recedant, & iustitia constanti subditos tuos quotidie reformando regis, ut peccatorum laqueis irretiti non maneant, à quibus fortassis ad instar spirituum infernorum opprimeretur, nisi cura, ac ingenti sollicitudine tua liberarentur. Nec tu aliqua admiratione affici debes, quod librum hunc tibi dicere ausus fuerim, quoniam cum mente peruoluerem ea, quae ab ipsis auctoribus fieri consueuerunt, dum libros suos alijs sacrant, tum in explicandis rationibus, quibus ad id faciendum moti fuerint: tum in extollenda illorum magnitudine, quibus ipsa opera commendantur, nullam

earum

earum mihi relinqui satis aperte pestepxi. Etenim rationibus inspectis, cum te summo cum honore, innumerisque meritis tuis, ad supremum Religionis nostrae fastigium breui tempore euectum esse, & Fratrum nostrorum Ministrum Generalem creatum fuisse cunctis notissimum sit: ratio potius reddenda esset, cur tuorum subditorum aliquis opera sua, cum tu caput & Princeps illorum existas, alijs te posthabito, deditet. Dotibus vero tuis, ac magnitudine, literarum manifestum est omnibus, quanta auctoritate, doctrina, prudentia, & generis claritate praestes, de quibus, si aliquod verbum facere vellem, esset, (ut aiunt) facibus solem adiuuare. Quare his ex industria omissis, hilari, ac serena fronte munus hoc meum, qualecunque sit, accipe. Leue quidem est, sed tanta est bonitas, & candor animi tui, ut illud aequi, bonique consulas: ob qua illud nomini tuo dicatum, edere non erubui, fretus fidissima, ac tutissima tutela tua, & ut meam erga te obseruantiam, amorem, beneuolentiam, animique meum tibi perpetuo deuote testificarer.

Vale, Reuerendissime Pater, Ordinis nostri decus,

diuque felix uise. Datum Vitelliana in

aede *Dini Francisci*, Kalendis

Octobr. 1584.

\* 3

IOAN

IOANNES ANNIBALIS  
Bedulli I. C. Virellianensis.  
ad Exorcistas.

**E**Docuit Mengus mira vos arte Flagellum,  
Quo casus demon cedat, & ima petat.  
Nunc sacra pandens scriptura arcana dolavit  
Fustem, quo Satanas territus arma dabit:  
Quare hostem contra Mengi pugnate Flagello,  
Sistat: cogetur Fuste referre pedem.

INDEX PRIMVS OMNIVM  
Capitulorum, quæ continentur  
in hoc Fuste dæmonum.



- Dæmonibus corpora humana obsidentibus, animasque hominum sceleratorum se esse assidentibus minimè credendum fore, demonstratur: vbi etiam quædam hæresis prosternitur. cap. 1. p. 1.
- Conditiones, & naturas dæmonum Exorcista cognoscere debet, vt remedia illis opposita applicare valeat: vbi nonnulla dæmonum nomina à sacra Scriptura posita declarantur. cap. 2. 4
- Dæmones corpora humana vexantes: non esse animas hominum, nec illas transire de corpore in corpus, optimè demonstratur: vbi quædam hæresis prosternitur. cap. 3. 5
- Animas ante infusionem corporum non peccasse, & in corpora, vt in carcerem in pœnam peccati, inclusas minimè fuisse ostenditur. cap. 4. 6
- Licetum an sit aliquo modo pro sanitate acquirenda, ad sortilegos recurrere: & quomodo facturæ, seu instrumenta maleficialia destrui possint. cap. 5. 7
- Exorcistæ an possint, & debeant in nomine Christi, aliquem dæmonem in aliorum principem constituere, qui alios ex-cruciet: vbi etiam de eorum naturali potentia pulchrè tractatur. cap. 6. 9
- Dæmones ad preces maleficorum corpora humana vexare posse ostenditur, & rationes huic arti detrahentium tolluntur: vbi etiam agitur de scientia bonorum & malorum Angelorum. cap. 7. 11
- De apparitionibus, quibus dæmones in variis speciebus, obsessis apparere consueverunt, & quomodo à bonis discerni possint. cap. 8. 14
- Cut dæmones iniuriis, & opprobriis irritati, aliquando è corporibus obsessis abscedunt; cum corpora non habeant, in quibus pati possint. cap. 9. 15
- Dæmones miracula facere non possunt, licet miranda aliquando operentur. cap. 10. 20
- De causis, & modis, quibus dæmones corpora humana ingrediuntur: & de signis, effectibusque, quibus quis cognoscitur. \* 4

I N D E X.

tur daemoniacus. cap. 11.	23
De maleficiis, & signis: quibus quis cognoscitur esse daemoniacus, & maleficiatus. cap. 12.	25
De signis, quae apparere consueverunt, quando aliquis daemoniacus, & maleficiatus coniuratur: & de modo, quem tenet diabolus egrediendo e corporibus obsessis. cap. 13.	26
Daemones in corporibus humanis latere, grauissimasque infirmitates in homines introducere, & illos morte afficere posse, probatur: vbi etiam remedium necessarium describitur. cap. 14.	27
De quadam astutia, qua daemones e corporibus obsessis egredientes vtuntur, cum in Exorcistis praeualere non possunt, de remedio contra illam apponendo. cap. 15.	30
Daemones post liberationem obsessi, ad maleficia destruenda, quandoque in corpora iam vexata reingrediuntur: vbi de remedio illis applicando agitur. cap. 16.	31
De remediis contra daemones incubos, & succubos applicandis. cap. 17.	32
Instrumenta maleficialia a daemonibus, & maleficiis renouari, probatur: vbi etiam de remedio agitur. cap. 18.	33

*Finis Indicis Capitulorum.*

I N D E X

I N D E X S E C V N D V S O M N I V M  
R E R V M N O T A B I L I V M Q V A E  
continentur in sequentibus Capitulis  
huius Fustis.

A		
<b>A</b> ditorum a Christo datum hominibus. 18	Cauere debent fideles ab hac opinione. 7	
Admiratio quorundam contradicentium arti Exorcisticae. 11	Cauenda ab Exorcistis in coniuratione. 1	
Admiratio vera, qualis esse debeat. 20	Cave ne decipiaris verbis daemorum. 5	
Apparent sub diuersis speciebus horribilib. daemones. 23	Causae admirationis quales sint. 20	
Astucia quorundam daemorum egredientium. 30	Charitas Auctoris circa proximum. 34	
Astucia daemorum obsidentium corpora humana. 12	Censura diui Athanasij. 6	
Astutiae daemorum innumerales. 14	Censura concilij Bracharensis. 7	
B		
<b>B</b> ehemot, & Asmodei significata. 4	Christus pugnando, Luciferum captiuauit. 17	
Belial, nomen interpretatur. ibid.	Cognoscere naturas, & conditiones daemorum debet Exorcista. 3	
Bellum Luciferi contra Christum. 16	Condiciones miraculi declarantur. 21	
Belzebub, & Saranis declarantur. 4	Confutatur haeresis Albigenisium. 5	
Breue ex rebus benedictis fieri iubetur. 33	D	
C		
<b>C</b> asus mirabilis in ciuitate Bononiae. 29	<b>D</b> aemones an excommunicari possint, & quid contra eos excommunicatio operetur. 19	
Casus mirabilis in ciuitate Regij. 28	Daemones miracula facere quidam asserunt. 20	
Casus, qui auctori accidit. 31	Daemon relinquit hominem mortuum in sua apparitione. 14	
	Daemones quare non loquantur variis linguis temporibus nostris. 12	
	* 5 Damo	

I N D E X.

Dæmones potius mulieres, quam viros obsident, & quare. 13  
 Dæmones quare non manifestat peccata afflicti. ibid.  
 Dæmones valde abhorret memoriâ passionis Christi. 17  
 Dæmones quare honores appetant. 9  
 Dæmones quarant subvertere artem exorcizandi, & quare. ibid.  
 Dæmones è corporib. egressi reingrediuntur, & quare. 32  
 Dæmones incubi quomodo inuitis mulierib. vtatur. 33  
 Dæmones possibilitatè vtendi sua scientia perdidit. 12  
 Dæmones contra genus humanum colluctationem habent. 10  
 Dæmonis nomen quid significat. 3  
 Dæmones obediunt, quando à Deo coguntur. 13  
 Dæmon in opprobrijs irascitur. 14  
 Dæmones è corporibus egredientes quare à circumstantibus non videantur. 15  
 Dæmones non esse animas defunctorum, ostenditur. 2  
 Deceptio quorundam curiosorum. 13  
 Demeria Priscillianistarum. 6  
 Destruere instrumenta maleficialia est licitum. 9  
 Desegere peccata possunt dæmones. 11  
 Detractores coniurationis non desunt. 23  
 Detractores artis Exorcistiarum mali. 1  
 Detractores artis Exorcizandi. 1  
 Diuersa signa, quæ apparent in coniuratione. 26  
 Diuersas infirmitates causant dæmones in hominibus. 27  
 Diuersos effectus operantur dæmones in corpor. obsessis. 24  
 Diuersimodè dæmones corpora humana ingrediuntur. ibid.  
 Diuersimodè egrediuntur dæmones è corporibus obsessis. 27  
 Diuinæ permissionis mirabilis effectus. 28  
 Doctrina Scotica resolutis. 33  
 Documentum perutile Exorcistis hic describitur. 25  
 Dubitatio non frustra huic accidit. 39

**E**

Energumeni quidam liberari non possunt. 7  
 Error Tertulliani circa dæmones. 2  
 Error Origenis de peccato animarum. 6  
 Esu carnis hædina nõ continenti Energumeni. 25  
 Excommunicatio in dæmones quid sit. 33  
 Exemplum efficax contra aduersantes. 16  
 Exempla posita in malleo assignantur. 13  
 Experimentis credendum est. 13  
 Exterminatur hæresis Origenis. 6

Filios

I N D E X.

**F**

Filios diaboli quare Christus vocat Iudæos. 2.  
 Fratris Rufini ordinis Minorum exemplum. 15  
 Fructus coniurationis quales sint. 13  
 Furiosi efficiuntur Energumeni à dæmoni. quædoque 25

**G**

Genera dæmonum ab auctore posita. 4  
 Gratia Sacramenti confessionis quantum valeat contra dæmones. 30  
 Graue dispendium hominum hic narratur. 28  
 Grauis maleficorum malitia. ibid.  
 Grauissimas infirmitates introducit diabolus in corpora humana. 30  
 Guttur à dæmonibus in coniuratione constringitur. 27

**H**

Hæresis Albanensium enarratur. 5  
 Homines à dæmonibus præsentialiter, & potestatiuè vexari, quid sit. 28  
 Homines quare brutis animalibus comparentur. 2

**I**

Ignorantia quorundam dæmonum. 19  
 Imago maleficialis inuenitur. 29  
 Inconueniens maximum ex opinione Tertulliani. 2  
 Inconueniens maximum de incarnatione Christi. 7

**L**

Indurat dæmon hominem in sua apparitione. 14  
 Innumerabiles artes contra genus humanum habent dæmones. 23  
 Instrumentis maleficialibus vtuntur malefici. 8  
 Intentio destruentis maleficium qualis esse debet. 9  
 In vanum laborant medici circa maleficia. 29  
 Inuitis mulieribus dæmones vtuntur. 32  
 Irrisiones quare irrogantur dæmonibus. 19  
 Irritare debet Exorcista dæmones, & quare. 15  
 Iudæos quare Christus vocat filios diaboli. 2

**L**

Lacerant dæmones in suo ingressu corpora humana. 24  
 Latent dæmones infirmitatibus recti. 29  
 Later hic diuinum iudicium. ibid.  
 Latere quarunt dæmones in capillis. 31  
 Leuiatã, nomen exponitur. 4  
 Linguam propriam non habent dæmones. 18  
 Linguis omnium nationum loquantur dæmones. 19  
 Loca animabus deputata post mortem, describuntur. 3  
 Loquuntur dæmones quandoque mirabilia in obsessis corporibus. 27  
 Lucifer quare dicatur princeps dæmonum. 11  
 Lucifer cognouit incarnationem

I N D E X.

nem Verbi.	16	litatem.	34
<b>M</b> aleficia à dæmonibus deferuntur.	33	Miracula vera quæ dici possunt.	20
Maleficialia signa quomodo à naturalibus discernantur.	23	Miraculum contra naturam quale sit.	21
Malitia dæmonum contra genus humanum.	30	Miraculum supra naturam quale dicatur.	ibid.
Malitia dæmonum latetium.	ibid.	Monialis à dæmonio totaliter liberatur.	31
Maleficia interimunt quandoque homines.	28	Monialis à dæmonio stuprata.	33
Mammona princeps auaritiæ.	4	Muti quandoque efficiuntur homines à dæmonibus.	24
Manus attrahens diaboli ante Christi aduentum.	17	<b>N</b> omina dæmonum à diuina scriptura prolata.	4
Manus impellens diaboli qualis.	ibid.	Non fabula, sed verum narratur.	34
Minatur quidam spiritui in mundo.	18	Nota quanta dæmoniaci patiantur.	26
Mirabile secundum se quid sit.	20	<b>O</b> bservantur Lunæ reuolutiones in fabricandis maleficiis.	34
Mirabiles effectus operari possunt dæmones.	20	Obsessa à dæmonio in ciuitate Regij.	30
Mirabilia facere possunt dæmones, sed non miracula.	21	Obstinato animo Saul persequebatur Dauid.	24
Mirabilis casus hic enarratur.	18	Opera dæmonum quare admiranda apparent.	31
Mirabilis casus hic annotatur.	32	Opinio ardua, & nimis resoluta.	8
Miracula præter naturam quæ sunt, & quomodo fiant.	21	Ostenditur diabolus diuersimodè in corpore vexato.	27
Miracula Dei per publicam iustitiam fiunt.	22	<b>P</b> acta maleficorum cum dæmonibus.	8
Miracula vera quomodo discerni possint, & in quo à falsis differant.	22	Pactum in omni maleficio concurrit inter dæmonem, & maleficum.	25
Miracula vera fiunt ad gloriam Dei, & proximi vti-			

I N D E X.

Perficere nituntur malefici, quæ professi sunt.	34	corpora humana ingrediantur.	25
Perit quod in aliud conuertitur.	2	Quod timet, illi aduenit.	28
Poculum propinarum animabus ab Auctore reiciuntur.	5	Quod vni non prodest, aliis iubtrahi non debet.	33
Positio opinantiam circa iniurias dæmonibus illatas.	15	<b>R</b> ationes contradicentium huic arti.	11
Potestas dæmonum super corpora assumpta qualis.	ibid.	Rationes notabiles huc affiguntur.	32
Potissima signa maleficiati quæ sint.	26	Rebus materialibus quidam dæmones mancipantur.	19
Potissimum signum presentie diaboli quale.	25	Recurrere ad sortilegos an sit licitum.	8
Potissimum signum dæmoniaci quare.	26	Remedium contra dæmones in capillis latentes.	31
Prælatio in dæmonibus inuenitur.	10	Remedia opponenda dæmonibus obsidentibus.	4
Prælatio dæmonum est à Deo.	ibid.	Remedium contra spiritus latentes in corporibus humanis.	29
Prælatio in dæmonibus non est iuridicè exercita.	ibid.	Remedium verum contra maleficia.	9
Presbyter maleficiatus in ciuitate Bononia.	34	Remedium aduersus dæmones.	32
Præuata inimicitia inter dæmones inueniuntur.	11	Remedia potissima contra incubos.	33
Pulcherrima confusio erroris Priscillianistarum.	7	Remedium contra insultus dæmonum.	34
Proprietates dæmonum enarrantur.	3	Renouat malefici instrumenta maleficialia.	ibid.
Pulchra doctrina ab exorcistis scienda.	ibid.	Responsio dæmonibus dauda ab exorcistis.	3
<b>Q</b> uæ cauenda sint ab exorcistis in coniuuratione.	1	Responsio dæmonis ad quendam exorcistam.	31
Quibus signis cognoscat maleficiatus.	26	<b>S</b> aluti humanæ laquei à dæmonibus parantur.	5
Quibus ex causis dæmones		Sanitas repente huc introducitur.	28
		Scientiam acceperunt Angeli in sua creatione.	12



I N D E X.

Seci opinio circa recursum  
ad fortilegos. 8

Sensibilia directè non agunt  
in spiritum. 29

Signa certissima dæmoniacy  
describuntur. 25

Signa sui recessus à dæmone  
quærat exorcista. 27

Signa maleficialia possunt ef-  
se communia. 23

Signa diabolicæ præsentia.  
26

Signa efficacia ad discernen-  
dum apparitiones veras à  
falsis. 14. 15

Signum evidens dæmoniacy  
describitur. 25

Spiritualiter dæmones cru-  
ciantur. 17

Spumant dæmoniacy à dæ-  
monibus coacti. 24

Srident dentibus sæpè à dæ-  
monibus vexari. ibid.

Succurrit Auctor cuidam  
Exorcista. 31

Subicit se Auctor, suaque  
opera pedibus S. Cath.  
Ecclesie. 35

T

**T**estimonium Auctoris  
in quodam casu 13

Timor cum effectu huic ad-  
uenit. 29

Tot sunt proprietates, quæ  
dæmones. 4

Tristitia dæmonum de vi-  
ctoria Christi. 15

V

**V**erba diuina quomodo  
sint accipienda. 1

Verba irrisua conferunt ad  
liberationem obsessi. 19

X

**X**p̄s pugnando Lucife-  
rum captiuit. 17


Xp̄i passionis memoria valde  
à dæmonibus abhorretur.  
ibid.

Xp̄s, quare vocat Iudæos fi-  
lios diaboli. 2

*Finis Indicis secundi.*

I N D E X

I N D E X T E R T I V S O M N I V M  
R E R V M N O T A B I L I V M, Q V Æ  
c o n t i n e n t u r i n E x o r c i s m i s  
h u i u s F u s t i s.

	<b>A</b>	Exorcismus primus contra dæmones. 35
	Abolutio ab Exor- cista fienda ma- leficiatis in ma- trimonio. 163	Exorcismus secundus magnus aduersus dæmones. 62
	Aquæ benedictio contra ma- leficium taciturnitatis. 172	Exorcismus tertius formida- bilis in malignos spiritus. 83
	<b>B</b>	Exorcismus quartus potentis- simus contra spiritus im- mundos. 105
	<b>B</b> eati omnes, qui timent Dominum. 168	Exorcismus quintus terribi- lis contra spiritus mali- gnos. 130
	Benedictio aquæ ad destruen- dam maleficium taciturni- tatis. 172	Exorcismus sextus potentis- simus, mirabilisque efficaciæ ad expellendas facturas, & maleficia, &c. 154
	<b>C</b>	Exorcismus septimus pro his qui in matrimonio impe- diuntur. 163
	<b>C</b> oniuratio ad cohibendas falsas lachrymas. 164	Exorcismus octauus contra maleficiū taciturnitatis. 172
	<b>D</b>	Exprobratio prima cōtra dæ- mones. 70
	<b>D</b> eprecatio Davidica con- tra malignos spiritus. pag. 148	Exprobratio secunda aduer- sus dæmones. 90
	Destructio maleficii coniugi- bus à maleficiis illati. 170	Exprobratio tertia cōtra ma- lignos spiritus. 94
	<b>E</b>	Exprobratio quarta in mali- gnos spiritus. 124
	<b>E</b> vangeliū: In principio erat verbum. 37	Exprobratio quinta aduersus dæmones. 144
	Euang. Recumbentibus vn- decim discipulis. 63	<b>I</b>
	Euang. Egressus Iesus secessit in partes Tiri. 84	<b>I</b> mprecatio in spiritus mali- gnos opprimentes cor- pora humana. 87
	Euang. Respondens vnus de turba dixit. 106	Impro
	Euang. Erat Iesus eiiciens dæ- monium. 131	
	Euang. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. 166	



I N D E X.

Impropria contra demones  
obsidentes corpora huma-  
na. 123

Irisiones aduersus spiritus  
vexantes corpora humana.  
ibid.

M

Modus ligandi stolam ad  
collum vexari. 37

Modus ligandi potestatem  
demonum obsidentium  
corpora humana. 155

Modus soluendi maleficia-  
rum. 58

Modus vngendi maleficiatos  
in matrimonio. 163

Modus bibendi aquam bene-  
dictam contra maleficium  
taciturnitatis. 175

O

Opprobria contra mali-  
gnos spiritus oppri-  
mentes corpora humana.  
41. & 123

Ordo benedicendi aquam  
contra maleficium taciturni-  
tatis. 161

Oratio Dauidica contra ma-  
lignos spiritus. 148

P

Præcepta facienda spiritibus  
fauentibus, & ob-  
sidentibus. 35

Q

Quædam mala dama-  
torum enarrantur.  
120. 130. 135. 136. 138.  
140. & 141.

R

Remedium pro his, qui  
in matrimonio impe-  
diuntur. 163

Remedium cōtra maleficium  
taciturnitatis. 170

S

Solutio maleficorum ab  
Exorcistis fienda. 58

Solutio fienda maleficiato in  
matrimonio. 170

F I N I S.



EVSTIS DÆMONVM  
AD MALIGNOS SPIRITVS  
effugandos de oppressis corporibus, do-  
ctrinam pulcherrimam, & valdè neces-  
sariam Exorcistis, continens.

AUCTORE R. P. F. HIERONYMO  
MENO VITELLIANENSI,  
Ordinis Minorum Regularis  
Obersuantia.

CAPIT PRIMUM.

*Demonibus corpora humana obsidentibus, animasq; ho-  
minum sceleratorum se esse asserentibus, minime cre-  
dendum fore demonstratur: ubi etiam quadam here-  
sis prostermitur.*



DEBET Exorcista præcauere, ne credat spi-  
ritui immundo, dicenti se esse animam ali-  
cuius scelerati hominis (quod sæpè solent  
asserere) vt inducant homines in illam hæ-  
resim, quæ asserit, animas sceleratorum ho-  
minū post mortem in demones, & in qua-

Cuenda  
ab Exor-  
cistis in  
coniura-  
tione.

cunque animalia bruta, suis meritis congrua, conuerti: quam  
Augustinus libro de hæresibus, cap. 86. Tertulliano impingit.  
Quid autem Tertullianum mouere potuerit, vt in hunc er-  
rorem laboretur, certè non video, nisi fortè illud, quod Domi-  
nus apud Ioannem Iudæis pessimis loquens, ait: Vos ex pa-  
tre diabolo estis. Et de transmutatione in pecudes, qui eam  
tutantur, fortè mouentur ex eo, quod Ioannes Baptista ait:  
Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ven-  
tura ira? Quæ parùm mouere deberent virum mediocriter  
doctum: præcipuè si consideraret, non omnia sacræ Scriptu-  
ræ verba sumenda esse iuxta solam Grammaticæ nudam si-  
gnificationem. Sacra enim Scriptura plena est metaphoris,  
a alisque

Error Ter-  
tulliani  
circa de-  
mones,

Verba di-  
uina quo-  
modo sint  
accipenda.

aliisque figuratis locutionibus: in quibus propter aliquarum rerum inter se conuenientiam, nomen vnius pro nomine alterius ponitur: vt cum Christus vocatur Leo, aut Agnus: non quod vtrumque horum sit, immò cum neutrum eorum sit, vtrumque tamen dicitur ex quadam similitudine: eò quod vtrique eorum aliquid simile habet. Sic etiam homines aliquando vocantur iumenta, propter eorum mores, quos iumentis similes habent. Progenies ergo viperarum vocantur Iudæi à Ioanne Baptista: eò quod sicut illæ (vt fertur) occidentes matres suas nascuntur: sic illi, postquam patres, hoc est, magistros, & prophetas occiderunt, tunc penitentiam agentes spiritualiter nascuntur. Hoc etiam modo accipiendum est verbum Christi. Vos ex patre diabolo estis: vt non iuxta naturam, esse diaboli filios intelligantur, sed iuxta mores, in quibus filij parentes imitantur: Nam cuius opera quisque facit, eius & filius vocatur. Quod ex eo conuincitur, quod Iudæis dicentibus patrem suum Abraham, Christus respondit: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Ad hunc autem errorem conuincendum satis est efficax illud testimonium, Matth. 23. vbi Christus hominibus parum misericordibus minatur se dicturum in die Iudicij: Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo, & angelis eius. Ex quibus verbis ostenditur, discrimen esse inter animas malorum hominum, & demones. Et in libro Sapientiæ dicitur. Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses: aut quod à te vocatum non est, conseruaretur? Pareis autem omnibus, quia tua sunt: quia amas animas, conseruas. Sed quomodo conseruaret animas, si in demones aliquando conuerterentur? Nam id, quod vertitur in aliud, petire necesse est, vt vertatur in illud. Sequeretur etiam aliud maximum inconueniens, quod anima esset mortalis: quod tamen Tertullianus simul cum fide Catholica negat. Nam id, quod in aliud conuertitur, tunc corrumpitur, cum vertitur in illud: vt cum vinum vertitur in acetum, desinit esse vinum: aut ac cum conuertitur in aquam, desinit esse ac. Si ergo anima in demonem conuertitur, aut in pecudem, necesse est, vt in hac versione anima desinat esse: & per consequens erit mortalis: quod esse erroneum, nulli dubium est. Conuincitur etiam euidentissimè ex præmio bonorum, & malorum, hanc sententiam esse falsam: de quibus loquitur Christus, dicens: Ibunt hi, scilicet iusti, in vitam æternam: illi autem, id est, peccatores, in ignem æternum. Æternum autem esse non potest, quod aliquando finietur. Ex his omnibus patet, quid

respon-

respondendum sit demonibus hæc asserentibus: quod scilicet hoc sit falsum, & hæreticum, & contra determinationem S. R. E. Et prædicare debet Exorcista circumstantibus, hoc omnino non esse credendum: quinimò fugiendum, & ab omnibus Christi fidelibus damoandum, vt hæreticum & quid inuentum à diabolo. Et nota, quod hoc dictum: Ego sum spiritus talis, vel talis hominis, potest habere duplicem sensum: quod scilicet spiritus immundus, qui loquitur in corpore vexato, sit spiritus talis hominis, id est, quod sit anima ipsius: & hoc sine dubio est erroneum: quia quotiescunque anima per mortem ab aliquo corpore discedit, ad aliquem illorum locorum pergit, de quibus locuti sumus libro 2. nostri Compensij, capit. 12. Alio modo potest intelligi, quod scilicet sit spiritus malus datus in exercitium illi homini, de quo fit sermo, & hoc potest esse verum: quia relicto illo corpore, potest ingredi aliquod corpus, causa vexandi illud, & loqui ista verba per os patientis.

Pulchra  
doctrina  
scieda ab  
exorcistis.

Vbi loca  
animabus  
post mor-  
tem depu-  
tata, de-  
scribuntur.

## CAP. II.

*Conditiones, & naturas demonum Exorcista cognoscere debet, vt remedia illis opposita applicare valeat: vbi nonnulla demonum nomina à sacra Scriptura exemplariter posita declarantur.*

Exorcista conari pro posse debet, vt in applicando remedia spiritualia cuiusque spiritus immundo, cognoscat naturas, seu conditiones cuiuslibet demonis existentis in corpore vexatis, quantum poterit, vt cum Dei adiutorio facilius Energumenum liberare possit. Pro cuius faciliore declaratione est sciendum, vt diximus in nostro vulgari Compensio, lib. primo, cap. 5. quod sicut multæ sunt species demonum, sic etiam diuersæ sunt conditiones, seu proprietates eorum: quia aliqui præfident, seu assistunt peccato superbia, quidam peccato gula, alij peccato avaritiæ, nonnulli peccato luxuriæ, & sic de singulis peccatis mortalibus. Et, ne hoc tibi videatur voluntariè dictum, afferam in medium aliqua nomina demonum, quæ continentur in sacra Scriptura: Nam licet vnum, & idem nomen, scilicet diabolus, multipliciter in Scripturis exprimat, tamen propter eorum diuersas proprietates his immundis operibus vnus præfideat dicitur vni vitio, & alius alteri. Diuina autem Scripturæ

Cognosce-  
re naturas,  
& condi-  
tiones de-  
monum  
Exorcista  
debet.  
Proprieta-  
tes demo-  
num enar-  
rantur.

Iudæos  
quare  
Christus  
voceat fi-  
lios diabo-  
li.

Dæmones  
non esse  
animas  
defunctorum  
ostenditur.

Perit quod  
in aliud  
conuertitur.

Inconueniens  
maximum ex  
opinionem  
Tertulliani.

Nomina  
demonum  
à diuina  
Scriptura  
prolata.

Beelzebub & Sa-  
tanus de-  
claratur.

Leuitatem  
nomen ex-  
ponitur.

Mammo-  
na prin-  
ceps Au-  
aritia.

Genera  
demonum  
ab auctore  
posita.

vsus conuenit quemlibet immundum spiritum nominare diabolum, à dia, quod est duo, & bolus, quod est morsellus: quia duo occidit, corpus scilicet & animam. Nominatur etiam demon, id est sanguineus sitiens, scilicet super peccata, quæ sitit, & procurat. Quandoque nominatur Belial, quod interpretatur, absque iugo, vel absque domino: quia pro posse pugnat contra eum, cui deberet esse subiectus. Aliquando vocatur Beelzebub, quod interpretatur, vir muscarum, id est animarum peccatum, quæ reliquerunt verum sponsum Christum. Vocatur etiam Satanas, id est aduersarius: quia semper aduersatur nostræ salutis. Aliquando nominatur Behemot, id est bestia: quia homines bestiales facit. Vocatur quoque demon fornicationis, & princeps illius spurcitæ Asmodeus, quod interpretatur, factura iudicij: quia propter huiusmodi vitium factum fuit terribile iudicium super Sodomam, & quatuor alias ciuitates. Sic demon superbia dicitur Leuitatem: quia tentauit primos parentes de superbia: promittens eis additamentum dignitatis, & idè interpretatur, additamentum. Denique demon auaritiæ dicitur Mammona, sicut expressit Christus Matt. 6. quando dixit. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Sed quia pauca nomina, & proprietates hic sunt expressa, idè Exorcista poterit querere à quolibet demone nomen proprium, & proprietatem suam, & cui peccato præsideat, & si inuenierit ipsum regnantem super superbiam, opponat illi humilitatem, & orationem, quæ spiritum Deo humiliat. Si super auaritiam, opponat elemosynam, & liberalitatem. Si super luxuriam, opponat castitatem. Si super gulam, opponat abstinentiam. Si super iram, opponat mansuetudinem: & sic singulis aliis peccatis apponat singula, & propria remedia, quæ prudens Exorcista per se inuenire poterit, secundum diuersas conditiones, & proprietates existentes in demonibus obsidentibus, quas enarrare difficile foret, cum tot sint proprietates, quot demones. De remediis autem eorum, qui varia maleficia patiuntur, locuti sumus in Compendio nostro vulgari. lib. 3. idè hic super sedebat. Poterit etiam prudens Exorcista legere totum illud cap. 5. supra allegatum, vbi inueniet illa genera demonum cum suis proprietatibus: & singulis singula remedia apponere, quoties inuenierit aliquem demonem obsidentem esse ex illis generibus: quia de singularibus non potest dari regula vniuersalis.

*Dæmones, corpora humana vexantes, non esse animas hominum defunctorum: nec illas transire de corpore in corpus, optimè demonstratur. Vbi quædam hæresis exterminatur.*

Quia dæmones in huius vite nostræ cursu, omnibus modis, nobis aduersantur, idè conantur quoquo modo humane salutis laqueos præparare: quod præcipue, disseminando errores contra immaculatam fidem Catholicam faciunt, vt illis ieretici homines, cadant in immane præcipitium damnationis æternæ. Idè ne Exorcistæ decipiantur verbis dæmonum obsidentium corpora humana, præcauere debent, ne illo pacto credant illis, quando ex se loquuntur, & maxime quando affirmant se esse animam alicuius hominis defuncti, quod sæpè asserere conueniunt, vt homines in illam hæresim inducant, quæ asserit, animas transire de corpore in corpus, ita vt post vitæ humane mortem, anima illius ad aliud corpus vegetandum, atque fouendum transeat. Et hæc fuit sententia Pythagoræ cui impij Albanenses adhaerent. Eandem etiam hæresim postea amplexati sunt Albigenes hæretici sic dicti, quoniam ex Comitatu Albigeni propè Tholosam orti sunt tempore Innocentij Papæ huius nominis tertij. Quam sententiam, seclusa adhuc fide, & sola naturali ratione ductus facile quisque deseret, si consideret illam asserere, animas nihil omnino eorum, quæ antè fuerunt, meminisse. Oportebat siquidem eos meminisse eorum, quæ antè facta sunt. Neque verisimile est, vt hoc imputetur corpori, ita vt corporis admixtio vniuersam ipsorum, quæ antè habitauerant, in totum extinguat memoriam. Sicut enim, in soporato, & quiescente corpore, quæcunque anima apud se sola vider, horum plura remiſcitur, atque sæpè post multum temporis, ea, quæ per somnium viderat, & vigilans annunciat, sic etiam reminisceretur illorum, quæ antequàm in hoc corpus veniret, in alio corpore egerat. Quod si quis forè Platonem imitatus, dicat, cum in aliud corpus animæ transfunduntur, eas obliuionis quoddam poculum à nescio quo demone oblatum bibere, quo euenit (vt ait Plato) vt præteritorum non recordentur. Hoc certè magis videretur Poëtarum figmentum, quàm Philosophorum, & multò minùs Theologorum doctrina. Si enim obliuionis poculum anima bibit, quod in ea omnium rerum deleat memoriam: vnde ergo scit Plato animam suam à demone potatam fuisse, cum anima eius

Saluti hu-  
mane la-  
quei à dæ-  
monibus  
parantur.

Hæresis  
Albigen-  
sum enar-  
ratur.

Cōfutar  
hæresis Al-  
bigenium.

Poculum  
animabus  
propinatum,  
reſicitur  
ab auctore.

nunc sit in secundo corpore, & per hoc ex illo obliuionis poculo potasse, oportet, vt etiam illius poculi perdidit memoriam, & per consequens se potatam fuisse non recordetur. Quod si poculi illius obliuiscitur, vnde ergo nunc scit se olim fuisse potatam? Si enim dæmonem, & poculum, & introitum in corpus reminiscitur, cur non etiam reliquorum commemoratur? Ex quo aperte conuincitur, hanc doctrinam non solum à fide Catholica, sed etiam à vera philosophia esse alienam. Quod manifestè ostendit B. Athanasius in lib. quem edidit de Filio Dei, lib. sexto dicens: Si quis confiteatur animas hominum in reuolutione rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus, verti, anathema sit. Propterea Exorcistæ sunt cauti, hæc à dæmonibus audientes, ne nimis credentes, in hunc errorem labantur: quiniuo omnibus viribus conentur, omnia ista auferre à cordibus fidelium, tanquam falsâ, hæretica, & ab Ecclesia Catholica, ac sanctis Patribus damnata.

Censura  
dini Atha-  
nasilij.

CAP. IIII.

*Animas ante infusionem corporum non peccasse, & in corpora, vt in carcerem, in pœnam peccati inclusas minime fuisse, ostenditur.*

Nec minus debet Exorcista percauere ab illa hæresi, quæ solet disseminari ab ipsis immundis spiritibus existentibus in corporibus obsessis, quæ asserit, animas ante infusionem corporis peccasse, & in pœnam peccati in corpora, tanquam in carcerem, fuisse inclusas. Huius erroris auctor fuit Origenes, vt illi impingit Epiphanius in epistola ad Ioannem Episcopum Herosolymitanum, quæ reperitur inter opera Diui Hieronymi, tomo quarto, & Theophylus Alexandrinus. Hanc hæresim postea tutatus est Priscillianus hæreticus, qui ex omnium hæreticorum sentina hæreses hausit, vt dicit Leo Papa in Epistola ad Altoricensem Episcopum. Quæ hæresis multis rationibus prostermitur. Primo ostenditur falsitas illius de anima Christi, quæ nunquam peccauit, nec per consequens dicendum est, eam propter peccatum, in corpus, velat in carcerem, fuisse detrusam. Qualiter enim ipse liberare omnes à peccato poterat, si anima eius peccato obnoxia, in pœnam peccati, carceri fuisset mancipata? Preterea cum iuxta Apostolum, in resurrectione, mortale hoc corpus induat immortalitatem, vt corpus, sicut & anima, congruum suis meritis primum accipiat: quæ est hæc dementia, dicere, corpus esse animæ carcerem, datum illi

Error  
Origenis  
de peccato  
animarū.

Extermi-  
natur hæ-  
resis Ori-  
genis.

Dementia  
Priscillia-  
nistarum.

in pœnam? Tunc enim resurrectio non esset animæ beatæ in requiem, sed in pœnam, cum per illam cogeretur iterum redire ad carcerem, vnde semel liberata fuerat: & ita frustra esset corporum resurrectio si expediret animabus absque grauitate corporum ad Cælum leuius subuolare. Rursus si corpus esset animæ in carcerem, & in pœnam, nullo pacto illud anima diligeret, nec ab eo separari doleret, vel villo modo ad illud redire velleret: quæ omnia experimento probantur esse falsa: & horum vltimum improbat Paulus, dicens: Nolumus expoliari: sed superueltiri. Vbi corpus magis Paulus appellat vestem, quàm carcerem. Et naturalem animæ ad illud inclinationem docet, cum dicit: Nolumus expoliari: sed superueltiri. Hoc est, refugimus, & horremus corporis miseram conditionem, non autem ipsum corpus: quapropter nolumus simpliciter corpore carere, sed corporis miseris, & calamitatibus: vellemus autem corpore renouato vestiri, quale erit in resurrectione. Preterea si animæ peccauerunt extra corpora, & in illa, velut in carcerem, fuerunt incluse, oportebat, vt Saluator ipse, qui pro hominibus liberandis venerat, corpus non allian: pisset, cum animæ sine corpore peccauerint. Oporteret etiam, vt animas de corporibus liberaret eo tempore, quando in baptisinate peccata dimittit, statimque baptizatum de carcere corporis liberaret, cum dicat, corpus solum in peccati pœnam fuisse productum, animæque datum. Inuitum est enim, vt anima à peccato liberata, nihilominus adhuc carceri mancipetur. Hæ rationes, & aliæ multæ, quæ possent adduci, quas breuitatis causa omitto, istum, vt peraciosissimum errorem, non solum ab Exorcistis, sed etiam ab omnibus Christianis esse detestandum ostendant: sic docet Concilium primum Bracarense, c. 6. suorum decretorum, dicens: Si quis animas humanas dixit prius in celesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terras deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

Pulcher-  
rime con-  
futatio er-  
roris Pri-  
scillianista-  
rum.

Incom-  
mensu-  
rimum de  
incarna-  
tione  
Christi ex  
ista posi-  
tione ori-  
tur.

Censura  
Concilij  
Bracaren-  
sis.

CAP. V.

*Licitum an sit aliquo modo pro sanitate acquirenda, ad sortilegos recurrere, & quomodo factura, seu instrumenta maleficialia destrui possint.*

Quia sæpe contingit Exorcistis habere præ manibus alios quos Energumenos, & maleficialios, quos (Diuina iubente, seu permittente voluntate) non possunt liberare: aliquis possit querere, quid in hoc sit agendum, quando per Exorcistinos non potest haberi sanitas: idcirco ne Exorcistæ cacu-

Energu-  
menum qui-  
dam libe-  
rari non  
possunt.

tientes incidant in errorem, aduertere debent ad illa impedi-  
menta posita in nostro Flagello c. 17. & remouere illa, tam ex  
parte sua, quam ex parte patientis. Et si his omnibus remotis,  
adhuc sanitas non possit haberi, adhibeant omnia illa reme-

Recurrere  
ad for-  
tilegos an  
sit licitum.

dia, quae posuimus in tertio lib. nostri Compendij, cap. 5. Au-  
tarem post applicationem horum omnium, licitum sit recur-  
rere ad fortilegos pro sanitate habenda: diuersi diuersa dixere.  
Quidam dixerunt, quod sic, dummodo infirmus non in-  
ducat fortilegum ad aliquod maleficium peragendum: quia (vt  
ipsi dicunt) licet mihi vti malo alterius ad bonum meum: &  
exemplificat de usurario, qui semper est paratus foenerari.  
Haec opinio, etsi falsiatur aliquibus rationibus, quae videntur  
habere aliquam apparentiam: quia tamen à multis impugna-  
tur, & videtur causa, seu occasio errandi, ideo tanquam pericu-  
losa fugienda est, ne sit aliquibus in ruinam. Alij dicunt sine  
aliqua distinctione, quod nullo modo possumus habere recur-  
sum ad fortilegos pro sanitate habenda, & quod potius omnia  
mala, etiam mortem, sustinere debemus, quam vti eorum  
suffragio. cum nullo modo sint facienda mala, id est, peccata,  
vt eueniat bona. Quae opinio, etsi sit ardua, tamen est securior:  
quia ponit suos sequaces in parte tutiori, ne scilicet exponan-  
tur periculo mortalis peccati, & propriae damnationis. Alia est

Scoti opi-  
nio circa  
recursum  
ad fortile-  
gos.

opinio, & videtur Scotistarum, quae tenet medium inter pra-  
nominatas opiniones, & dicit, quod licet aliquomodo recur-  
rere ad fortilegos, seu maleficos pro sanitate recuperanda. Pro  
cuius ampliori declaratione est sciendum, quod malefici in  
fabricandis suis maleficiis, vt plurimum vtuntur aliquo si-  
gno maleficali extrinseco, quod semper est res vilis, & nul-  
lius valoris, & vocatur instrumentum maleficiale, eo quod fa-  
bricando maleficia interuenit istud signum. Nam malefici ha-  
bent demones ad malum sibi paratos: & quoties volunt fabri-  
care aliquod maleficium, vocant illos, & habentes pacta, & con-  
uentiones, assignant illis talia in pacto, vt quandiu durabit ta-  
le signum, tandiu talis, vel talis persona crucietur, tali, seu tali  
loco: & quod amoto signo, seu instrumento maleficali, amo-  
neatur etiam laesio facta ab illo demone. Consecuerunt etiam  
malefici abscondere tale signum, ne de facili possit inueniri,  
& amoueri ab aliquo. Ad propositum, nostrum, quis dubitat,  
maleficium absque nouo pacto cura demone, posse destrue-  
re illud signum & remouere laesionem ex pacto à demone  
inlicitam? Dico ergo, quod hoc modo recurrere ad illos, vt  
scilicet destruant illud signum sine nouo pacto, non esse illicitum.  
Et hoc est, quod dicit Scotus in 4. distin. 34. quest. 1. artic.

Pacta ma-  
leficorum  
cum da-  
emonibus.

Doctrina  
Scoticarum  
soluendi  
qua.

et

& haec sunt verba formalia eius. Secunda impotentia fit per  
malignos spiritus, qui habentes pactiones cum hominibus, ser-  
uant promissa, non quia veraces: sed vt alij eis adharcant:  
quia si nulla pacta seruarent, nulli eis seruirent: & vt illi, qui-  
bus seruant promissa, eos colant. Nam ex superbia sua prae-  
cipue appetunt honores diuinos. Deus etiam permittit eos exer-  
cere potentiam suam ad impediendam aliquos ab aliquibus  
actibus, quos perficere possent, si non essent impediti: & hoc  
vel propter peccata eorum, vel propter aliquam aliam causam  
occaltam: & hoc modo Maga habens pactum cum demone,  
procurat ab eo, vt istum impediatur à tali actu, cum tali mulie-  
re, quandiu tale maleficium perseuerat, puta acus curuata ab  
aliqua, & huiusmodi. Et post pauca dicit. Si per orationes San-  
ctorum impediatur virtus demonis, bene fit: si tamen Deus  
illos non exaudiat, tunc si sciretur maleficium, destrueretur,  
demon non fatigaret eum amplius: quia ex pacto non assistit,  
nisi dum durat aliquod signum. Ex hoc patet, quod trufatica  
est illa questio, an licet tollere maleficium intentione curan-  
di maleficiatum: non enim solum licet, sed etiam est meri-  
torium destruere opera diaboli. Nec in hoc est aliqua infide-  
litas: quia destruens non acquiescit operibus malignis, sed  
credit demonem posse, & velle fatigare, dum tale signum du-  
rat: & destructio talis signi imponit finem tali vexationi. Ex  
quibus verbis patet, quod ire ad maleficos, vt destruant talia  
signa causa recuperandi perditam sanitatem, non est illicitum,  
dummodo non fiat aliqua alia supersticio, aut vana ob-  
seruatio, quando destruantur.

Demonet  
quare ho-  
nores ap-  
petant.

Remediū  
verum  
contra  
maleficia;

Intentio  
destruen-  
di malefi-  
cium qualis  
esse debet,

CAP. VI.

*Exorcista an possint, & debeant in nomine Christi, ali-  
quem demonem in aliorum principem constituere, qui  
alios exorcizet: vbi de eorum naturali potentia pulchre  
trahatur.*

Q Via ars, seu exercitium adiugandi demones obidentes  
corpora humana, supra modum displicet illis, ideo mo-  
dis omnibus, quibus possunt, conantur illam subuertere, ne  
illa mediante, obsessi liberentur tam à spirituali, quam à cor-  
porali eorum vexatione. Et propter hoc quaerunt diffamare  
Exorcistas, vt radio, ac tribulationibus affecti, dimittant hoc  
spirituale exercitium. Quod saepe euenit propter pusillanimi-  
tatem eorum, qui nescientes fraudes demonum, destituntur  
animo exorcizandi, videntes aliquos despiciere, & deridere  
omnia, quae agunt circa hoc exercitium. Consecuerunt enim

Demones  
quaerunt  
subuerte-  
re artem  
Exorcizandi, &  
quare.

Detractio  
resortis  
conci-  
andi.

ista (vt ita dicam) instrumenta diaboli impugnare, quod Exorcistæ in nomine Christi constituunt aliquem dæmonem Principem in corpore vexato, qui ad imperium eorum eiciat dæmones vexantes illud corpus: & ad instar Iudæorum blasphemantium opera Christi Iesu, dicunt Exorcistam in Belzebut virtute eicere dæmonia: addentes, quod vnus dæmon non potest eicere alium, cum non habeat imperium super eum. Pro cuius responsione est notandum, secundam D. Bonauenturam in 2. distinctione 6. questione vltima, & Ricardum de Mediauilla, vbi supra, distinctione 9. articulo 3. questione prima, quod inter dæmones est prælatio, sicut dicit Magister Sententiarum lib. 2. dist. 6. qua mediante, alij imperant, & alij obediunt: & hoc satis videtur probabile, tum quia filij tenebrarum quodammodo imitari conantur (licet falso, & imperfectè) filios lucis. Vnde sicut vident angelos bonos ordinatè sua officia exequi secundum imperia sapientiorum, & maio-

Dæmones  
contra ge-  
nus hum.  
collucta-  
tionem  
habent.

rum, similiter ipsi sua maleficia faciunt. Tum etiam filij tenebrarum prudentissimi sunt in generatione sua; & quia habent colluctationem aduersus genus humanum, & regimè, seu regnum eorum: & exercitus, si esset dimissus, & sine capite non posset stare, ideo sicut homines præstantes in eodem exercitu, quantuncunque sint adinuicem inimici, tamen propter odium inimicorum libenter subiacent duci imperati, & habent multos proprios, & vnum principalem ducem, sic credendum est esse in dæmonibus. Et hæc prælatio non est eiectione, nec

Prælatio  
dæmonum  
est à Deo.

violentiâ: sed credo, quod natura, & diuina institutione. Sua enim conditione data est eis vis ministratiua, & potentior vni, quam alteri. Vnde & Deus ordinauit vt minus potentes, & sapientes, magis potentibus, & sapientibus subessent in ministrando. Et Hugo dicit, quod id in malum ministerium exerceat, quod perficiendum acceperunt, & ita sibi inuicem præsuat, sicut præstent, si essent boni: & cum cessabit status ministerij, cessabit status prælationis. Sed ista prælatio non est de iure, quia cum ipsi dæmones suis subditis nihil præcipiant, nisi contra ius, eò quod ruperunt ius, & dissipauerunt fœdus, ideo nulla manet ibi iuris obligatio, sed solum maleuola confederatio, qua mediante, quicquid præcipiunt, contra Dei voluntatem præcipere intendunt, & ad malum faciunt. Est etiam ibi prælatio de facto: quia illis, quos vident nobiliores in natura, strenuiores in potentia, & subtiliores in malitia, alij obediunt: sed ex odio (vt dixi) quod habent contra genus humanum, vt sic obediēt, ipsi omnes simul fortiores exercitum constituunt contra virtutes, & genus humanum.

Prælatio  
in demoni-  
bus non  
est iuri-  
dicè exer-  
citi.

Et quia in vno eorum, scilicet Lucifero, nobilior est natura, strenuior potentia, & subtilior malitia, quam in aliquo alio, ideo alij omnes illi obediunt. Et ideo glossa super illud 1. Cor. 15. Cum euacuauerit omnem principatum, dicit: Dum durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præstant. Habent tamen priuatas inimicitias inter se, quibus adinuicem pugnant, ita quod vnus conatur aduersus alterum, & semper præesse alij desiderat. De hac autem maioritate, & superioritate dæmonum, vide Compendium nostrum, lib. 1. c. 4. per totum. Stante ergo inter eos ista discordia, & ambitione, quis audet asserere illos respuere principatum sibi datum ab Exorcistis super alios dæmones causa iudicandi eos è corporibus obsessis? Quin imò illum affectant maximo desiderio. Ideò taceant, qui detrahunt Exorcistis, ne verbis suis malignis impediant hanc charitatem, quæ inter omnia misericordiarum opera, vt singularis, necessaria est. Cur enim, si in Christi nomine Sacerdos, seu Exorcista præcipit dæmonibus existentibus in corporibus humanis omnia pertinentia ad eorum expulsionem, non poterit etiam imperare alieni, vt exerceat spiritus sibi inobedientes? Licet igitur Exorcistis hoc facere, non curiositatis causa, sed desiderio liberandi vexatum à dæmone.

Lucifer  
quare dicitur  
princeps  
dæmonū.

Detractio  
artis Exor-  
cisticæ,  
mala.

## CAP. VII.

*Dæmones ad preces maleficorum, corpora humana vexare posse ostenditur: & rationes detrahentium de hac arte soluentur: vbi etiam agitur de scientia bonorum, & malorum Angelorum.*

Conueuerunt aliqui admirari, videntes quosdam homines bonæ, ac sanctæ vitæ corporaliter à spiritibus immundis vexari: quod illis euenit ex eorum ignorantia: quia nesciunt, qua de causa hoc Deus permittat. Et cum audiūt hoc veri ad preces maleficorum, nullo pacto credere, nec audire volunt: quinimò omnibus viribus suis huic positioni contradicunt, atque aduersantur, negantes hac nostra tempestate inueniri Energumenos. Quod etiam multis rationibus conantur probare: quarum prima est ista. Si verè hic, aut ille homo vexaretur à spiritibus immundis (cum spiritus, à quibus vexantur, sint sapientes) loqueretur Latine, Græcè, Hebraicè, Germanicè, Gallicè, & multis aliis linguis, etiam si vexatus est idiota: & facerent alia quamplura opera hominibus impossibilia. Secundò scirent propalare peccata occulta, & reuelare tam ea, quæ in partibus longisquis fiunt quam quæ in locis

Admiratio  
quorundam  
contradictio  
centium  
arti Exor-  
cisticæ.

Rationes  
contradictio  
centium  
huic arti.  
Detegere  
peccata an  
possint  
dæmones.

Deuotio-  
resoris  
exerci-  
tandi.

ista (vt ita dicam) instrumenta diaboli impugnare, quod Exorcista in nomine Christi conueniant aliquem demonem Principem in corpore vexato, qui ad imperium eorum eiciat demones vexantes illud corpus: & ad istar Iudaeorum blasphemantium opera Christi lesu, dicitur Exorcistam in Belzebut virtute eicere demonia: addentes, quod vnus demon non potest eicere alium, cum non habeat imperium super eum. Pro cuius responsione est notandum, secundum D. Bonaucuram in 2. distinctione 6. questione vltima, & Ricardum de Mediauilla, vbi supra, distinctione 9. articulo 3. questione prima, quod inter demones est prelatio, sicut dicit Magister Sententiarum lib. 2. dist. 6. qua mediante, alij imperant, & alij obediunt: & hoc satis videtur probabile, tum quia filij tenebrarum quodammodo imitari conantur (licet falso, & imperfectè) filios lucis. Vnde sicut vident angelos bonos ordinare sua officia exequi secundum imperia sapientiorum, & maiorum, similiter ipsi sua maleficia faciunt. Tum etiam filij tenebrarum prudentissimi sunt in generatione sua; & quia habent colluctationem aduersus genus humanum, & regimè, seu regnum eorum: & exercitus, si esset diuisus, & sine capite non posset stare, ideo sicut homines preliantes in eodem exercitu, quantuncunq; sint adiuicem inimici, tamen propter odium inimicorum libenter subiacent duci imperati, & habent multos proprios, & vnum principalem ducem, sic credendum est esse in demonibus. Et hæc prelatio non est electione, nec violentia: sed credo, quod natura, & diuina institutione. Sua enim conditione data est eis vis ministratiua, & potentior vni, quam alteri. Vnde & Deus ordinauit vt minus potentes, & sapientes, magis potentibus, & sapientibus subessent in ministrando. Et Hugo dicit, quod id in malum ministerium exercent, quod perficiendum acceperunt, & ita sibi inuicem preliant, sicut preliant, si essent boni: & cum cessabit status ministerij, cessabit status prelationis. Sed ista prelatio non est de iure, quia cum ipsi demones suis subditis nihil precipiant, nisi contra ius, eò quod ruperunt ius, & dissipauerunt forlus, ideo nulla manet ibi iuris obligatio, sed solum maleuola confederatio, qua mediante, quicquid precipiant, contra Dei voluntatem præcipere intendunt, & ad malum suum. Est etiam ibi prelatio de facto: quia illis, quos vident nobiliores in natura, strenuiores in potentia, & subtiliores in malitia, alij obediunt: sed ex odio (vt dixi) quod habent contra genus humanum, vt sic obediētes, ipsi omnes simul fortiores exercitum constituunt contra virtutes, & genus humanum.

Et

Et quia in vno eorum, scilicet Lucifero, nobilior est natura, strenuor potentia, & subtilior malitia, quam in aliquo alio, ideo alij omnes illi obediunt. Et ideo glossa super illud 1. Cor. 15. Cum euacuauerit omnem principatum, dicit: Dum durat mundus, angeli angelis, demones demonibus, homines hominibus preliant. Habent tamen priuatas inimicitias inter se, quibus adiuicem pugnant, ita quod vnus conatur aduersus alterum, & semper præesse alij desiderat. De hac autem maioriata, & superioritate demonum, vide Compendium iustum, lib. 1. c. 4. per totum. Stante ergo inter eos ista discordia, & ambitione, quis audeat asserere illos respicere principatum sibi datum ab Exorcistis super alios demones cautiendi eos è corporibus obsessis? Quin imò illum affectant maximo desiderio. Ideò taceant, qui detrahunt Exorcistis, ne rebus suis malignis impediāt hanc charitatem, quæ inter omnia misericordiarum opera, vt singularis, necessaria est. Cur enim, si in Christi nomine Sacerdos, seu Exorcista precipit demonibus existentibus in corporibus humanis omnia pertinentia ad eorum expulsionem, non poterit etiam imperare alieni, vt exerceat spiritus sibi inobedientes? Licet igitur Exorcistis hoc facere, non curiositatis causa, sed desiderio liberandi vexatum à demone.

## CAP. VII.

*Demonum ad preces maleficorum, corpora humana vexare posse ostenditur: & rationes detrahentium de hac arte soluantur: vbi etiam agitur de scientia bonorum, & malorum Angelorum,*

Conseruauerunt aliqui admirari, videntes quosdam homines bonæ, ac sanctæ vitæ corporaliter à spiritibus immundis vexari: quod illis euenit ex eorum ignorantia: quia nesciunt, qua de causa hoc Deus permittat. Et cum audiunt hoc veri ad preces maleficorum, nullo pacto credere, nec audire volunt: quinimò omnibus viribus suis huic positioni contradicunt, acque aduersantur, negantes hæc nostra tempestate inueniri Energumenos. Quod etiam multis rationibus conantur probare: quarum prima est ista. Si verè hic, aut ille homo vexaretur à spiritibus immundis (cum spiritus, à quibus vexantur, sint sapientes) loqueretur Latinè, Græcè, Hebraicè, Germanicè, Gallicè, & multis aliis linguis, etiam si vexatus esse idiota: & faceret alia quamplura opera hominibus impossibilia. Secundò scirent propalare peccata occulta, & reuelare tam ea, quæ in partibus longisquis sunt quam quæ in locis

Lucifer  
quare dicitur  
princeps  
demonum.

Detractio  
artis Exorcistice,  
mala.

Admiratio  
quorundam  
contradictentium  
arti Exorcistice.

Rationes  
contradictentium  
huic arti.  
Detegere  
peccata  
non  
possunt  
demonum.



locis propinquis, quod non faciant. Præterea, si verè esset spiritus immandus, qui obideret hoc, vel illud corpus, in suo recessu faceret signa vera sue præsentia, extinguendo luminaria magna, & alia similia, quæ omnia cum non videantur fieri ab his, qui dicuntur vexari temporibus nostris, sequitur, quòd etiam verè non sunt spiritus, qui vexant illa corpora. Quod manifestè ostenditur per hoc: quia illi, qui nunc dicuntur vexari, sunt quædam mulieres, & puellæ subiectæ humoribus matricibus, quæ ex leuitate cerebri consueverunt facere actus similes actibus vexati. Hæc sunt rationes allegatæ ab illis, qui negant spiritus vexare corpora humana. Pro maiori declaratione huius difficultatis est norandum quòd angeli, tam mali, quàm boni, omnes in sua conditione receperunt à Deo scientiam convenientem propriæ naturæ, ita quo naturaliter aliqui fuerunt creati doctissimi in omni scientia. Alij tenent medium in ipsa scientia, & quidam eorum tenent infimum locum in eadem scientia. Quæ taliter remanent in angelis bonis, quòd illa possunt uti, cum illis placuerit, ad honorem sui Creatoris, gloriam suam, & ad nostram salutem. Dæmones autem recedentes à diuina voluntate, & beneplacito, sua scelerata, ac deprauata voluntate, non ipsam scientiam, sed possibilitatem vtendi illa perdidierunt: ita quòd nullo modo possunt illa uti, nisi quantum sibi permittitur à Deo: cum ex eorum mala voluntate ita sint obsecrati, quòd si Deus non permittat illis hanc facultatem, auferendo velamen excitatis, & ignorantia ab eorum intellectu, nullo modo illa scientia possunt uti. Facto hoc fundamento, respondendo ad rationes, ad primam dicitur, quòd dæmones non loquuntur Latine, Græcè, & alijs linguis extraneis: quia hoc sibi aliquando non conceditur à Deo, vt humana curiositas confundatur, quæ potius delectatur audire dæmones curiosè loquentes in obiectis corporibus, quàm verba Dei prolata à suo ministro. Quod si aliquando loquuntur de mysterijs altissimis sacre Theologiæ, (vt iam audiat) nunquam, vel raro intertunt isti curiosi, vt eorum curiositas confundatur. Hoc etiam non faciunt, quando à Deo illis permittitur alia ex causa: quia quando ingrediuntur corpora humana, ordinariò propter aliquem malum finem hoc faciunt, puta causa damnationis: & ideo quasi semper se calant, ne ibi deprehendantur adesse, cur sciunt Exorcistas se insectaturos, quoties nouerint ipso obidere illa corpora. Et etiam quia multa mala possunt pergere ibi, quæ sibi non imputabuntur, neque quis poterit scire, unde talia mala proueniant, & quis illa fecerit. Cui

Scientiam  
acceperunt  
Angeli in  
sua crea-  
tione.

Dæmones  
possibilitatem  
vtendi  
diuina sci-  
entia perdi-  
derunt.

Afflicti  
dæmonum  
obidantia  
corpori  
humani.

peccat

peccata secreta detegenda, dico, quòd si hoc illis concederetur à Deo, scirent, possentque illa detegere, vt diximus in nostro Compendio, libr. 7. cap. 7. quod non faciunt vt plurimum, ratione supradicta. Hoc etiam non faciunt, quando ibi deprehenduntur adesse, vt homines peccatores in peccatis suis peccauerent & ne illa confiteantur ex verecundia illis à dæmonibus illata, quod sæpius factum est, vt quidam homines impetentes hac occasione compuncti ad verba, & iniurias sibi à dæmonibus illatas, recurrendo ad penitentiam, è manibus eorum, diuina interueniente gratia, euaserint. Quantum autem ad signa manifesta dico, quòd propter hoc non potest quis certitudinaliter scire, an talis persona sit vexata à diabolo: Et ratio est: quia multi sunt dæmones per aërem vagantes, qui si vocarentur ab illis, qui obidant illud corpus, in adiutorium, possent facere illamet signa, & tamen infirmus non liberaretur. Nec valet dicere, quòd Exorcista interdicit illis tale adiutorium in Dei nomine: quia dæmones solummodò obediunt, quando à Deo constantur: quòd Deus non semper facit ad velle Exorcistæ: sed solum, quando ipse iudicat expedire. Ad quam obiectiõnem dico, quòd dæmones facilius occupant homines, & mulieres leuis cerebri, quàm prudentes, ne (vt sæpe diximus) deprehendantur ibi adesse, & ne culpa facinororum super eos flectatur. Eadem ratione etiam consueverunt vexare Ianaticos, vt etiam distamet Luna, quæ, vt creatura Dei, insinuat talem infirmitatè in homines. Vltimò dico, quòd vexant potius mulieres, & puellas, quàm homines, pro eo, quòd ipsi quarunt se occultare sub nomine humorum matricium, qui plus regnant in mulieribus, quàm in viris: etià hoc faciunt: quia mulieres facilius subiiciuntur terroribus: quo modo vt plurimum dæmones ingrediuntur corpora humana, vbi postea talia corpora diu derinent subiecta sibi hoc modo, taliter, vt nullum remedium naturale possit illis suffragari. Designant igitur (obsecro) aduersarij detrahere Exorcistis, et si non propter rationes supradictas, saltem propter experientias positas in nostro Compendio, libr. 2. cap. 1. quas si quis negauerit, secundum Philosophum indiget vapulare. Et advertant ad illa præsupposita, super quæ fundatur adificium illius operis, quæ sunt, voluntas Dei permittiva, scientia, & potentia dæmonum, & potestas liberi arbitrii, quibus dæmones possunt mirabilia operari tam per se, quàm per maleficos: quia tunc in eis cessabit admiratio. Possunt igitur dæmones ad instantiam maleficorum inhabitare, & obidere corpora humana. Et si quis fuerit curiosus scire, quomodo, & quibus ex causis hoc euertat,

Frustrè  
coniura-  
tionis.

Deceptio  
quorūdam  
curiosorum.

Dæmones  
obediunt,  
quando à  
Deo cog-  
nuntur.

Experimē-  
tis exceden-  
dum est.

eueniat, legat totum illud supra allegatum, vbi diffusius tractatur hac materia.

## CAP. VIII.

*De apparitionibus, quibus demones in varijs speciebus, obsessis apparere consueverunt: & quomodo à bonis discerni possint.*

Astuce  
demonum  
innumera-  
biles.

**E**T si demones habeant mille modos nocendi generi humano, vt habetur 16. q. 2. capite, *l'isis*: tamen consuevere vt illis modis plus ignoris ad decipiendos homines, quibus illi faciliter decipiuntur, inter quos est apparitio demonum facta hominibus vexatis, quibus diabolus aliquando apparet in specie Christi, vt ab eis adoretur vt Deus, quod maxime affectat. Ideò ne obsessi incidant in laqueum diaboli, decreui hic inferere modum, quem tenere debent ad evitandum peccatum idololatriæ in illis apparitionibus: quid etiam poterit esse proficuum his, quibus solent fieri apparitiones, ad cognoscendum si fiant à bonis, vel malis spiritibus. Quatuor ergo signis potest cognosci, si apparitio fiat à bono, vel malo spiritu. Primum est, quòd etsi demon appareat in specie Crucifixi, B. Mariæ Virginis, vel alicuius Sancti, si tamen diligenter quis consideret has apparitiones, perpendet, quòd semper diabolus secum defert aliquam notabilem deformitatem, vt puta, caudam, cornua, vel aliquid simile. Secundum est, quòd in principio apparitionis, diabolus reddit hominem lætum, & in suo recessu relinquit eum tristitum: cuius contrarium facit Angelus bonus, qui in principio turbat, vt habetur Danielis cap. 10. de Gabriele: qui apparuit Danieli, & Lucæ cap. 1. de eodemmet Gabriele apparente Beatissimæ virgini Mariæ, quæ turbata fuit in sermone eius: & postea in suo recessu relinquit hominem gaudio, & alacritate plenum. Tertium signum est, quòd diabolus inducat hominem in malum, quod ipse persuadet: habemus exemplum in Chronicis ordinis beati patris nostri Francisci, de quodam Fratre Ruffino, socio prædicti patris, cui similes apparitiones à diabolo fiebant. Contrarium cuius facit angelus bonus, qui in sua apparitione non solum non indurat hominem in malum: sed etiam diuertit illum à malo: & mollificando cor eius, ipsum inclinat, & inducit ad bonum. Quartum signum est, quòd si ille, cui apparet, responderit ei aliquo verbo sordido, in sui deducus, & opprobrium prolato, subito disparet, vt habetur in prædicta Chronica, vbi legitur, quod cum B. Franciscus vellēt liberare prædictum Fratrem Ruffinum ab illa diabolica teutatione, inter alia

Demon  
irascitur  
in oppro-  
brijs.

illi dixit: Vt verè scias cognoscere, quòd ille, qui tibi apparet in forma Crucifixi, non est Christus, sed diabolus: cum tibi iterum apparuerit, dicendo, ego sum Christus, respondeas illi: Aperi os tuum, & implebo illud stercore. Quod cum fecisset Frater Ruffinus, indignatus demon, cum maximo tumultu inde recessit, dirumpendo lapides, & rupes illius montis Subasij, vbi vsque in hodiernum diem (vt fertur) videtur illa magna ruina à damone illo facta. Apparent etiam demones, exeuntes è corporibus ipsis obsessis cum maximo, ac terribili aspectu diuersarum bestiarum, vel aliarum rerum, licet non videantur à circumstantibus. Et si aliquis curiosus quæreret, quomodo hoc sit possibile: Respondetur, quòd id faciliter potest fieri, & hoc duobus modis. Primò, quia istæ apparitiones possunt esse imaginariæ: formant enim demones, mouendo humores, & sanguinem, aliquas imagines representantes eos: quod autem imaginariè videtur, non apparet nisi illis, quibus fit visio vt patet in prophetis: & sic potest esse in demonum apparitionibus. Dicitur secundo, quòd quia similem potestatem habent demones, & boni angeli super corpora, ab eis assumpta, quam habebunt super corpora propria glorificata animæ beatorum, in quarum potestate (secundum diuum Bon. in 4. distinct. 49. art. 2. quæst. 2. Thom. in 4. distinct. 44. q. 2. art. vltimo) erit, quòd corpora eorum videantur: vel non: & ab vno, vel à pluribus: in parua, vel magna distantia, ita quòd omnis actio corporis erit in potestate animæ: sic dicimus de demonibus, & angelis bonis: quòd in eorum potestate est apparere, vel non: vni, vel pluribus: à longè, vel propè. Hoc etiam patet exemplo de angelo, qui apparuit Danieli, qui ab ipso solo videbatur, Danielis cap. 10. Et de Christo glorificato apparente Paulo, quem Paulus videbat, Act. 9. Viri autem qui comitabantur cum illo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Ex his omnibus patet, quomodo se tueri debeant homines ad evitandos errores in apparitionibus demonum.

Frater  
Ruffini  
ordinis  
Minorum  
exemplū.

Potestas  
demonum  
super cor-  
pora assu-  
pta, qualis.

## CAP. IX.

*Cur demones iniurijs, & opprobrijs irritati, aliquando è corporibus obsessis abscedant, cum corpora non habeant, in quibus pati possint.*

**D**iximus in nostro Flagello cap. 3. quòd Exorcista debet irritare demones obsidentes corpora humana opprobrijs, iniurijs, ac omnibus modis, quibus honestè potest: quæ omnia illi iniquo animo perferunt, tanquam in sui dedecus, &

Irritare  
debet E.  
xorcista  
demones,  
& quare.

contem

contemptus exercita. Quod à multis aduersatur tanquam falsum, & desistorium. Dicunt enim, quod daemones non patiuntur ab istis, cum habeant corpora sibi unita, in quibus istae operationes recipiantur, & quod ista potius sunt obsessis corporibus in iniuriam, quam in eorum liberationem. Quid enim obest spiritui immundo tractatus capillorum, aurium, seu colaphizare, aut alia similia exercere circa illud corpus: nihil penitus, imò ista deridet, cum videat illud corpus his omnibus affici, & cruciari: & ideo (aiunt isti) debent Exorcistae haec omnia dimittere, tanquam vana, superflua, & nullius utilitatis. Sed, salua pace istorum, dico quod errat eorum iudicium, propter hoc: quia non considerant, nec aduertere volunt: quia ex causa ista daemones sunt gravissima. Pro cuius maiori declaratione est sciendum, secundum Alexandrum de Ales, part. 1. q. à membro, 13. quod Lucifer à principio suae conditionis cepit aduersari Christo sibi ostenso à Deo, cuius gloriam eum vidisset, inuidit, inuidia, & odio maximo: ita quod ex hoc cepit cum illo habere bellum maximum, & inexorabile, nec unquam desistit ab hac sua nequitia, donec illum affixum Crucis, & morti traditum vidisset. Sed illi accidit, quod contingere solet duobus potentissimis principibus ad inuicem pugnantibus de Monarchia, seu dominio totius mundi. Ponatur enim casus, quod sint duo principes potentissimi huius uniuersi, & quod ad alterum illorum de iure pertineat dominium: alter vero usurpato sibi titulo, ac dominio tyrannice illud possident, & quod ille tyrannus videns principem verum, & legitimum sibi inferre bellum iustum, incipiat contra illum pugnare omnibus viribus suis, & persequi illum, donec ultimo supplicio, scilicet morti, illum tradat: deinde ponatur, quod ex morte ipsius legitimi principis, qui ab illo tyranno reputabatur vilis, abiectus, despectus, & nullius auctoritatis, seu valoris, ipse perdat dominium totius uniuersi, & non solum hoc, sed quod etiam ipse tyrannus efficiatur captiuus, seruus, & mancipium non solum illius à se despecti principis, sed & seruum eius, qui in virtute, & potestate principis prius à tyranno ita despecti, illi illudant opprobriis, iniuriis, & modis omnibus, quibus possunt. Dicito mihi (quarto) quae esset eius vita? qualis dolor? qualis tristitia? videre se obiurgari in virtute illius tam à se despecti, & à seruis eius? Reuera duco illum nullam posse habere maiorem miseriam, atque calamitatem: quia nulla maior tristitia inuenitur, quam meminisse se fuisse felicem. Sic respondendo ad propositum dico ita euenisse Lucifero, & angelis eius.

Bellum Luciferi contra Christum.

Exemplum efficax contra aduersarios.

Tristitia demonum de victoria Christi. Lucifer cognouit incarnationem Verbi.

eius. Nam (vt diximus in Compendio nostro lib. 1. cap. 3.) ipse cognouit Incarnationem Verbi, cui etiam contradixit omnibus viribus suis, propter quod factum fuit praelium illud magnum in caelo inter angelos, in quo superatus eiectus est à caelo ad terram. Quod cernens ille maledictus, denuò cepit pugnare, iam proiectus, contra ipsam Christum: & vt impediret ipsammet Incarnationem, sua tentatione decepit primos patres nostros, & totam eorum posteritatem, quam peccato intravit, pro qua erigenda, Christus multa sustinuit, decertando contra Luciferum, & angelos eius, quos tandem pugnando, sua morte superavit, & in carcerem detruxit, & auferens ab illis dominium huius mundi, dedit auctoritatem seruis suis calcandi super eos. Quis ergo, stante hac auctoritate, dicere audebit, daemones equo animo sustinere irrisiones, contumelias, & opprobria sibi ab Exorcistis illata: quin potius, vt à ministris Christi intentata, quem iam, vt sibi inimicum, morti tradiderant, iniquo animo illa perferre. Nec valet dicere, quod ipsi daemones non habeant corpora, in quibus istae operationes recipiantur: quia cum istae sint passiones respectiuae, quae recipiuntur in animo, etiam daemones possunt conuenire, & de facto illis conueniunt, ita quod illis cruciantur daemones, sicut homines verberibus. Et haec est causa, quare diabolus abhorret super omnia memoriam Passionis Christi, & figuram Crucis eius: quia per virtutem eorum à potestate eius sumus liberati: omnes quidem quantum ad sufficientiam: sed illi soli, qui sunt de eius corpore (hoc est Ecclesia) quantum ad efficaciam. Diabolus enim, teste diuo Bonauentura in 3. distinctione 19. quaest. 3. art. 1. ante Passionem Christi habebat duplicem manum, videlicet attrahentem, & impellentem. Manus attrahens erat illi potestas trahendi ad Limbum etiam iustos, & sanctos. Manus impellens erat potestas precipitandi in malum per fallaciam, vel quasi per violentiam: quia tentabat vt leo, & draco. Et prima manus, scilicet attractiua, erat tanta potentia, vt nullus posset ei resistere: & haec illi abscissa fuit per praedictam Passionem. Iam enim nullum iustum potest ad Limbum trahere: quia per Passionem Christi deletum est chirographum peccati Adæ. Manum autem impellentem habebat ita fortem, vt cum magna difficultate posset quis ei resistere. Et ideo ipse in multis regnabat, imò fere in omnibus: omnes enim vel superabat per fraudulentiam, vel quasi per violentiam: & haec potestas debilitata est per Passionem Christi: per quam lumen veritatis apperitur contra diabolicam fraudulentiam, & adiutorium

Christus pugnando Luciferum captiuit.

Spiritualiter daemones cruciatur.

Daemones valde abhorrent memoriam Passionis Christi.

Manus attrahens diaboli ante Christi aduentum.

Manus impellens diaboli qualis.

rorium virtutis tribuitur contra diabolicam violentiam. Apparuit autem lumen veritatis, & interioris per inspirationem, & exterioris per humanam instructionem. Iam enim ferè est omnibus veritas propalata, & ideo est destructa idololatria, quæ prius regnabat. Adiutorium etiam virtutis tribuitur per gratiæ infusionem, quæ reprimit concupiscentiam, & per angelicam protectionem, quæ comprimit, & reprimit potestates aduersas, & hoc idem virtute passionis, merito cuius mittitur nobis Spiritus sanctus: mittuntur etiam, & ipsi angelici spiritus, vt superetur aduersarius. Hæc est prima ratio: & potissima quare daemones perferant iniurias, & opprobria ab Exorcistis sibi illata, iniquo animo. Aliam rationem assignat Michaël Psellus libello, què de daemonibus edidit, qui de hoc loquens, ponit quoddam prodigiosum factû sibi accidisse, in hæc verba: Senex quidam, (inquit ille) qui hoc idem pallium induebat, frater meus natu maior habebat vxorem, alioquin modestam, morbisque frequenter vexatam. Hæc aliquando puerpera vehementer iam laborabat, vestemque confringens, barbarè loquebatur, sermone presentibus incognito: ita quòd attingebant omnes, quid in re ardua faciendum foret. Fœminæ verò quædam adducunt quendam peregrinum, nomine Anaphalangium, valde senem, rugosumque, & exustum, atque nigrum, qui nudato ense propè lectum adstans, ira quadam apprehendit agrotam, linguæque sibi patria, id est Armenicæ, acriter conuiciatus est. Illa huic vicissim respondit Armenicè, ac primò quiddam audax è lecto prorupit, cum eo protinus certatura. At barbarus ille tum maximè adiuuationibus utebatur, & quasi furens minabatur illam se percussuram: Tunc fœmina se recepit, compressit, contremuitque, & humiliter iam locuta, in somnum mox incidit. Nos autem obstupimus, ambigentes, quoniam pacto locuta sit Armenicè fœmina, quæ nec Armenios quidem vnquam vidit, neque domesticis laribus egressa est. Deinde quomodo ad Magi illius minas seipsum daemon compresserit, strictumque ensẽm timuerit: quid enim patiaror ab ense daemon indiuiduus, & immortalis? Et ad primum dubium respondens, ait: Arbitror autem hinc fore hoc manifestum: quoniam cum non possit lingua daemonum propria inueniri, hinc est, quòd Hebraicam linguam, siue Græcam, aut Syriam, aliãve barbaram seruare possunt. Quid enim opus est voce daemonibus, qui inter se absque voce conuiuunt: cum verò sint angeli posteriores posterioribus, alij alijs gentibus præsent, sicut daemones alij alijs assistunt, sanè singuli singularum gentium linguas exer-

Adiutoriũ  
à Christo  
datum ho-  
minibus.

Mirabilis  
casus hic  
enarratur.

Minatur  
quidã spi-  
ritui im-  
mundo.

Lingua  
propria  
nò habent  
daemones.

cent:

cent: quamobrem daemones, qui inter Græcos habitant, heroiico stilo oracula ediderunt. Apud Chaldaeos verò Chaldaica utebatur lingua, quemadmodum apud Ægyptios, Ægyptiaca voce colloquia faciebãt: quinetiam daemones incolentes Armeniam, si aliò fortè se cõferant, indigenarum voce vruntur. Ad secundum verò dubium respondens prædictus auctor, dicit omnia daemonum genera esse audacia, iussusque timiditate plena, præsertim coniunctiora materia. Et si quis hæc obiurgauerit, discernere nesciunt obiurgantem, vel honorantem: neque aliter ab obsessis discedunt, nisi obtellator erga Deum sanctimonia polleat, nomènque Dei, sermoneque horribili vratur potestate diuina. Hæc profectò sunt daemones matrice proxima, formidantia, ne in loca profundiora, abyssumque demittantur. Item angelos timent, qui illuc eos præcipitant, quociens, videlicet quispiam eis præcipitium minatur: adducitque inuocationes Angelorum ad hoc institutorum: valde enim timent. Nam propter ignorantiam non discernunt mirantem. Iam verò si anicula quadam, vel superbior senum aliquis, minas eiusmodi rusticè intentauerit, sæpè discedunt: quia mirantem discernere nequeunt: ideo superfluis etiam quibusdam facillè mancipantur, scilicet, vnguibus, & capillis, polluto Magorum genere. Item plumbo, cera, tenuique filo deuinciuntur, atque nefariis adurationibus conturbantur, & nefandis daemones hæc mansuefiunt. Quorum proprietates est: præter id, quod terrores incutiunt: etiam lapides, & saxa iacere consueverunt in occurrentes, sed icibus irritis. Hæc Psellus, vbi supra. Ex quibus omnibus patet incongrua non esse: imò quandoque necessarium est Exorcistis inferre daemonibus obsidentibus corpora humana, opprobria, & verba irrisiua, & ipsis sub excommunicationis poena præcipere, vt ab illis corporibus, quæ iniuste obsident, discedant, quibus omnibus prouocatur superbus daemon, vt ab eo loco discedat, vbi adeò exorcismi percutitur, & ab hominibus iniurijs irridetur: licet quidam sint quibusdam duriores ad expellendum: quia sunt ad sustinenda opprobria, & verba diuina contemnenda fortiores. Sed hic aduertendum est, quòd vbicumque in exorcismis ista verba contra daemones inueniuntur: Vos anathematizo: sub poena excommunicationis vobis præcipio, vos excommunico, & similia, tunc intelligenda sunt vnũ esse cum exorcismis, & in hanc sensum accipienda esse, vt patet per auctores mallei Maleficarum, parte secundæ, quæ est. 2. cap. primo: & in nostro Compendio libro tertio, cap. 3. & ratio est: quia cum daemones sint extra gremium sanctæ,

Linguis o-  
mnium na-  
tionum vti-  
tur daemo-  
nes.

Ignorantia  
quorundã  
daemonũ.

Rebus ma-  
terialibus  
quidã dae-  
mones mancipan-  
tur.

Irisiones  
quare ir-  
rogantur  
daemoni-  
bus.

Daemones  
an excom-  
municati  
possint, &  
quid ope-  
retur con-  
tra illos  
excom-  
municatio.

b 1

sanctæ, Ecclesiæ contra eos nihil valet excommunicatio proprie dicta.

CAP. X.

*Dæmones miracula facere non possunt, licet miranda opera aliquando operentur.*

Mirabiles effectus operari possunt dæmones.

Dæmones miracula facere quidam asserunt.

Admiratio vera qualis esse debeat.

Causæ admirationis quales sunt.

Mirabile secundum se, quid sit.

Miracula vera, quæ dici possunt.

**N**illi dubium est, dæmones esse potentissimos, & in istis rebus inferioribus sua naturali potentia effectus mirabiles posse operari, si sibi permittatur à Deo, seu ab angelis sanctis, qui ordinariè reprimunt illos, ne nobis noceant, quantum nocere vellent. Et tam subtiliter sua opera in his inferioribus rebus operari consueverunt, quòd reddunt homines in stuporem: quorum aliqui modam operationum diabolicarum ignorantes, ausi fuerunt asserere dæmones habere potentiam faciendi miracula: quod etiam rationibus, & exemplis probare conati sunt, quæ causa breuitatis hic prætermittuntur: legat eas, qui vult, in nostro Compendio, cum suis responsionibus, lib. 1. capit. 8. quia ad alia hic tendimus. Pro maiori autem de aratione est aduertendum, secundum, D. Thomam in questionibus disputatis, titulo de Miraculis, quòd miraculum dicitur à mirando. Ad veram autem admirationem duo requiruntur: quorum vnum est, quòd causa illius, quod miratur, sit occulta. Secundum est, quòd in eo, quod miramur, appareat aliquid, per quod videatur contrarium eius debere esse, quod miramur. Sicut aliquis possit mirari, si videret ferrum ascendere ad calamitam, ignorans calamitæ virtutem, cum videatur, quòd ferrum naturali motu debeat tendere deorsum. Hoc autem contingit dupliciter: vno modo secundum se, alio modo quo ad nos. Quo ad nos quidè, quando causa illius effectus, quam miramur, non est occulta simpliciter, sed occulta hic, v. l. illi: Nec in re, quam miramur, est dispositio repugnans effectui, quem miramur, secundum rei veritatem: sed totam secundum opinionem. Et ex hoc contingit, quod id, quod vni est mirum, vel admirabile, non est mirum, vel admirabile alteri. Sicut sciens virtutem prædictæ calamitæ per doctrinam, vel per experimentum, non miratur prædictum effectum, ignorans autem miratur. Secundum se autem aliquid est mirum, vel admirabile, cuius causa simpliciter est occulta, & quando in re est contraria dispositio secundum naturam, effectui, qui apparet. Et ista non solum possunt dici mira in actu, & potentia: sed etiam miracula, quasi habentia in se admirationis causam. Causa autem occultissima à nostris sensibus est virtus diuina, quæ in omnibus rebus occul-

occultissime operatur. Et ideo, quæ sola virtute diuina sunt in rebus illis, in quibus est naturalis ordo ad contrarium effectum, vel ad contrafaciendi, dicuntur proprie miracula. Ea verò, quæ natura facit, nobis tamen, vel aliqui nostrum occulta, miracula dici non possunt, sed solum mira, vel mirabilia. Et ideo in definitione miraculi ponitur aliquid, quod excedit ordinem naturæ, in hoc, quod dicit, supra facultatem naturæ, cui ex parte rei mirabilis responder, quod dicitur arduum. Et ponitur etiam aliquid, quod excedit nostram cognitionem in hoc: quod dicitur præter spem admirantis apparens, cui ex parte rei mirabilis responder, quod dicitur intolitum. Et circa ea, quæ Deus miraculose facit, talis solet adhiberi distinctio, quòd quædam dicuntur fieri supra naturam, quædam contra naturam, & quædam præter naturam. Supra naturam quidem, in quantum in illum effectum, quem Deus facit, natura nullo modo potest. Quæ quidem contingit dupliciter, vel quia ipsa forma inducta à Deo, omnino à natura induci non potest, sicut forma gloriæ, quam inducet Deus in corporibus electorum: & sicut est incarnatio verbi. Vel quia, etsi talem formam possit in aliquam materiam inducere, non tamen in istam, vel illam: sicut ad causandum vitam natura potens est, sed quòd in hoc mortuo natura vitam causet, hoc facere non potest. Contra naturam esse dicitur, quando in natura remanet contraria dispositio ad effectum, quem Deus facit; sicut fecit, quando conseruauit pueros israelos in camino, remanente virtute comburendi in igne: & quando aqua Iordanis stetit, remanente grauitate in illa, & simile est, quòd virgo peperit. Præter naturam autem dicitur Deus facere, quando producit effectum, quem natura producere potest, illo tamen modo, quo natura producere non potest: vel quia deficiunt instrumenta, quibus natura operatur, sicut cum Christus conuertit aquam in uinum, quod tamè natura aliquomodo facere potest, dum aqua in nutrimentum vitis assumpta, suo tempore in succum uas per digesta producitur; hoc autem inde evenit, quia Deus benedictus plures modos operandi habet, quam natura: vel quantum ad tempus, sicut cum statim ad inuocationem alicuius sancti, aliquis curatur, quem natura non statim, sed successiue, & in alio tempore, non in isto curare posset. Dæmones igitur secundum D. Bon. in 2. dist. 7. art. 2. q. 3. possunt facere illa, quæ apparent, & verè sunt mirabilia, sed non miracula: quia miracula non possunt fieri per vim naturæ, sed per virtutem supra naturam, quæ est agentis primi: sunt enim supra facultatem, & ideo attestantur omnipotentiam facientis:

Conditio- nes mira- culi declarantur.

Miraculū supra naturam quale dicitur.

Miraculū cōtra naturam quale sit. Miracula præter naturam quæ sunt, & quomodo sunt.

Mirabilia dæmones facere possunt, sed non miracula.

facientis: sed opera, quae faciunt demones, etsi miracula videantur, quia sunt in tempore, quasi imperceptibili, non tamen sunt vera miracula: quia sunt vi naturae. Et si obicias, quod natura non potest ita cito operari. Dico, quod verum est de hac natura per se, sed taliter potest esse adiuta, & confortata rebus naturalibus convenientibus, vt quasi repente prorumpat in effectum, sicut patet de generatione ranarum, quae in modico tempore confluuerant nasci tempore maximi caloris, per antiperistasin. Et si aliquis quaereret, quomodo discerni possint huiusmodi miracula: respondetur, quod etsi conueniant in materia, differant tamen ex parte principalis agentis, ex parte ministri, ex parte finis, & ex parte facti. Ex parte principalis agentis differunt. Nam in miraculis diuinis operator agens insignita potentia, & supra naturam. In miraculis vero demonum operatur virtus naturae, multipliciter adiuta per naturas alias. Ex parte ministri, etiam differunt. Nam Dei miracula sunt per publicam iustitiam, secundum veritatem, & apparentiam: sed miracula demonum sunt per priuatos contractus, & quaedam arcana. Et hoc est quod dicit diuus Aug. quod boni faciunt miracula per publicam iustitiam, hoc est per fidem veram, quam veritas omnibus praedicat. Mali Christiani per signa publicae iustitiae, quia fidem habent, & videntur habere opera: sed Magi per priuatos contractus: & hoc est, quod dicitur in Exod. per incantationes, & arcana quaedam. Huius signum est, quod ibi sunt opera tenebrarum, quia qui male agit, odit lucem. Ex parte finis similiter differunt, quia miracula Dei sunt ad utilitatem, & diuinam gloriam: sed miracula Magorum sunt ad deceptionem, ad vanam gloriam, & ad extollentiam: vnde sunt quasi semper inutilia. Differunt etiam ex parte facti: quia demones faciunt huiusmodi miracula vilia, & inutilia: miracula vero diuina sunt valde utilia, & necessaria. Vnde demones maxime faciunt ranas, & serpentes: quia haec de facili produciuntur naturali operatione, quae diuino iudicio magis permittuntur ad prioris facti memoriam: vnde sicut Deus temperat potentiam, & astutiam diabolicam, vt sic patiat eum peruersè imitari: vt in ipsa imitatione diabolus possit seducere malos iuxta eorum demerita, ita etiam illa permittit, vt possint deprehendi à bonis: & vt fides simul cum miraculis habeat locum. Si enim solus Deus, & eius semper miracula facerent, quis non crederet in Deum, miraculis compulsi: nunc autem cum mali, & boni faciunt miracula, qui diuinitus illustrantur, vt inter haec possint discernere vera miracula, adiuuantur, & per demonum miracula excrucietur, & probantur.

*De causis, & modis, quibus demones corpora humana ingrediuntur, & de signis, effectibusque, quibus quis cognoscitur esse daemoniacus.*

Supra c. 8. & alibi saepe diximus, demones mille modis, & artes habere nocendi generi humano, quos etsi omnes homines scire deberent, ad euitanda peccata, & ad repellendas eorum insidias, illi tamen praecipue ab Exorcistis sciri debent, per quos demones magis animam, & corpus offendunt, quod praecipue fit, quando demones corpora humana vexant: ideo peritus Exorcista debet scire omnia pertinentia ad coniurationem, vt (iuuante Deo) possit vexatos ab illa atroci, ac terribili vexatione liberare, vt minister Domini nostri Iesu Christi. Pro cuius maiori declaratione est sciendum, quod non defuerant, nec defunt homines, qui omni suo conatu negent hodie obessos, maleficia, maleficatorumque inueniri: insuper afferentes, omnes maleficiales infirmitates esse naturales, eorumque signa, non maleficiales, sed naturalia esse, quod variis rationibus probare nituntur, vt supra patuit c. 7. quas breuitatis causa hic omitto. Aduertendum est igitur, quod etsi aliqua signa, quibus cognoscitur quis esse daemoniacus, aut maleficiatus, possint esse communia tam ad infirmitates naturales, quam maleficiales, & daemoniacas, & per consequens ab aduersariis calumniari, signa tamen vera, & realia cognosci, & discerni à naturalibus poterunt, & praecipue quando medici tales infirmitates non cognoscunt, nec remedia proficua ad sanandum infirmum applicare sciunt, & quando medicinae applicatae infirmo nihil profunt. Sciendum est etiam, quod demones variis ex causis corpora humana ingrediuntur, vt diximus in nostro Compendio lib. 2. c. 11. Aliquando enim quis à diabolo vexatur ad maiorem cumulum meritorum: quandoque quis vexatur propter peccatum veniale alterius: nonnunquam propter peccatum veniale proprium: quandoque vero propter peccatum mortale alterius: aliquando tandem propter peccatum mortale proprium: & de his quinque causis sigillatim ibi propria exempla dantur: vbi pro nunc remitto lectorem. Prius igitur, quam demones corpora humana ingrediantur, contuenerunt eis in aliqua terribili, deformi, aut horribili forma tam hominum, quam iumentorum apparere: qui licet subito eis euanescere videantur, in eorum tamen corpora ingrediuntur. Hoc autem in nocte, & in locis opacis, & obscuris, ac sine luce contingere consuevit. Ingrediuntur

Innumera-  
biles ar-  
tes contra  
genus hu-  
manum  
habent  
demonos.

Detracto-  
res coniu-  
rationis  
non de-  
sunt.

Signa ma-  
leficiales  
possunt  
esse com-  
munia.

Quibus ex  
causis de-  
monos  
corpora  
humana  
ingredia-  
tur.

Apparet  
sub diuer-  
sis formis  
demonos.

autem in obfessum per os, aut aures, seu nares in modum  
 venerat alicuius maris: aut somnia terribilia dormientibus  
 immittunt, illos terrendo in somnis: qui postea euigilando, cū  
 talibus signis demoniaci inueniuntur. Quandoque verò  
 demones ingrediendo corpora humana, terribiliter mem-  
 bra illorum lacerant. Aliquando autem ingrediendo, vident  
 ipsis vexatis, quòd vas aquæ frigidissimæ in dorsis eorum ver-  
 setur, quæ per totum corpus, à capite vsque ad pedes hinc  
 inde discurat. Effectus autem, qui à spiritibus immundis in  
 vexatis hominibus fieri consueverunt, etsi sint quasi innume-  
 rabiles, aliquos tamen hic enumerabo, vt Exorcistæ cautè  
 circa coniurationem incedere possint. Incipiendo igitur ab  
 his qui à sacra Scriptura narrantur, dico, quòd demones cor-  
 pora humana vexantes, aliquando homines obstinatos reddunt,  
 atque inobedientes, quod patet primi Regum, c. 18. de Saule,  
 qui cū à spiritu immundo vexaretur, obstinato animo, tam  
 acriter vsque ad mortem persecutus est Dauid, nulla in eo  
 existente causa. Aliquando verò homines lunaticos faciunt,  
 vt patet Matth. 17. de filio illius, qui prouolutis genibus,  
 Domino nostro Iesu Christo dicebat: Domine, miserere filio  
 meo, quia lunaticus est, qui & ab ipso Salvatore liberatus  
 fuit. Aliqui demoniaci, muci à demonibus efficiuntur, quod  
 patet Matth. c. 8. de illo, qui respondens de turba, dixit Chri-  
 sto: Magister atuli filium meum ad te, habentem spiritum  
 mutum: & Luca 11. Erat Iesus eiciens demonium, & illud  
 erat mutum. Quidam in ipsa coniuratione à demonibus cæci  
 efficiuntur: quia demones ipsos obsidentes vocantur Lucifugi,  
 id est summo perè odientes lucem: hoc patet Matth. 12. Aliqui  
 demones Energumenos alidit, hoc manifestum est in Marc.  
 c. 9. vbi patet illius pueri Christo dicebat: Vbiunque spiri-  
 tus eum apprehenderit, alidit illum. Quandoque verò tales  
 vexati strident dentibus: hoc idem patet de supradicto pue-  
 ro, vbi supra. Aliquando autè demoniaci arefcunt, quod patet  
 in prædicto puero, ibidem. Sæpe etiam demones conturbant  
 vexatos ad præsentiam Exorcistæ, vt patuit de spiritu illius  
 pueri, qui ad potentiam Saluatoris nostri conturbauit illū, ibi.  
 Nonnunquam verò tales à demonibus vexati elisi in terra  
 voluntatur, hoc clarum est de eodem puero, qui elisus, in ter-  
 ram volutabatur, vt ibi patet. Sapissimè, & quasi sèper demo-  
 nes in corporibus humanis existentes, ex ore vexati spumant:  
 patet de prædicto puero, de quo dicit textus, quòd erat spu-  
 mans. Quidam verò Arreptiij à demonibus in igne, & aquam  
 proticiuntur ad nocem inferendam: quod clarè, & sæpe euenit  
 puero

Diversi-  
 modè dz-  
 mones  
 corpora  
 huma-  
 na ingre-  
 diuntur.

Diversos  
 effectus  
 operantur  
 demones  
 in corpo-  
 ribus ob-  
 sessis.  
 Obstinato  
 animo  
 Saul per-  
 sequitur  
 Dauid.

Muti quò-  
 doque effi-  
 ciuntur ho-  
 mines à  
 demoni-  
 bus.

Strident  
 dentibus  
 sæpe à dz-  
 monibus  
 vexati.

puero supradicto, vt ibidem dicit textus. Aliquando demones  
 reddunt homines surdos, quòd manifestè patet de puero su-  
 pradicto, cui Christus dixit: Surde, & mute spiritus, exi ab eo,  
 ibidem. Aliquando tales vexari, ad tempus à demonibus effi-  
 ciuntur furiosi: qui quandoque in homines insipientes, ipsos  
 atrociter vulnerant, vt patet Act. cap. 19. de spiritu illo, qui  
 quosdam homines atrociter vulnerauit, cò quòd officij exor-  
 cizandi temerè exercere præsumpissent. Quidam demones  
 in maximas & incurabiles infirmitates immittunt homines:  
 adeò vt nullo remedio naturali liberari possint, qui tales in-  
 firmitates patiuntur: nec nimirum, cū ipsi demones laten-  
 do, tales læsiones per seipso faciant; hac autem infirmitate  
 tenebatur illa mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis an-  
 nis decem, & octo, quæ à Domino nostro Iesu Christo sanata  
 fuit, vt habetur Luc. 13. Sunt & alia signa, quibus quis cogno-  
 scitur esse demoniacus, excerpta ex Sacerdotali, quorum pri-  
 mum est, quando quis per tringinta dies non potest continua-  
 re carnem haurire. Aliqui demoniaci habent oculos ter-  
 ribiles, & demones membra eorum, & corpus miserabiliter  
 destruunt, & interficiunt, nisi citò eis subueniatur. Aliqui sta-  
 gunt se esse factos, & sæpe nugantur. Aliqui sermonem alicuius  
 à patria sua loquuntur, etsi nunquam à lacibus paternis  
 recesserint. Quidam Latine, & congruenter loquuntur, cantant  
 musicaliter, & alii reuelant, quòd ipsi vexati nunquam di-  
 cere naturaliter sciussent. Aliqui demoniaci efficiuntur stu-  
 pidi, & insensati. Aliquando eis subiti terrores superueniunt.  
 Potissimum autem signum est, si, quando leguntur Exorcismi,  
 vexatus conturbatur, & hoc est signum præsentia diaboli.

Furiosi effi-  
 ciuntur  
 Energum-  
 eni à dz-  
 monibus:  
 quòdoque  
 diversas  
 infirmitates  
 cauunt  
 demones  
 in homi-  
 nibus.

Signa cer-  
 tissima de-  
 moniaci  
 hic descri-  
 buntur.

Signum  
 euidentis  
 demoniaci  
 hic da-  
 tur.

## CAP. XII.

De maleficijs, & signis, quibus quis cognoscitur esse  
 demoniacus, & maleficiatus.

NVlli dubium est, quòd homines maleficijs possunt affici, Pactum in  
 experientia teste, vt diximus in nostro Compendio, omni ma-  
 lib. 2. & 3. ideò hoc iactò fundamento est sciendum, quòd in leficio cõ-  
 omnibus maleficijs, quæ tam ad amorem, quàm ad læsionem currit in-  
 fiunt, semper pactum manifestum, aut secretum, tacitum, vel ter demo-  
 expressum interuenit, quòd inter maleficium, & demonem nẽ, & ma-  
 betur, quòd semper est quid vanum. Quo peracto, statim dz- leficiatum.  
 mon, aut præsentialiter, vt in Energumenos, aut potestatiuè, Documẽ-  
 vt in maleficiatos, ingreditur, & ad illam solum personam, tũ peruti-  
 contra quam dictum maleficium fabricatum fuit. Quid an- le Exor-  
 tem agendum sit de illis instrumentis maleficialibus, quæ in cillis hæ-  
 detur.  
 lectis,

lectis, vel alijs locis inueniuntur, vt sunt ossa, pluma, capilli, grana, ferrum, lapides, clauis, sulphur, acis, & similia à demonibus delata, dico quod omnia igne benedicto comburenda sunt, vt in nostro Flagello ordinauimus, relicta omnia alia superstitione. Quibus autem signis quis cognoscatur esse maleficiatus, & demoniacus simul, dico, quod etsi sint plura, tamen ad presens hic inseram illa, quæ in sacerdotali posita inueniuntur. Et primò dico, quod maleficiati colorem cædimum in facie habere consueuerunt. Alij autem oculos contractos, & humores desiccatos habent, omniaque eorum membra ligata videntur. Potissima autem signa demonstrantia hominem esse maleficiatum simul, & demoniacum, sunt cordis, & eius stomacalis contractio, & cum eis videtur se bolum super stomachum habere. Aliqui puncturas in corde, ac si acubus esset punctum, sentiunt. Quibusdam cor eis corrodi videntur. Alij verò in collo, & rebus magnum dolorem sentiunt, ita quod talia membra à canibus lacerari eis videntur. Quibusdam bolum in gutture ascendentem, & descendentem se habere videntur. Aliquibus autem ligata est vena generationis. Quidam verò ex indispositione stomachi quicquid ad sustentationem comedunt, vel bibant, per vomitum emittunt. Aliquibus ventus frigidissimus tanquam flamma, per ventrem discurret. Quibusdam impeditur digestio cibi. Et potissimum signum est, quando medicinæ applicatæ nihil profunt infirmo, vt supra diximus capite præcedenti. Aliquibus circa collum est vna continua pulsatio, quæ tremorem inferre videtur. Signa autem, quæ accidere consueuerunt in coniuratione maleficiatis simul, & demoniacis, capite sequenti describuntur.

## CAP. VIII.

*De signis, quæ apparere consueverunt, quando aliquis demoniacus, & maleficiatus coniuratur: & de modo, quem tenet diabolus egrediendo è corporibus obsessis.*

**E**T si demones pro posse conentur in coniuratione se inuictos ostenderet, amen diuina potestate coacti, signa lux præsentia in corporibus obsessis ostendunt. Primum igitur signum quod in coniuratione obsessi apparet, est, quod quando sacerdos ponit manum super caput vexati, rem frigidissimam, tanquam glaciem, sub manu sentit. Aliquibus ventus frigidissimus per humeros, & renes descendit. Quibusdam caput in immentum aggrauatur. Aliquibus cerebri constringitur, & perforatur, ac si gladio percuteretur. Aliquibus inflammatur caput & facies, & aliquando tota persona, ac si esset vapor ignis.

ignis. Aliquibus febris immensa cum dolore capitis euenit, & totam corpus extennatur, & frangitur. Sed omnia ista accidentia parum durant: quia coniuratio tollit vigorem demoni. Quibusdam constringitur guttur, adeo quod strangulari videntur. Aliquibus ad officium stomachi quædam res ad modum pile mouentur, ac si essent vermes, aut formicæ, aut rana. Quibusdam vomitus magnus stomachi accidit. Aliqui maximam tormentam in visceribus sentiunt. Nonnullis venter vehementer iustatur. Aliquibus constringitur cor, ac si intolerabiliter pungeretur. Ostenditur etiã demon in aliqua parte corporis palpando, sicut piscis, aut in modo formicarum. Quidam tam in coniuratione, quam extra, in totum corpus sentiunt demones inter carnem, & pellem, ac si essent formicæ discurretes: & aliquibus videtur, quod tota caro eorum acubus pungatur. Aliquando demò pertrãsit à capite vsque ad pedes: sicut ventus, & è cœra. Quamplura alia signa faciunt demones in corporibus obsessis, quæ practicando videbis: quia diuersi demones, diuersa signa faciunt. Denique quidam demones inueniuntur, qui in corporibus obsessis loquuntur, tractãtes (vt sapius diximus) de mysteriis altissimis sacræ Scripturæ. sic coacti à Deo, & aliquando voluntariè, vt animos Exorcistarum, & assilentiũ ad curiositates protrahant, & inducant. His Exorcista, quantum potest, imponat silentium, & illis præcipiat, quod exequendo è corporibus obsessis, illa sana, & libera, ac expedita, vt inuenerunt, relinquunt. Et cogat eos, vt præbeant aliquod signum reale, & efficax sui recessus, & quod exeant realiter, & effectualiter, ducendo secum totã suã damnatã societatem. Quidam demones quandoque exeunt per os, in modum flammæ ignis. Quidam verò in modum venti congelati. Aliqui aures, discedentes à stomacho, à corde, & ab omnibus partibus corporis obsessi. Quidam egrediuntur per secessum in similitudinem pile, quæ sæper gyro voluitur, donec è corpore exeat. Aliqui in similitudinem ranæ, quæ serpit, donec egrediatur. Aliqui in similitudine vici frigidissimi. Quidam denique per nares in similitudine guttæ sanguinis, in terrã delinens, exeunt. Alijsq; variis modis demones exeunt, vt practicando videbis.

## CAP. XIII.

*Demones in corporibus humanis latere, grauissimasque infirmitates in homines introducere & illos morte afficere posse, probatur: ubi etiam remedium Exorcistis necessarium describitur.*

Supra

Quibus signis cognoscatur maleficiatus.

Potissima signa maleficiati, quæ sint.

Nota quæ partim videntur demoniaci.

Potissima signa demoniaci.

Signa præsentia diabolice quæ sint.

Diuersa signa, quæ apparent in coniuratione.

Cœtur à demonibus in coniuratione constringitur. Ostenditur diabolus diuersimodè in corpore vexato.

Loquuntur quandoque in corporibus obsessis mirabilia demones. Signa sui recessus à demone quærit Exorcista.

Diuersi modi egrediuntur demones è corporibus obsessis.



Græce dispendium hominum hic notatur.

Diuinae permissionis mirabilis effectus.

Græcis maleficorum malicia.

Maleficia interimit homines.

Casus miserabilis in ciuitate Regij.

Testimonium Auctoris in hoc casu.

Quod timet, illi præuenit.

Supra cap. 7. dictum fuit, dæmones ad maleficorum instantiam, homines, maleficiis medianibus, posse vexare, quod multis rationibus, & exemplis probauimus in Compendio nostro, cap. 11. Quibus addendum est, quod aliquando dæmones (diuina permittente voluntate) homines vsque ad mortem protrahunt, nisi citò illis remediis opportunis subueniatur. Et hoc aliquandòque fit diabolo præsentem, quandòque autem sine eius præsentia: ipso tamen protestatiuè assistente, & operante ad imperium maleficorum, hæc procurantur. Quod non lauit beatum Isidorum, vt patet, libro 8. Etymologiarum, cap. nono: qui describens naturam maleficorum loquitur in hæc verba. Malefici (inquit) dicuntur ob facinororum magnitudinem. Hi elementa concurant, mentes hominum turbant, & sine vilo veneni hauitu, violentia tantum carnis animas interimunt. Et si quis quæreret, quid sit dæmones præsentialiter, vel potestatiuè hominem vexaret? Responderetur, quod ille à dæmonio præsentialiter vexari, & possideri dicitur, cum dæmon pro libito suo, omnibus membris illius; interiùs, & exteriùs vtitur. Potestatiuè autem quis à dæmonio vexari dicitur, qui maleficio mediante cui dæmon, ex pacto cum malefico inito, assistit, affigitur, & cruciatur, licet dæmon non sit ibi præsentialiter, inferendo læsionem. Quod quàm crebrò, ac sapissimè contingat, quotidie homines experiuntur, qui cateruati tam diræ, & acriter hæc maleficia patiuntur, vt sæpè hæc infirmitate affecti, & ad vltimum vitæ suæ dispendium deducti, vitam cum morte permittunt, nisi (vt diximus) citò subueniatur. De variis infirmitatibus hominum extant experientie quasi innumera, quæ non solum ab auctoribus Mallei narrantur, parte 2. cap. 12. sed etiam, quæ in dies ad aures Exorcistarum peruenire dignoscuntur: ex quibus duas in medium afferam, ne illa voluntariè dicti videantur, quæ mihi acciderunt pluribus in locis. Nam cum anno Domini 1575. in ciuitate Regij moras traherem, quidam nobilissimæ mulieri viduæ maleficium à Maleficis ita pessimum illatum fuit, vt in maximam, & incurabilem infirmitatem inciderit: quæ cum medicum suum excellentissimum (cui nomen Hieronymus Aylotus erat) euocasset, totam suam infirmitatē euocauit. At ille omne genus medicinæ adhibendo, cernens se pro sanitate acquirèda nihil in ea proficere posse, & magis mulierem ad vitæ interitum appropinquare: timensque prædictam mulierem aliquo maleficio affici, sermone super hæc re mecum habito, tandem ad dictæ mulieris domum (ipso duce) peruenimus. Et licet ille

medicus

medicus aliquando alterius opinionis (vt mos Medicorum est) exiitisset, tamen lectis consilio meo iussi expurgari: vbi inter alia instrumenta maleficialia, quædam imago ex plumis miro modo ad instar hominis fabricata, caput, brachia, manus, crura, pedes, & omnia alia membra habens, inuenta fuit, quæ maximæ admirationis omnibus illam inuentibus causa extitit. Interim quoddam mirabile accidit: quia dum circa prædictam mulierem, non de remediis corporis, sed de extrema vntione ageretur, maleficialibus instrumentis combustis, remediisque spiritualibus adhibitis, quasi repente mulier illa ad sanitatem rediit, medicis, ac tota eius domo spectantibus, & admirantibus. Hæc de infirmitatibus à dæmonibus introductis dicta sunt. De morte verò, præter illa, quæ à prædictis Auctoribus narrantur in supra citato cap. Mallei, hic casus mihi. Cum enim anno Domini 1582. in ciuitate Bononia morarer, quidam nobilissimus, ac illæ dignitatis vir, filium puerum septem annorum habebat, quem tenerè, ac vnicè diligebat. Hic enim puer dirè agrotare cepit: quod perpendens eius pater, paternòque affectu illi compatiens, vocauit medicos, & illis infirmitatem filij sui detexit: qui omni sua industria, & arte adhibita, variisque remediis applicatis, nihil ad sanitatem obtinendam perficere potuerunt, admirantes se non solum incassum omnia agere, sed nec infirmitatem ipsam posse cognoscere. At pater pueri, ne puer aliqua maleficiali infirmitate laboraret, diligenti inquisitione circa lectos adhibita, varia, ac diuersa instrumenta maleficialia adinuenit, qui territus, inuisendi puerum causa, vocauit me. Cui ego compatiens, cum prædictum puerum inuisissem, omnibus viribus destitutum inueni, & licet medici omnia efficaciora, & spiritualia remedia similibus infirmitatibus ordinata, applicassent, tamen paucis diebus elapsis (Christo ipsi aliam vitam præparante) ad cælum migravit, omnibus de inuentis maleficialibus instrumentis admirantibus. Consequenter etiam dæmones in corporibus humanis sub specie diuersarum infirmitatum se abscondere, & per multos annos latere, ne (vt supra diximus cap. 7.) ibi adesse deprehendantur; vbi postea inestimabiles expensæ sunt, quæ nihil profunt infirmis: Nec mirum, cum res sensibiles, & corporæ directè, & principaliter non possint agere in spiritum. Et adeò ibi teguntur, vt vix, & maxima cum difficultate, omni etiam diligentia adhibita, detegi possint. Et quasi in omnibus obsessis, quos præ manibus habui, hoc accidit, circa quos expertus sum miranda. Remedia autem contra hoc

Imago maleficis iuuenitur.

Sanitas repente hic intro ducitur.

Casus mirabilis in Ciuitate Bononia.

In vanum laborant medici circa maleficia. Timor cum effectu hinc aduenit.

Latet hic diuina iudicium.

Latet hic dæmones infirmitatibus relictis.

Sensibilis directè agunt in spiritum.

appi

Remediū  
contra spi-  
ritus la-  
tentes in  
humanis  
corpori-  
bus.  
Obsessa à  
dæmone in  
Civitate  
Regij.

applicanda, etsi sint multa, potissimum tamen est confessio sacramentalis, quæ spiritibus latentibus vires resistendi con-  
iurationibus aufert. Et, ne hoc tibi videatur sine ratione, &  
veritate dictum, aliqua exempla in medium afferam, quæ no-  
stro proposito fauent. Cùm enim anno Domini 1674. in su-  
pradicta civitate Regij manerem, quandam puellam viginti  
annorum à dæmonibus obsessam præ manibus habui, quæ per  
multos menses in lecto decubuit, hac incognita infirmitate af-  
fecta. Et licet supra nominatus Medicus, omni studio, diuer-  
sis medicamentis eam mederetur, tamen in illam tempus, &  
operam se perdere cognouit: qui intra se de hac muliere du-  
bitare cepit, ne ibi spiritus malignus adesset, maxime quia in  
ea signa supra naturam cernebat: quam dubitationem cum  
Superiore illius puellæ conferens (erat enim monialis illa iu-  
uenis) ipso iubente, exorcizare eam cepi. Et licet per mul-  
tos dies ipsam exorcizando, interrogassem, ac signa interiora  
vexationis quaesuissem, nunquam tamen veritatem extorque-  
re potui. Cernens autem me omnia incautum agere, & in eam  
operam perdere, consilio intra me habito, ipsam in confessio-  
ne audiui. Quæ peracta (mirabile dictu) illud, quod in tot dies  
perquirendo, omnibus ferè remediis adhibitis, scire non po-  
tui, sola confessione sacramentali obtinui, adeo quod dæmon  
illo sacramento victus, & debilitatus se manifestè propalauit.  
Quod simile in illis puellis Mirandulæ accidit, de quibus lo-  
cati sumus in nostro Compendio, lib. 2. cap. 11. quæ à da-  
monibus vexatæ, sub specie grauissimæ infirmitatis diu in le-  
cto iacuerunt, quæ, cùm multis modis (licet in vanum) inter-  
rogatæ fuissent circa vexationem, & maleficia sibi illata, ac  
omnia negassent, sacramento tamen confessionis adhibito,  
omnia falsæ sunt. Alia quàmplura exempla extant, quæ tan-  
quam superflua relinquuntur, cùm quotidie oculis hominum  
ratione videntium pateant.

## CAP. XV.

*De quadam astutia, qua dæmones à corporibus obsessis egre-  
dientes viuunt, cùm in Exorcistas præualere non pos-  
sunt, & de remedio contra illam apponendo.*

Astutia  
quorūdam  
dæmonum  
è corpori-  
bus egre-  
dientium.

Supra cap. 8. diximus, dæmones mille modos nocendi ge-  
neri humano habere, omnibusque astutijs vti ad decipien-  
dum Exorcistam, inter quas non immeritò ponenda est illa,  
qua dæmones vtuntur cùm in Sacerdotem præualere non pos-  
sunt. Quandoque enim vi Exorcistarū victi, & à corporibus  
humanis eieci, vt facilius reingredi possint, in exitu suo in  
capillis

capillis patientis se abscondunt: vbi, obsessis ab omni interio-  
ri, exteriorique vexatione liberatis, diu latent, nullum dolo-  
rem interiore, atque exteriorem illis immittendo. Circa  
quod cautus esse debet Exorcista, quia hoc sæpissimè contin-  
gere consuevit. Et ad hoc probandum, extat, exemplum de  
quodam puella, de qua locuti sumus in Compendio nostro, Latere  
quærit  
dæmones  
in capillis.  
Casus, qui  
auctori ac-  
cidit. libro 1. c. 12. quæ cùm semel à quodam Exorcista exorciza-  
retur, dæmon Exorcismis deuictus, ab illa recedens, in eius ca-  
pillis se abscondit, vbi spiritus Exorcismis, tam diu latuit, vt  
Exorcista illam liberam proclamaret, astantesque ad gratias  
Deo reddendas de victoria habita contra dæmonem, ac li-  
beratione obsessæ, acquisita, verbis incitaret. Timens tamen  
prædictus Exorcista, ne à dæmone illuderetur, me in auxi-  
lium suum euocauit. At ego, cùm ad locum coniurationis  
peruenissem, intuens in obsessam, atque per signa dubitans,  
ne hoc ad aliquam dæmonis deceptionem pertineret, exorcis-  
mis, durisque comminationibus contra dæmones inuehere  
cepi. Et cùm ille maledictus intrepidus, atque impavidus an-  
te me ita persisteret, vt in opinionem prioris Exorcistæ quasi  
inciderem, tamen consilio intra me habito, ambabus manibus  
capillos illius mulieris collegi, atque manibus sacratis sup-  
posui. Quo expleto, cùm in faciem vexatæ respexissem, da-  
mon, quasi interceptibili modo, faciem illius mulieris ab in-  
tuitu meo subtraxit, aliunde illam vertens, & cùm eum du-  
rissimis præceptis cogere, dæmon in hæc verba prorupit:  
*Vedi che diabolo è questo. Io me ne staua nascosto ne i capelli di  
questa puttana, & tu sei stato tanto tristo, che con la tua astu-  
tia mi hai fatto scoprire.* Quæ sententia omnes astantes in  
clamorem, & risum conuertit.

## CAP. XVI.

*Dæmones post liberationem obsessi, ad maleficia destruen-  
da, quandoque in corpora iam vexata reingrediuntur,  
vbi de remedio illis applicando agitur.*

ET si omnia dæmonum opera, vt plurimum admiranda Opera dæ-  
monum  
admirande  
quare ap-  
pareant. appareant, vt potè quia præter naturam operari videan-  
tur: quædam tamen ex ipsis mirabiliora nobis videntur, eò  
quod causam illarum ignoramus. Et quis non admiretur, da-  
mones, potestatiuè à corporibus obsessis, diuino auxilio assi-  
stente, ab Exorcistis expulsos, ad facturas, atque maleficia de-  
struenda in eadem corpora, in quibus nullum ius vexandi ha-  
bent, iterum reingredi: quod tamen, quandoque me præsen-  
te factum fuit, vt patet de quadam puella à dæmone arrepta,  
de

**D**æmones à corporibus egrediens reingrediens, & quare. Mirabilis casus hic annotatur. Monialis à demonio totaliter liberatur. Remediū aduersus demones.

de qua locuti sumus in Compendio nostro, lib. 2. cap. 11. nomen illius, ac loci tacere expedit: quæ licet post multos labores à quodam Exorcista consumptos, ab ipso potestatiuè, in die stigmatū beatissimi Patris nostri Francisci, derelicta fuisset: tamen qualibet nocte vsque ad solennitatem præfati Patris nostri, in ipsam ingrediebatur, vbi etiam per quatuor, vel sex horas manebat. Et adueniente hora excitandi moniales, cum quibus illa moram trahebat ad matutinum, (erat enim, & ipsa monialis) tunc dæmon, velut sagitta ab ipsa fugiebat solutis maleficiis in ipsa existentibus, quæ in dies illa ex ore enomebat. Tandem diuino sibi assistente, & adiuvante presidio, illa totaliter à dæmone derelicta, liberata fuit, mediante tamen præcepto dæmoni ab Exorcista facto, ne ad illam deinceps causa vexandi rediret, interueniente pariter maledictione, contra ipsum ab Exorcista prolata, si ad illam vexandam amplius rediret. Quod remedium Exorcistis deservire poterit, ut scilicet per excommunicationem (quæ cum exorcismis quò ad demones unum existit) & præceptum demones à vexatione hominum impediatur.

## CAP. XVII.

*De remedijs contra demones incubos, & succubos applicandis.*

**D**æmones incubos infestos esse mulieribus, dino Augustino testante, cognovimus: Et quandoque in actibus libidinosis mulieribus se voluntariè subiicientibus vtuntur, quandoque etiam ipsis inuitis: & hoc in sacratoribus festis exercere cõsueverunt. Cur autem demones in sacratoribus anni temporibus, vt in Natalis Domini nostri Iesu Christi, Paschæ, Pentecostes solennitatibus, & aliis festiuis diebus id exercent, rationes possunt reddi: quia hoc peragunt non libidinis, & delectationis causa, quæ consistit in carne, & ossibus: cum spiritus carnem, & ossa non habeat, sed potius vt hi, qui has spurcitas voluntariè exercent, nõ solum perfidi per apostasiam à fide, verum etiam & sacrilegij vitium incurrant. Secundò, vt Deus sic grauis offensus maiorem potestatem seruandæ in homines, & illos puniendi dæmonibus relinquat. Tertio, vt ipsos in corpore, & anima in maiorem damnationem ex istis enormissimis peccatis impellat. ac ruere faciant. Et de his, se voluntariè talibus spurcitijs subiicientibus, extant quàmplura exempla, quæ ab Auctoribus Mallei Maleficarum ponuntur in secunda parte, quæst. 1. cap. 4. De iniurijs autem multa exēpla à prædictis Auctoribus ibidem quæst. 2. cap.

**cap. 1.** conscribuntur, ex quibus aliqua in vestro Compendio, libro primo, c. 15. ponuntur. Erat denique exemplum de quadam virgine in habitu religioso à quodam dæmone stuprata, quæ in sacratoribus anni solennitatibus incedibili libidinis vsu abutebatur, ipsa, sola voluntate retinente, cum in tali actibus nullus sensus: præter tactus, sibi à dæmone relinqueretur: quia illam in actibus libidinosis immobilem reddebat. Et licet omnia remedia spiritualia tam in nostro Compendio, lib. 3. cap. 3. quàm in nostro Flagello posita, illi applicissem diuina tamen percussione nunquam liberari potuit. Remedia autem potissima contra has diabolicas incubationes sunt dolorosa, ac lacrymabilis contritio suorum peccatorum: confessio sacramentalis: oratio Dominica deuotè prolata: communio sacratissima Corporis Christi: deuota exercitatio in Crucis consignatione: Exorcismorum applicatio, loci mutatio, & excommunicatio, quæ fortassis quò ad hoc, vnum cum Exorcismo exiit, de quibus ad plenum locuti sumus in nostro Compendio, lib. 3. c. 3. Ad hoc etiam malum propellendam multum valer atque benedictæ aspersio: deuota passiois Christi meditatio, elemosynarum in pauperes pia largitio: Angelica salutaris ieiunium cum deuotione factum: & pia peregrinatio ad loca Deo, & Sanctis eius dicata inuisendæ: denique applicatio illarum rerum benedictarum, quæ in sequenti capite descripta sunt: hoc tamen adiuncto, quòd ex supradictis rebus benedictis breue sibi facere debet, & illud ad collū, cum alijs sacris rebus, cum maxima deuotione secum deferre. Et licet hæc remedia supradictæ moniali, forsitan ad maius anime ipsius meritum, & augmentum, non profuerint: non tamen propter hoc circa alios omittenda sunt. Quod enim vni non prodest, causa aliqua subsistente, non propter hoc sequitur, quòd alteri non proderit: idò hæc remedia alijs non sunt subtrahenda, maxime cum res illæ contra demones ab Ecclesia Catholica benedictæ maximam obtineant virtutem.

## CAP. XVIII.

*Instrumenta maleficantia à demonibus, & maleficijs renouari, probatur: ubi etiam de remedio agitur.*

**D**æmones ad maleficorum instantiam, maleficantia instrumenta ab ipsis fabricata, & aliquibus creaturis ex odio, vel malignitate illata, vt plurimum in domos maleficia patientiū deferunt, atque in lectis abscondunt. Quod quàm suspicissimè accidere consueuerit, multæ Italix ciuitates testantur, quarum

Monialis ab incubo stuprata.

Dæmones incubi quomodo inuitis mulieribus vtantur.

Remedia potissima contra incubos.

Breue ex reb. benedictis fieri iubetur.

Quod vni non prodest, alij subtrahi nõ debes.

Perficere nituntur malefici, quæ profecti sunt. Renouant malefici instrumenta maleficialia.

Presbyter maleficarius in Ciuitate Bononia.

Obferuantur luge reuolutiones in fabricandis maleficiis. Non fabula, sed verum narratur.

Remediū contra infelutis demonum.

Chritas Auctoris circa proximum.

quarum homines his infirmitatibus afficiuntur. Et quia malefici, mala, quæ profecti sunt, & in dies incipiunt perficere. & ad finem, quo tendunt, perducere nituntur: ideo ne maleficia in his, quibus applicantur, careant suo effectu, ipsi daemones, seu malefici sapissimè omni mense ipsa instrumenta maleficialia renouare procurant. Et ad hoc probandum quàm plures experientia extant, quæ nostris temporibus acciderunt, quorum vnam solummodo enarrabo. In Ciuitate Bononia, anno Domini 1581. quidam presbytero (nomen taceam, expedit) cuiusdam parochialis Ecclesie Rectori hic casus accidit. Nam cum maleficium ita pessimum sibi illatum fuisset, vt per multos menses lecto decumberet, & ad medicos profanitate acquirenda recurreret, incassaque omnia remedia naturalia fore cerneret: timens se aliqua maleficiali infirmitate laborare, & affici, consilio Exorcistarum habito, lectos expurgare, atque perquirere fecit, in quibus multa instrumenta maleficialia adinuenta fuerunt, quæ in ignem iniecta, consumpta fuere. Sequenti verò mense, Luna reuoluta, iterum predictos lectos aperiri, atque perquirere fecit, vbi denuò alia instrumenta maleficialia in ipsis lectis inuenta, exurere iussit, quæ similiter igne benedicto combusta sunt. Hæcque iterum, atque iterum exequendo, post reuolutionem cuiuslibet Lune super eam maxima intuentium admiratione, diuersæ species instrumentorum maleficialium repertæ fuerunt. Hinc enim presbyter, post longam, & diurnam infirmitatem, remediis contra maleficas infirmitates adhibitis, ad sanitatem conuolauit. Qui & si aliquantulum senex, tamen adhuc viuit. Et hic casus vique ad aures Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis & Archiepiscopi predictæ ciuitatis peruenit: cum quo etiam sermonem super hac re (ab ipso euocatus) habui. Remedium autem cõtra hoc applicandum, erit, vt accipiatur aurum, casias, myrrha, sal exorcizatus, oliua, cera benedicta, vt puta cerei Paschalis, vel alia, & ruta: omnibus propriis benedictionibus respectiue, & sigillatim benedictis, & ex eis fiant breuia, ac ponantur in quatuor angulos lecti, prius ab instrumentis maleficialibus expurgati, ac signo sanctæ Crucis ter ad honorem sanctissimæ Trinitatis, ex omni parte consignati, atque muniti. Et hæc pauca, quæ pro modulo ingenij mei colligere potui, Exorcistis sufficiant. Quæ autem tam in nostro Flagello, quàm in hoc Fuste demonum tractata, & explicata fuere, nulla alia de causa edita sunt, quàm vt hominum saluti (quantum exiguæ ingenij mei vires postulant) consulerem. In quibus si quid erroris inuenietur:

nietur: sicut errandi intentione non est factum, ita illud mecum humiliter iudicio, & correctioni sanctæ Catholice, & Romanæ Ecclesie, atque sapientum subitico. At si quid vtilitatis ex his sumptum, sacrosanctæ, indiuiduæ, atque sapientissimæ Trinitati, à qua omne datum, & donum perfectum provenire dignosco, referatur. Cui est omnis honor, & gloria, nunc, & in æuum. Amen.

Alia capitula, ad hanc materiam pertinentia, quare in nostro Flagello, vbi pulcherrimè describitur doctrina perutilis, ac necessaria Exorcistis.

FVSTIS DÆMONVM,  
Exorcismos formidabiles, potētissimos,  
& efficaces, ad malignos spiritus expellendos, maleficiæque fuganda ex obsessis corporibus, complectens.

AUCTORE R. P. F. HIERONYMO  
MENGIO VITELLIANENSI,  
Ordinis Minorum Regularis  
Observantia.

EXORCISMVS PRIMVS.

R V B R I C A.

Exorcista quicumque sit ille, volens expellere demones è corporibus obsessis: premissa sacramentali confessione, & trium dierum ieiunio, nulla leuitate, aut curiositate ductus: sed sola necessitatis, vel charitatis causa, disponens hanc rem assumere arduam, corde humiliato, fideque firma, stans ante altare, vel aliquam imaginem, vna cum infirmo à demone vexato, ibi genuflexus, deuotè, constanter, & intrepidè, induus sacris vestibus pro sui ordinis qualitate faciens sibi signum Crucis in fronte, ore, & pectore, dicat:

Signum

Subiicit se Auctor, suæ operæ pedibus S. Catholice Ecclesie.

**I**GNVM Crucis † sit in fronte mea. Verba Christi † sint in ore meo. Arma Christi † sint in pectore meo. Potentia Patris † confortet me. Sapientia Filij † doce me. Amor Spiritus † sancti illumina me. Benedicta sit illa dies, & hora, in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de beatissima Virgine Maria. Amen. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti. Amen. Confiteor Deo omnipotenti, &c. *totum.*

*Deinde fac absolutionem super infirmum, & super assistentes, dicendo:*

Misereatur vestri omnipotens Deus: &c. Indulgentiam, & absolutionem, &c.

*Postea lege sequentia precepta alta voce contra demones fauemes, & obsequentes.*

**R**ecipio vobis demones, qui venistis in adiutorium istorum demonum, vexantium hanc creaturam Dei N. ex parte sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per manus inimicorum vestrorum, & sub pœna tradendi vos in potestatem inimicorum vestrorum, ac condemnandi vos in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille, quatenus nullum adiutorium, vel fauorem decis istis demonibus, qui vexant hoc corpus istius creature Dei N. sed discedatis statim, & eatis ad loca vobis deputata à Deo. Ecce crux Domini † fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David. Præcipio etiam vobis demones, qui vexatis hanc creaturam Dei N. quod exeuntes ab ea, dimittatis, & relinquatis eam liberam, & sanam, absque vlla lesione animæ, & corporis, ut possit seruire Deo creatori suo. Etiam præcipio omnibus inimicis vestris in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et sub eisdem pœnis præcipio vobis, ut nihil dicatis, vel faciatis, quod presentibus, vel absentibus displiceat, nisi quantum fuerit interrogatum à me. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † sancti. Amen.

*Inc*

*Hic Exorcista ponat manus super caput vexati, & ligando stolam ad collum eius cum tribus nodis; dicat.*

**V**os spiritus abominabiles, ac rebelles Dei, coniuro, adiuro, voco, constringo, euoco, contendo, & contello, vbi-  
cunque sitis in homine isto per Pa † trem, & Fi † lium, & Spi-  
ritum † sanctum, & per potentissimam nomen Dei Heloyin forte, & admirabile exorcizo, & adiuro vos spiritus, ac imp-  
pero vobis auctoritate, qua fungor, per virtutem Dei, & sapientissimi Creatoris, qui cuncta creauit, tenens vos in sua Gen.  
potestate, à qua fugere non potestis, vt incontinenti verba conu-  
rationis meæ intelligatis, & virtutem: & sentiatís vos victos ex præcepto vobis factó, nunc ab ista creatura Dei N. & imagine Christi non audeatis recedere absque licentia mei præcepti, & sic sitis ligati, & incatenati, sicut Sancti Dei ligauerunt demones cum catenis, ita cum ista stola iocunditatis ego vos ligo. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen.

*Deinde positis manibus super caput vexati, dicat:*

**E**xtinguatur in te N. omnis virtus diaboli, per impositionem manuum mearum, immò per inuocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris † & Filij † & Spiritus † sancti. Amen.

*Postea lege sequens Euangelium: tenens manum super caput vexati.*

Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem.

**I**n principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Ioan. e. r.  
Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.

In propria venit, & sui cum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credant in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis. *R.* Laus tibi Christe.

*Deinde subiungat Exorcista.*

Per Evangelica dicta extingatur inte N. omnis virtus diabolica, & infundatur virtus divina.

*Quod servandum est in fine cuiuslibet Evangelij.*

*Postea Exorcista ostendat Crucem demoniaco, dicens:*

Ecce Crucem † Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David. *V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

Extra. de  
Fria. & fi-  
de Catho-  
lica, firmi-  
ter.

**D**omine Deus omnipotens, qui es æternus, immetus, incommutabilis, & incomprehensibilis, atque ineffabilis, trinus in personis, & vnus in essentia, & substantia, Pater quidem à nullo: Filius à Patre solo: & Spiritus sanctus ab utroque, absque initio, & sine procedens, Qui licet verè existas Deus in tribus personis, quæ sunt consubstantiales, coæquales, omnipotentes, & coæternæ, tamen vniverforum principium, creator omnium visibilium, & invisibilium, spiritualium, & corporalium permanes, Qui tua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo creaturam condidisti, spiritualem, corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constituta: Pro cuius salute unigenitum Filium tuum Iesum Christum, à tota simul Trinitate ex celo demissum, incarnari voluisti: qui ex Maria semper virgine, Spiritus sancti cooperatione conceptus, verusque homo factus ex humana carne, vna in duabus naturis persona, viam vite manifestè demonstravit. Qui cum esset secundum diuinitatem immortalis, & impassibilis, pro nostra tamen salute secundum humanitatem effectus est mortalis, & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno Crucis passus, & mortuus descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in caelum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos in fine sæculi, & redditurus singulis

Luce. i.

Ecclesiæ  
Romana  
in præfatio  
ne S. Cru-  
cis.

culis secundum opera sua, tam malis quàm electis. Per hæc omnia sanctissima fidei mysteria, & nostræ redemptionis sacramenta te deprecamur, ac petimus, vt suscipias preces, quas tibi offerimus pro famulo tuo N. & expellas omnes dæmones ex hoc corpore, & proicias eos, vt inimicos tuos, in profundum inferni, vt non habeant potestatem super hunc famulum tuum N. molestandi, fatigandi, seu vexandi eum: quia in te sperauit, & credidit, vt non confundatur in æternum, sed in tua iustitia, & fortitudine brachij tui liberatus existat. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aqua benedicta obsessum: Deinde incipiat aduare dæmones obsessentes.*

*Sed cauere debet, ne sine grati necessitate veniat ad colloquium familiariter cum illis, quod sæpè dæmones facere querunt, vt Exorcista perdat deuotionem, & ipsi reasumant vires: sed cum magna fide, & forti animo intrepide illos aggrediendo, dicat.*

CONIVRATIO.

**O** rebelles Dei, & inimici triumphatoris Domini nostri Iesu Christi Nazarenite: ecce venio ad vos in virtute Dei omnipotentis, qui vos ex nihilo creauit, qui tam iniuste, atque impie hunc famulum Dei N. vestra temeraria, atque oblitata voluntate inquietare, & molestare præsumpsistis. In virtute igitur Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti coniuo vos dæmones infernales, spiritus malignos: & per illam sanctissimam veram, & immaculatam fidem Domini nostri Iesu Christi, quam beatus Ioannes Apostolus ardentissimo charitatis amore predicauit, pro cuius defensione in Insulam Paphos relegatus fuit: cui Dominus per angelos suos reuelare sanctissima mysteria nostræ fidei dignatus est, vt illa propalaret seruis suis fidelibus, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & Iesu Christi, quæcumque vidit, cuius gratia, & pace nullo modo vti potestis eo quod dedistis terga conditori vestro. Audi igitur, iniquissime dæmon, audi, & time, victus, & prostratus abscede in nomine Domini nostri Iesu Christi, quia tibi interdicitur figura Dei.

Gen. 1.

Apoc. c. 1.

## Oratio.

**O**mnipotens, & misericors Deus, qui fideles tuos in te vere credentes, omni tempore clementer ab erroribus confirmare non desinis: & favalis tuis in tua fide perseverantibus, non solum firmitatem illius præbes, sed etiam sacratissima eiusdem fidei nostræ mysteria revelare non desinas: te Domine sancte Pater, humiliter deprecor, ac posco, ut per virtutem eiusdem fidei, & intercessionem beati Iohannis Evangelistæ, & per omnia nostræ fidei mysteria, illi per Angelum tuum revelata, mihi potestatem præbeas expellendi hos demones ab hoc famulo tuo N. quem tua pietate creaveris, & ad tuam imaginem formare dignatus es, ut liberatus ab hac pessima vexatione, & in tua fide confirmatus, & corroboratus, te adiuvante aeternæ beatitudinis præmium assequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuero te, & maledicte demon, per virtutem sacratissimi nominis Domini nostri Iesu Christi, qui revelavit seruo suo Iohanni sacratissima mysteria Apocalypsis, qui testimonium perhibuit verbo Dei, cum de divinitate sua diceret, dixit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quique de eius humanitate, qua verbum caro factum est, predicando, & scribendo: deque venturo eius iudicio, & signis precedentibus eius adventum testificabatur: qui à Christo sapientiam audivit: ipsum vidit, vitamque eius imitatus est, ut digne testimonium perhiberet quæcumque vidit. Eradicare igitur, & effugare, ô maledicte demon, ab hoc plasmate Dei N. per illum, qui te de supernis caelorum ad inferiora terræ demergi præcepit. Coniuero te, & malignissime demon, per gratiam, & pacem, quam beatus Iohannes operat omnibus fidelibus Christi, cum dicit: Gratia vobis, & pax. Gratia, (inquam) ô miserrime demon, que nos liberat à peccatis, que tuis maledictis persuasionibus committimus. Pax, que reddit nos Deo, & beatis Angelis consideratos. Gratia, que (te invito) convertit voluntatem nostram ad Deum, ut grati simus. Pax, que quietat animam nostram in Deo, ut ipse gratissimus sit nobis. Coniuero te, & maledicte demon, per Iesum Christum Filium Dei, qui erat, dum omnia crearet: qui est, dum omnia reconciliat, & qui venturus est, quando nos per gloriam beatificabit: quia tunc dabitur nobis gratia, & pax à Iesu Christo, qui in sanguine suo gratiam, & pacem nobis lucravit, quam ob malitiam suam perdidit

perdiderunt primi patres nostri, & nos per ipsos ex peccato originali. Coniuero te, & acquisitive spiritus, per illum, qui est totus fidelis, id est Christus: qui sicut in hunc mundum veniens testimonium perhibuit veritati: ita etiam est primogenitus mortuorum: quia primus fuit, qui in alio seculo à morte resurgens, vixit ut ipse in aeternum viveret, & filios suos in aeternum victuros, non solum meritis, & gratia generaret: sed etiam à mortuis resuscitando immortales faceret. Coniuero te, & demon, per illum qui est princeps regum terræ, qui est Dominus noster Iesus Christus, quem Dominus Deus Pater primatem omnium iustorum, quos in tui dedecus, ô miserrime demon, prædestinavit conformes fieri imaginem Filij eius, ut sit primogenitus in malis fratribus, quos acquisivit sanguine suo. Coniuero te, & demon, per illum, qui fecit nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes: regnum, in quo Deus per iustitiam regnaret: Sacerdotes, à quibus oblationem laudis, & gratiarum actiones reciperet: regnum, per quod Christi capitis nostri in Deo membra sumus: Sacerdotes, qui capiti nostro Christo, tanquam membra vera, in mysteriis sibi debitis serviamus: qui non solum in sanguine suo meruit regnum iustitiæ, verum etiam & reproborum iudex esse: ut sicut nos obediens regno suo dignos per finale iudicium ostendet, sic & vos reprobos vestris malignis operibus, & factis, & contemptores tanta gratia, & tam pretiosi sanguinis decerneret datione aeterna esse dignissimos. Audi ergo, creatura damnata, spiritus immanide, victus, & prostratus discede ab hac creatura Dei N. in nomine Domini nostri Iesu Christi, & vade ad loca deserta, ubi nullam creaturam laedere possis per virtutem eius, qui victus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui es principium omnium creaturarum, à quo omnia procedunt, & per quem omnes beatificantur, qui pro salute humani generis incarnati, nasci, & mori voluisti, quique resurrectionem mortuorum, & formidabilem diem extremi Iudicij ord. nasci, in quo venturus es cum Angelis, & Sanctis omnibus, ut Iudex universalis iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem: ubi reddes unicuique secundum opera sua: te humiliter deprecamur, ac petimus, ut per tuam ineffabilem misericordiam, qua iustos salvas, mihi concedere digneris virtutem tuam adversus hunc iniquissimum demonem, famulum tuum N. ve-

xantem, ut illum tua gratia ab eo expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apoc. c. 1.

Coniuro te, ꝑ spurcissime dæmon, per illum, qui cum venerit ad iudicium in nubibus, tunc plangent super eum omnes tribus terræ, quæ tua deceptione, magis terrena dilexerunt, quàm Christum: tribus verò cælestes iustorum, qui Deo obedierunt, tunc in iudicio super eum gaudebunt. Plangent (inquam) tecum, ô miserima creatura, tribus terræ suam miseriam super eum, cuius gloriam tunc videbunt non in Deitate: cuius visione indigni erunt: sed in humanitate, quam pupugerunt: & eius vulnera videbunt, quorum ipsi causa extiterunt, & ideo ut mortis eius rei deputabuntur, quasi ei hæc vulnera impressissent. Coniuro te, ꝑ nefandissimi dæmon, per

Apoc. c. 1.

Iesum Christum Dominum nostrum, qui est Alpha, & Omega, principium, & finis: principium, (inquam) in quo creatæ sunt omnes creaturæ in natura, & gratia: finis, in quo glorificabimur in gloria: omnipotens, qui servat in æternitate, ut fiat omnia in omnibus interminabili perpetuitate. Coniuro te,

Apoc. c. 1.

ꝑ maligne dæmon, per illum, qui dicit: Ego sum primus, à quo omnia procedant: & novissimus, ad quem omnia ordinantur: primus, ut principium, in quo datur omnibus vitæ novissimus per mortis tolerantiam, per quam meruit omnibus vitam: qui fuit mortuus ex infirmitate humanitatis:

1. Pet. 1.

viuit verò æternaliter ex virtute diuinitatis, ut nos moriamur peccato, ut mortificati vitii, & concupiscentiis, per innocentiam postea viuamus Deo, per immortalis iustitiæ vitam, quam tu, ô proditor nefandissime, ob superbiam tuam perdidisti. Tu ergo, nequissime dæmon, inimicus fidei, hostis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iustitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hominum, proditor gentium, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, causa discordiæ, excitator malorum, magister dæmonum, quid stas, & resistis tantæ potentie Christi, cum scias eum tuas perdere vires: Exi ergo ab hac creatura Dei N. quam Dominus astitit Iesus Christus ad Baptismi gratiam euocare dignatus est, & vade ad locum tibi à Christo assignatum, vbi nulli creaturæ nocere possis, alioquin mittam te in stagnum ignis, vbi famus tormentorum tuorum ascendet in sæcula sæculorum. Amen.

Ex diuini  
Ambrosij  
Exorcis-  
mo.

Oratio

## Oratio.

Domine Iesu Christe, qui pro nostra salute in Cruce moriens, ianuam regni cælestis aperuisti, & tuis fidelibus finaliter in via tuorum præceptorum ambulantibus, portas mortis claudere meruisti: qui famulis tuis in te verè credentibus potestatem eiciendi dæmones è corporibus obsessis dedisti, propter nomen sanctum tuum, cui omnè genu flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum, te inuocamus super hunc famulum tuum N. quem diabolica sauitia vexat, ut per virtutem tuam diabolum conteras, & ab eo expellas hunc nequissimum draconem, ut ab eo liberatus, per te ad regna cælorum peruenire possit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Coniuro vos, ꝑ angeli tartarei, per illum, qui in cruce moriens, nobis à Deo Patre meruit, ut claudat nobis portas mortis, & portas vitæ aperiat: qui habet clauem mortis, quæ est damnatio æterna, qua vos, Christi inimici, & omnes vobis adherentes, æterna vita, & æternis bonis illius vitæ priuamini: & inferni, qui est locus miserie, & pœnæ, quæ peccatorum, & scelerum de merito, vobis, & omnibus damnatis infligitur. Et quæ sunt clauem damnationis, & pœnæ æternæ, ô miseri dæmones, nisi iustitia, & misericordia Christi, qui per virtutem, & misericordiam suorum meritorum, suis amatoribus, & famulis æternam damnationem claudit, & portas vitæ æternæ aperit. Et per iustitiam vobis, & aliis indignis, & à suo merito alienis portas vitæ claudit, & portam æternæ damnationis aperit. Adiuro te, ꝑ pessime dæmon, per Filium hominis, stantem inter septem candelabra aurea, id est Christum, qui semper præsens est, & in medio Ecclesiæ sue permanet. Ero (inquit) vobiscum vsque ad consummationem sæculi. Coniuro te, ꝑ maligne dæmon, per illam spiritualem, & magnam vocem, quam Beatus Ioannes Apostolus post se clamantem audiuit, per quam de rebus cælestibus, & diuinis mysteriis locutura erat diuina sapientia: quæ sicut tibi, & omnibus reprobis magna mala minatur, ita ingentia bona pollicetur Dei electis, ut omnes iusti ad bellum contra vos, & membra vestra, quæ sunt praua, atque peruersa, inuocentur. Per hæc, & omnia alia mysteria, quibus tu, maledicte dæmon, potes constringi in nomine Domini Iesu Christi, te adiuro, & constringo, ut exas de vase isto, & plasmate Christi, qui suo sanguine preciosissimo ipsum à peccatis lauir.

Illum



illum metus, qui in Isaac immolari, in Ioseph venundari, in agno occidi, & in homine crucifigi voluit, deinde inferni exitit triumphator magnificus, & gloriosus. Recede ergo adiuratus per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Hic Exorcista interrogare poterit demonem, quo nomine vocetur, quod socios habeat: quo sint nomina eorum: quae de causa sint ingressi, per quem Sanctum exire debeant, qui magis sint eorum inimici in caelo: & qui in inferno: quod signum dabunt in exitu suo, qua die & hora sint exituri, demum si non exierint, prosequatur hoc modo.*

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui pro salute humana in hunc mundum veniens, carne nostra indutus, contra Luciferum decertando, triumphare voluisti, & ipsum cum omni suo exercitu, & regno destruxisti, ut nos à sua potestate liberares, qui ad caelos ascendens, & ad dexteram Dei, sedens, maxima charitate praecinctus, igne Spiritus tui, sanctos Apostolos & fideles tuos illustrare voluisti: tuam clementiam suppliciter deprecor, ut auxilium tuum mihi concedas aduersus hunc nequissimum spiritum, ut audito nomine tuo, velociter exeat ab hac creatura tua. N. ut ab eo erepta, ad tuam misericordiam peruenire mereatur. Qui vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**T**erum coniuro te, & miserere, atque scelerate demon, per septem candelabra aurea, & per eorum mysteria, quibus sancta Ecclesia, septemplex Spiritus sancti dono illustrata designatur, quae per charitatis ardorem, & sapientiae salutatis fulgerem, martyricumque sanguinem, atque fidelium quotidianam persecutionem, tribulationem, atque mortificationem perficitur, quae per Scripturarum novitiam lucida, per charitatem, & gratiam preciosa, per patientiam solida, & firma, per obedientiam ductibilis, per praedicationem sonora, per perseverantiam longa, per spem erecta, & per fidem in Deo fundata: candelabro aureo assimilatur, cum super se Christum, lumen clarissimum, deferat qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Coniuro te, & demon, praedo infernalis, deiectus è caeli fastigio, per illum, quem similem Filio hominis B. Ioannes vidit, id est Christum Filium Dei,

Dei, qui tunc proprie non erat filius hominis per carnem passibilem, sicut apparuit in incarnatione, sed similis: quia deus tuo Lucifero, cum omni suo exercitu, & vestro regno destructo per mortem suam, à mortuis resurgens iam non moritur: qui velitus erat podere talari: scilicet veste Sacerdotali, qua ipse fuit indutus, cum pro nobis ex maxima charitate in cruce se Deo Patri suo obtulit. Et qui induit se podere, etiam praecinctus erat zona aurea: virtute scilicet charitatis: quia totus pro nostra salute ardebat: Vique ad mammillas, o inique demon, erat praecinctus, ut lac suae doctrinae nobis suis fidelibus emanaret. Coniuro te, & maledicte demon, qui artibus tuis hanc creaturam Dei N. pervertere à suo Creatore niteris, per illum, qui habet capillos candidos, sicut nix, cuius oculi erant velut flamma ignis, qui est Christus Dominus noster, cuius capilli tunc candidi apparuerant quando in sua resurrectione membra sua, sanctos scilicet Apostolos, & omnes electos candidatos per mortem suam redidit, quorum omnia peccata delensit, qui licet trepidarent, tamè in die sancto Pentecostes, sancti Apostoli, tanquam magni effecti, & alij fideles minus perfecti igne Spiritus sancti illustrati fuerunt: hi sunt oculi Christi, o scelerate demon, qui erant velut flamma ignis: quia illo igne inflammari praedicantur poenitentiam in remissionem peccatorum hominibus, quos tua deceptione damnare conatus es. Per haec omnia te constringo, & cogo, maledicta creatura, ut statim exeat, & recedas ab hoc famulo Christi N. quem inique, atque impie tantum molestasti: durum est tibi Christo velle resistere, & contra ipsum calcitrare: quid igitur stas, & resistis creuenta bestia, cum scias illum tuas perdere vires? Exi ergo, draco nequissime, & vade ad loca inhabitabilia, ubi non sit accessus hominum, & ubi nulli creatura nocere possis. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui semper tuis fidelibus assistens, gratiam perseverandi in praecipis tuis offerre non desinis, qui hominem, tua poenitentia creatum, per mortem tuam restaurare voluisti, & ex maxima pietate tua, viam perveniendi ad caelestem patriam nobis ostendisti: ad te supplicationibus nostris, piissime redemptor, ut in nomine tuo eicere possim omnes istos demones ab hac creatura tua N. ut sic nomen tuum sanctificetur, & tandem regnum tuum, te concedente, semper laudando possidere mereatur. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apoc. c. 3. **C**oniuro te, ✠ nequissime demon, per Iesum Christum, qui tenet septem stellas in dextera sua, & qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum, qui in medio Ecclesie stat per defensionem, qui promittit omnibus pugnantibus contra te, & contra vitia, & perseverantibus in bonis operibus, dare de ligno vite, quod est in Paradiso Dei, quod nihil aliud est, quam ipse Christus cuius visione intellectuali in Paradiso, & eius corpore hic in presenti Ecclesia anima iustorum reficiuntur. Coniuro te, † nefandissime spiritus, per illum, qui est primus, & novissimus, qui est Dominus noster Iesus Christus, qui fuit mortuus, & vivit prius omnia creando: & novissimus, per mortem omnia restaurando: fuit mortuus, verum hominem se esse demonstrando: & vivit tanquam Deus, potenter resurgendo. Coniuro te, † refugam, apostatam, tyrannum, per illum, qui promittit nobis patienter sustinentibus adversa, & fidem servantibus usque ad mortem, dare vitam aeternam, quando dixit: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam glorie: & qui vicerit, non laedetur a morte secunda: quia qui fidelis permanserit usque ad mortem corporis, mortem aeternam animae non timebit. Vae igitur tibi, proditor nequissime, & tuis complicibus: qui perdidistis perseverantiam, eo quod gratiam vobis oblatam in creatione, per quam operari vos oportebat, neglexistis. Vae etiam illis, qui inceptum bonum non conservaverunt. Vide miser demon, quam magna sit largitas Dei, ut tam exiguo termino perseverantiae, scilicet usque ad mortem, Deus donaturus sit premium tale, ut coronam vite polliceatur. Per haec & omnia alia, quibus in Christi nomine potes cogi, & arctari, tibi precipio ut eviens, & recedens ab hoc famulo Dei N. dissolvas omnia vincula, quibus teneris hic cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, & signaturis, & facturis tuis illi arte diabolica factis, & tibi precipio, maledicte spiritus, ut exendo educas tecum totam societatem tuam damnatam, & per virtutem Domini nostri Iesu Christi te constringo, ut de quacunque te te interrogavero, dicas mihi veritatem, alioquin mittam te in stagnum ignis, & sulphuris, ubi te condemnato in saecula saeculorum. Amen.

Hic

Hic Exorcista interrogare poterit, si spiritus malignus detineatur aliquo maleficio in corpore, & ubi sit illud, & quomodo possit dissolvi: & si sit in corpore, vel extra, sed cavere debet ne illud destruat alio maleficio, ne peccatum addat peccato: quibus praemissis, sine intermissione prosequatur hoc modo.

## Oratio.

**D**omine Deus omnipotens, qui per unigenitum Filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum illuminare dignaris omnem hominem venientem in hunc mundum: qui cum venerit ad iudicium uniuersale, ut scrutatori reatu, & cordium occulta cogitationum discernens, unicuique penas, & praemia secundum opera eorum daturus est: quique seruis suis gratiam suppeditandi vitia praebet: te, Domine sancte Pater, suppliciter exoramus, ut meritis, & passione eiusdem dilectissimi Filij tui Iesu Christi Domini nostri, gratiam liberationis hic famulo tuo N. tribuas: quatenus a demone liberatus, nomen sanctum tuum benedicat in saecula saeculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuro te, † maledicte demon, creatura damnata, reprobatam, & maledictam a Deo in aeternum ob superbiam, & nequitiam tuam, spiritus immonde, per illum, qui tenet gladium ex utraque parte acutum, qui est Christus Iesus, Dominus noster, qui habens iudiciariam potestatem, promittit bonis praemia, & finaliter errantibus poenam reddere: & pugnantibus, ac vincens dare manna absconditum, id est aeternam vitam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit: & nomen novum, ut scilicet Filij Dei nominemur, & simus. Coniuro te, † spiritus ingratus, per Filium Dei, qui habet oculos, ut flamma ignis, qui omnes in eo credentes sua charitate illuminat, & inflammat, in quem per gratiam humanitas nostra assumpsa est, ut quodammodo etiam ipse Christus secundum humanitatem sit Filius Dei per gratiam. In cuius benedicti hominis gratia, multi Filij Dei facti sunt, sicut ipse Ioannes in exordio sui Evangelij dicit. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Coniuro te, † spiritus ingratus, per illum, qui dicitur ego sum scrutans renes, & corda, qui est Christus: qui quantum iudicium discretionis perspicacissime discernit occulta cogitationum, & delectationem cordis, & mentis: qui videturque dare secundum opera tua,

sua, quantum ad executionem iudicij, quo premia, vel poenae pro meritis, & demeritis unicuique dispensat. Coniuro te, & immundissime spiritus, per illum qui promisit pugnanti, perseverando contra tuas persuasiones, & vitia: & vincenti, custodiendo praecepta eius usque in finem, qui per operam itineris, quae Christus docuit, ambulat dare potestatem super gentes: quia praebet illi gratiam superandi omnia peccata, quae per gentes designantur: quae peccata per gratiam Christi Iesu sic homo contemnit, ut sine difficultate omnes vitiorum incurtus repellere possit: ita quod illa roget in virga ferrea: quia illa suppeditando, gratia Christi calcabit, quam ipse Christus, ut homo, accepit à Patre suo, non solum pro se, sed etiam pro omnibus sibi fide, & dilectione adherentibus, in qua eos victores vitiorum facit, qui carnis rebellionem plus, minusque concutiuntur. Per haec, & omnia alia Christi opera, quibus potes adiurari, & constringi, & ad poenas tormentaque mitti, te coniuro, & ingratisse spiritus damnate, atque damnande, & omnes tibi faueantes, atque adherentes, ut quam citius excutis ab homine isto, quem Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam vocare dignatus est, & hoc signum sanctae Crucis, & quod ei in fronte datus, tu maledice, nunquam audeas violare, sed recede adiuratus per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui ut Sol iustitiae hominibus ambulanti-  
bus in tenebris huius mundi, & umbrae mortis, lumen iustitiae, & veritatis ostendis, qui in illo aeternitatis die omnibus electis tuis per beatificam visionem apparebis: te humiliter inuoco, ut hanc creaturam tuam N. à spiritibus immundis liberare, & ad pristinam sanitatem, & libertatem perducere digneris. Qui vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

## CONIURATIO.

**C**oniuro te, & nefandissime spiritus, per illum, qui se nobis daturum, ut stella matutina, pollicetur, dicens: Et dabo illi stellam matutinam, quae sicut ortum diei nuntiat, ita Christus à mortuis resurgens fidei incem, immortalitatisque mundo intulit. Stellam, inquam, matutinam dabit nobis Christus Dominus noster ad eam seipsum, & gloriam resurrectionis. Stellam matutinam dat Christus suis fidelibus, qui ducuntur honorati ad ambulandum in huius mundi tenebris praebet, in

quantum cor mundum in affectu, & veritatis, ac iustitiae lumen in intellectu eis subministrat. Stellam matutinam dabit nobis Christus, o miser daemon, quando ipse Sol iustitiae in illo aeternitatis die per visionem beatificam orietur, qui stella matutina per immortalitatis gloriam, & manifestam Dei contemplationem suis electis erit, non tibi, neque tuis complicibus, qui ab initio vestræ creationis sepe Deo conditori vestro resististis. Coniuro te, & scelerate daemon, per illum, qui habet septem spiritus Dei, qui est Dominus noster Iesus Christus, super quem requiescit spiritus sapientiae, & intellectus: spiritus consilij, & fortitudinis: spiritus scientiae, & pietatis: & spiritus timoris Domini, quorum ipse tantam plenitudinem habet, ut etiam omnes alios exuberet. Coniuro te, & spurcissime spiritus, per illum, qui hortatur nos ad perseverantiam bonorum operum, dicens: In mente habe, quomodo acceperis, & quae audieris, serua. Vide, vide, miserrime spiritus, maximam misericordiam Dei erga nos suos fideles, qui eandem perfectionem insitig: in qua Christus servat iustos, etiam eos in melius proficere facit. Coniuro te, & nequissime spiritus, per illum, qui neminem iustificat, nisi per merita passionis Christi, & qui exhortatur nos ad gratiam in nobis resuscitandam, dicens: Esto vigilans, & confirma cetera, quae moritura erant: quia licet gratia, quae spiritum vivificat, qui te insitigante, antea per culpam mortuus erat, tota simul, & subito, auertente se homine à Deo, auferatur, gratia tamen, & dona gratis data paulatim decrescent: & hoc fit ex dispensatione divinae misericordiae: ut per illa dona nondum ablata, homines considerantes magnam, & ineffabilem Dei pietatem, ad veram poenitentiam perficiendam, his donis, & gratis inuitentur. Sed tu, o scelerate daemon, quare non desinis subvertere animas illas, quas Christus Iesus suo pretioso sanguine redemit, & tanta providentia ad innocentiam querit reducere? cede, bestia terribilissima, & scabiosa, cede Christo, qui sua passione à faucibus tuis nos eripuit, & exi ab hac creatura Dei N. per virtutem eius, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

## Oratio.

**D**eus innocentiae restitutor, & amator, qui aeternae vitae, & immortalitatis gloriam servantibus mandata tua misericorditer donas: & peccatoribus per poenitentiam veniam praebes, & pro Christo certantibus premium regni caelestis largiris, qui ex sola bonitate clementiae tuae hominem

Ibidem.

Ibidem.

1. Petri 1.  
1. Iac. 6.3.Ecclesia  
Romana.

ad imaginem, & similitudinem tuam creatum, multiplicibus donis, & spiritualibus gratiis decorasti, te suppliciter exortamus, ut per merita sacratissima passionis Iesus Christi Filij tui, hanc creaturam tuam N. ab hac pessima, & diabolica vexatione, tua potestate eripere digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

**Apoc. c. 1.** **C**oniuo te, † iniquissime spiritus, per illum, qui promissum tibi vestire vestimentis albis, & nomen eius non delere de libro vitæ, sed illum confiteri coram Patre suo, & Angelis eius. Vestietur (inquam) Christi seruis vestibus albis (in tui dedecus, ô miser dæmon) cum sanctitatis gloriam in immortalī vita cum Christo participavit: quando facie ad faciem habebit in illo futuro sæculo diuinam fruitionem, te remanente in tua obstinatione, & penis æternis. Et coram Patre suo Christus nos confitetur, quando nos tales efficit ut Christo tantò conformiores simus in gloria: quanto & conformiores fuerimus in patientia. Non enim, ô miserime spiritus, dignus minister regis est, qui probatus est in aula, sed qui cum **1. Cor. 17.** in bello per vinera confitetur: quod ipse asserit, dicens: Vbi sum ego, illic, & minister meus erit, qui etiam inter Angelos coronabitur, & hoc est nomen eius confiteri coram Angelis in gloria Patris sui, id est, ostendere hunc sibi dignum militem esse. Vide ergo, ô impiissime spiritus, & considera, quàm impiè egeris in illo paruo tempore, quando in tuæ creationis exordio dedisti terga conditori tuo, qui in signum maxime ingratitude, vice illius voluisti adorari, & beatitudinem illam, quæ tibi à Deo parabat, ex propriis naturæ tuæ viribus, & sine meritis nisus es obtinere, & idcò cum tuis complicibus ad infernum detractus illo igne inextinguibili in æternum cruciaberis. Iterum coniuo te, † maledicte dæmon, per illum, qui est sanctus, & verus, qui habens clauem David aperit, & nemo claudit, qui est Christus, qui suis fidelibus portam iustitiæ per gratiam aperit, ut possint opera iustitiæ adimplere: quos nemo ab hac gratia excludere potest, claudit, & nemo aperit: quia quos ipse tanquam gratiæ indignos abiicit, iis nemo gratiæ aditum aperire potest. Hoc enim tibi, scelerate dæmon, conuenit, quia tua nequitia perdidisti illam cælestem, & diuinam contemplationem, nolens obedire Deo, & adorare Dei sapientiam, unitam illi sacratissimo homini: sed elatus, insipiens, & stolidus cepisti præliari aduersus illam: ô miser, & venenose serpens infernalis, qua temeritate audes occupare hoc templum Christi: Exi ergo ab hac creatura Dei N. signo sancti

sanctissima: Crucis † consignata, & ruda baptismatis regenerata, per illum, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula seculorum. Amen.

*Hic interroga, si spiritus velit exire: & si annuat, præcipe illi, ne aliquam creaturam ledat, & quòd educat secum totam suam damnatam societatem. Si autem exire noluerit, suppone ignem cum sulphure ardentem, prius benedictum, ante patientem, & fac illum profumigari, postea sic sequere:*

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui seruos tuos per huius militatis viam incedere docuisti, & humiles discipulos tuos per apicem virtutum, ad sapientiæ diuinæ thesaurum, per gratiam tuam perducere dignatus es: & sicut ad humilitatem, & perseverantiam sectandam exhortans, dixisti: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et tene, quod habes, **Marc. c. 11.** ut nemo accipiat coronam tuam: ita elementissime Deus, tua misericordia huic creaturæ tuæ N. per ministerium nostrum subuenire digneris, ut ab oppressionibus dæmonum liberata, nomen sanctum tuum laudare, & glorificare valeat in sæcula seculorum. Amen.

## CONIVRVVIO.

**C**oniuo te, † maligne dæmon, per illum, qui dicit: Ecce **Apoc. c. 1.** dedi coram te ostium apertum, id est, secretorum cælestium intelligentiam. Tu enim, scelerate dæmon, de thesauro tibi naturaliter per creationem indito superbiens, clauem diuinæ sapientiæ exelusis niteris vnumquemque è thesauro cælesti excludere, superbiam suggerens, per quam vera sapientia fiat indignus, quicumque tibi consenserit. Ostium apertum Christus humilibus discipulis dedit, cum per apicem virtutem eos ad sapientiæ suæ thesaurum per gratiam suam introducere disposuit. Quod quidem ostium, te, bestia tererrima, tunc claudere voluisti, quando de virtutum gratia eis gloriam vanam obiecisti: quibus cum Dominus noster Iesus Christus potestatem calcandi super te, & tuos complices in nomine suo dedisset, illi accedentes ad eum, dixerunt: Domine, etiam dæmonia subiicientur nobis. Ecce, maledicte dæmon, **Luc. c. 10.** quo modo obiecisti illis gloriam vanam, ut clauderes ostium, sed non potuisti: quia humilis magister statim doctrina

Ibidem.

sua ad humilitatem reduxit, dicens: Videbam Satanam, sicut fulgur, de cœlo cadentem: ac si diceret. Si Satanas in tanta nobilitate naturæ constitutus per vanam gloriam subito cecidit, quomodo vos, natura infirmiores, de virtutibus, quas non ex vobis: sed ex gratia habetis, gloriantes ad cœlestis consurgere poteritis? Sicut igitur superbia tua ostium cœlestis contemplationis tibi superbienti claudit, sic vera humilitas terreno homini ostium contemplationis cœlestiū pandit.

Apoc. c. 3.

Coniuro te, † malignissime spiritus, per illum, qui in donis gratiæ ad perseverantiam sectandam hortatur nos, dicens: Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam: quod, tu scelerate, facere noluisse: debueras enim taliter gratiam tenere, ut, vnde eam habueras, recognosceres: sic attendere, quid ex te etas, ut tamen non negligeres, quod per Christum factus fueras: sic tandem ad propriam affici dignitatem, ut tamen Dei, & Christi nō postponeres adorationem. Et quia Dei gratiam neglexisti, dignum erat, ut coronam præmij neglectæ gratiæ amitteres, quam dignus eras recipere, si luctu ceterorum de eadem gratia querere voluisses. Tu enim, pessime proditor, ex naturæ tuæ nobilitate, quæ ad honorem summi creatoris tui affecta fuerat, illius honorem despiciens, & ad propriam excellentiam conuersus, amisisti illam dignissimam Angelorum societatem, & ex Angelo effectus es bestia terribilis, & scabiosa. Propterea damnate, atque damnande, recede ab hoc plasmate Dei N. & vade ad locum tibi à Deo deputatum. Per virtutem eius, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Matth. 14.

## Oratio.

c. Petri. 5.

Domine Iesu Christe, rex æternæ gloriæ, verus Deus, & homo, qui in tuis promissionibus semper verax existis, qui superbis semper resistis, & humilibus seruis tuis, tibi fideliter seruentibus, gratiam, & gloriam misericorditer præbes: qui que pro defensione tui sanctissimi nominis pugnantibus, in templo sancto tuo cœlesti, ut columnas collocare, & statuere promisisti: qui es alpha, & omega, per quod omnia ad Deum, ut ad suum principium, & finem rediguntur, per invocationem tui sanctissimi nominis te humiliter deprecamur, ut per sancta beneficia tua, humano generi exhibita, hanc creaturam tuam N. à miserabili oppressione Satana, & ministrorum eius eripias, & fractis omnibus vinculis malignorum spirituum ad pristinam sanitatem perducere digneris. Qui visis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Apoc. 3.

CONIUR

## CONIURATIO.

Coniuro te, † scelestissime dæmon, per illum, qui pro-  
mittit nobis vincitibus columnas facere in tēplo Dei, dicens: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, quia humiles in templo sanctæ Ecclesiæ iustitiam operantes, columnæ efficiuntur, cum per Christi gratiam, in sancta vita sic confirmantur: ut qui totam vitam suam ad Dei gloriam consumpserint, amplius à sanctitate vitæ per apostasiam non excidant, ideò foras amplius non egrediantur à templo Dei: non recedit, qui à sanctitate vitæ nūquam finaliter excidit in hoc sæculo: qui etiam à Deo in templo cœlestis Hierusalem, ut columna collocabitur: à quo, tu malignissime spiritus, propter superbiam tuam lapsus es, qui dicebas in corde tuo: In cœlum ascendam, & ero similis altissimo. Coniuro te, † nefandissime dæmon, per Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui est testis fidelis, & verus: qui veraciter, & sine aliqua iniustitia discentiet in illo nouissimo iudicio omnia opera nostra: & ut index verus reddet unicuique iuxta opera sua, cum ipse sit veritas, quæ venit in hunc mundum, ut testimonium veritati perhiberet, quem tu maledicte spiritus, crucifigere fecisti. Coniuro te, † miser dæmon, per illum, qui est principium omnis creaturæ Dei, id est Christus, qui est principium, per quod omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, per quem omnia ad Deum, ut ad suum principium, rediguntur: quia ipse est imago Dei inuisibilis, in quo sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, per illum ergo te coniuro, & constringo, ut ex eas ab hoc famulo Dei N. & vadas ad sedes infernales, vbi fumus tormentorum tuorum ascendet in sæcula sæculorum. Amen.

Apoc. 3.

Matth. 11.

Matth. 14.

Apoc. 3.

Ioan. 18.

Apoc. 3.

Coloss. 1.

## Oratio.

Deus refugium, & vnica spes miserorum, qui nos ardentissima charitate, & amore tuo sic dilexisti, ut Filium tuum vnigenitum pro nostra salute morti traderes, qui cum iniuis reputatus, vulneratus est propter iniquitates nostras, atteritus est propter scelera nostra, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, cuius liuore sanati sumus. Per hanc piissimam, & ineffabilem misericordiam tuam, obsecro te, Domine Deus omnipotens, ut cordi meo superinfundas gratiæ tuæ inextinguibile lumen, quo simul in me incendium tuæ sanctissimæ charitatis ardeat, operetur, & crescat, ut ex eo toto corde meo, in omnibus, & super omnia te diligam, & per eandem charitatem mihi tribue virtutem expellendi hos spi-

Ioan. 3.

Apoc. 1.

ritus immundos ab hoc famulo tuo N. vt ab eis liberatus de tua misericordia semper letetur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuo te, † spurcissime dæmon, per illum, qui exhortatur nos ad charitatem habendam, dicens: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, diuinam scilicet dilectionem, quæ est valor, & pretiū omnium aliarum virtutum, quæ cum sit vinculū perfectionis, est pretiosissima inter omnes virtutes, quam qui habet, omnia sua opera bona Deo, & non sibi ipsi tribuit: quod tu, maledicte dæmon, facere recusasti, cum diceres Christo: Hæc omnia tibi dabo, si eadē adoraueris me, & qui verè diues esse cupit, necesse habet hoc aurū à Christo emere per humilem confessionem, vt recognoscat, & confiteatur omnia mala sua ex seipso esse, omnia verò bona esse à Deo, quod est pretium diuine dilectionis, quod non tantum pretiosum esse debet, sed etiam ignitum, & probatum: quia amor dilectionis debet esse deuotionis feruore plenum. Hic est ignis ille, ô maledicte dæmon, qui in te fuit extinctus in exordio tuæ creationis, quando relinquendo tuum creatorem, Luciferi tuo adhaeristi. Hic est (inquam) ignis ille, de quo ipse Christus ait: Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt ardeat: quem qui habet, verè locuples fit: quia omnia quæcunque operatur, in caelesti thesauro apud Deum reponit. Coniuo te, † iniquissime spiritus, per illum, qui tam amabiliter loquitur nobis, dicens: Ego ito ad ostium, & pulso. Ad ostium scilicet mentis nostræ, qui est consensus, Christus pulsat, cum gratia sua, suisque sanctissimis monitis voluntatem nostram ad amorem suum perueniendo allicit. Quod ostium tandem clausum est Christo, quandiu voluntas nostra peccato consentit, quando aliquid plus Deo diligit. Ad ostium enim tuæ mentis, ô nefandissime spiritus, Deus benedictus pulsauit, cum variis modis à principio tuæ conditionis voluntatem tuam sua gratia ad bonum consensum alliceret, & excitaret. Sed huc pulsationi Dei omnipotentis noluisti acquiescere, cum omnibus Angelis fuit dictam. Cum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei, quem in præfatione cognoscens inuidisti. Per illius igitur charitatem te coniuo, vt statim ex eas ab hac creatura Dei N. quam tantum molestasti, illam dimittendo sanam, & liberam, vt possit seruire Deo creatori suo, in secula seculorum. Amen.

Hic

*Hic interroga de exitu, urgendo dæmones diuis præceptis, & comminationibus: & si non recesserint, suppone naribus obsessi rutam benedictam propria benedictione: postea sic sequere.*

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, pater bone, qui peccatoribus gratiam tuam sanctissimam vocationis tam interius quam exterius offerre nõ desinis, qui in conuersione peccatorum tantum lætaris, vt illos tua gratia semper præuenias, ad penitentiam eos vocando, quique penitentibus gratia tua piissima misericordiar, & pietatis semper assistis: adesto, quæsumus, huic creaturæ N. & per inuocationem tui sanctissimi nominis infestationem huius dæmonis ab ea repelle, & ei desideratam lenitatem concede. Qui vivis, &c. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuo te, † vilissime spiritus, per illam suauissimam Apoc. 3. cœnam Domini nostri Iesu Christi, quam ipse promittit fidelibus suis consentientibus suæ vocationi, dicens: Si quis audierit vocem meam, & ianuam aperuerit, ad illum iurabo, & cum illo cenabo, & ipse mecum. Hanc enim vocem Dei, ô inique spiritus, qua omnes Angelos ad Verbi incarnati adorationem vocauerat, qua ad aurem tuæ mentis per internam, & externam vocationem insonuit, despexit, quando Deo omnipotenti, ad ianuam tuæ voluntatis pulsanti, aditum præbere noluisti, & sicut tu, pessime dæmon, clausam noluerat ianuam infringere non potes, sic & Deus per iustitiam suam, per voluntatis tuæ contractam ianuam introire noluit. Et sicut, cum quia Christo pulsanti se voluntariè subiugauerit, & aditum illi præbuerit, tunc ipse frequenter non solum, cum donorum, & charismatum suorum dictis, quas sui serui nec estimare sciunt, nedum desiderare queant, sed etiam cum dono gratiæ, quæ animæ datur ad perficiendam Dei voluntatem in declinando à malo, & faciendo bonum, quæ est gratia gratum faciens: quæ rationalem spiritum roborat ad hoc, vt in Deum conuertat, & ad illum ingreditur: sic & tibi suæ gratiæ non consentient, & introitum non præbent, inuadunt vt ingratiſſimo rebellanti, aditum vitæ æternæ Ioan. 3. præclufit. Coniuo te, † immundissime spiritus, per illum, qui suos fideles, gratiæ suæ consentientes, pane illo caelestis vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutatis reficere pro-

mittit, dicens: Si quis mihi aperuerit, carnabo cum illo, & ipse mecum. Parum enim est Christo, ad prandium suos inquiri, si cœna, quæ est nouissimum Dei prandium, non sequitur: quia quos Christus diligere cœperit, in fine vult diligere, & eos in illa æterna beatitudine, quæ finem non habet, beatificare. O miserime demon, quàm ingens est miseria, & calamitas tuatu enim creatus fuisti à summo Deo, vt hanc beatissimam cœnam gustares, & in summo bono fruereis: sed auersus ab illo, proiectus es ad infernum: ideò, seclerate, tremens, gemensque discede ab hoc famulo Christi N. & ne diu presumas captiuum tenere hominem: quem ipse ad imaginem, & similitudinem suam creauit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuus, & regnas in sæcula sæculorum Amen.

Genel. 1.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui ex tua maxima, & infinita bonitate, creaturam rationalem mirabiliter condidisti: & per Filium tuam vnigenitum mirabilius reparasti, qui eam ita tua dispositione ordinasti, vt te summum bonum cognosceret, amaret, & frueretur, sedendo cum Christo in throno illius æternæ beatitudinis, quam ipse fideliter certantibus, & pro eius amore viriliter vincens promisit, præsta mihi, quæso, famulo tuo, licet indigno, vt in tuo nomine, & dilecti Filij tui, & Spiritus sancti, expellere possim demones infestantes hunc famulum tuum N. vt ab eis liberatus, peruenire possit ad gloriam tuam. Qui in Trinitate perfecta viuus, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Apoc. 3.

## CONIVRATIO.

**C**oniuo te, † maligne demon, per illum, qui promittit fideliter certanti, & vincenti maximum præmium, scilicet vitam æternam, dicens: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, qui est pax, quæ exuperat omnem sensum, quæ Christus, victis omnibus tētationibus tuis, habuit: de quo dicit David: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. In quo throno cum Christo sedet, qui deuictis tētationibus tuis, ô nefandissime spiritus, quas in hac vita laboranti ex inuidia tua infligis, per amorosam contemplationem quiescit in Christo tota spes, de quo dicit Apollolus, Confedere nos fecit cum Christo in cœlestibus. Hanc enim mentis, & carnis quietem propter victoriam tētationum meremur, quam tu, serpens antrique, in cœlo obinere non potuisti, quia noluisti pugnare aduersus istam maximam tētationem Luciferi: immò illi adhaerens, desiderasti beatitudinem absque meritis. Cum enim

Ibidem.

Christus

Christus sine tētationibus victor esse noluerit, quomodo tu, bestia terrentima, volebas sine meritis beatificari? Oportuit (inquit Lucas) Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. In throno Patris Christi (in tui dedecus) residet, ô miser demon, qui carnis, & spiritus pace obtenta, in clara diuinitatis eius contemplatione, quam tu ob superbiam tuam amisisti, gaudet. Christus in Deo in illa vita quiescit, & nos in Christo in hac vita quiescimus. Christus diuinitatem Patris in æterna vita contempletur, nos diuinitatem, & humanitatem Christi in illa vita speculabimur, quia tunc finis erit, cum Christus tradiderit regnum Deo Patri, & quando omnia in Christo, & Christus in Deo consummatus fuerit in capite & corpore suo, quod est Ecclesia electorum. Quæ tunc, ô serpens venenose, erit gloria tua, nisi infernus, in quo cruciaberis in æternum? desine igitur occupare hanc creaturam Dei N. per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos: & sæculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe Fili Dei viui, piissime redemptor, qui pro salute mundi in Cruce pendens, tua acerbissima passione, & morte ostium regni cœlestis, propter peccatum primorum parentum diu clausum, misericorditer aperuisti, & fidelibus tuis gratiam perueniendi ad æternam illam beatitudinem meruisti: te suppliciter deprecor, vt mihi auxilium præbeas aduersus hunc nequissimum spiritum vexantem hanc creaturam tuam N. vt in tuo nomine illum ex hoc corpore fugare possim. Qui viuus, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuo te, † maledicte demon, per illud sacratissimum *Apoc. 3.*  
ostium apertum, quod beatus Ioannes Euangelista vidit, quod est Christus, qui est ostium, vnde ad æternam vitam intramus: est ostium apertum, qui tempore suæ passionis, vnus militum laucea latus eius aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, quod tua operatione clausum fuerat, & vnde Sacramenta sanctæ Ecclesiæ emanauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intramus: quia aequam ipse pro salute nostra incutaretur, & pareretur, clausum erat ostium æternæ vitæ, quod passione, & morte eius suis fidelibus panditur, de quo ipse dicit. Ego sum ostium, *Ioan. 10.*  
per me si quis intrauerit, saluabitur, & ingredietur, & egre-

d s dicitur,

Apoc. 4. dicitur, & pascua inueniet. Coniuro te, † scelerate spiritus, per illam mirabilem selem, quam sanctus Euangelista in celo vidit, & per illum qui super eam sedebat, qui est Christus  
 Mat. c. 66. Iesus Dominus noster, de quo dicitur: Cæli mihi sedes est, que posita erat in celo, sicut dicitur: Dominus in celo parauit sedem suam. Coniuro te, † scelerate spiritus, per viginti-quatuor seniores sedentes circa sedem diuinæ maiestatis Christi, qui cum Christo vos impios in iudicio iudicabunt,  
 Mat. c. 19. assistentes ei, eò quòd tam propheta, quàm Apostoli, qui per viginti-quatuor seniores intelliguntur, pro Christi, & eius Ecclesiæ defensione multa passi sunt à membris tuis, idè omnes illos iudicabunt cum Christo, qui est caput omnium. A quibus tu, nefandissime dæmon, condemnaberis ad infernum: quia in tã dignitate creatus, vt ingratiſſimus rebellis fuisti Creatori tuo. Exi ergo ab hac creatura Dei N. per illum, qui in die nouissimo te cum tuis complicitibus in lacum ignis, & sulphuris, in tenebris perpetuis relegabit. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Hic interroga, vt supra, quare non recedat spiritus immundus: & si dixerit se non posse exire, eò quòd aliquo vinculo sit ligatus, dissolue illum his verbis, & conuersionibus ad cautelam, dicens.*

## ·MODVS SOLVENDI

### MALIFICIATVM.

Luc. 9. Si aliquis per sua maleficia, incantationes, signaturas, aut sigaturas suas, verbo, nutu, aut pacto, arte diabolica inuito, vel aliquo alio maleficio huic creature Dei N. facto, te, dæmon, spiritus inuade, ligauit super eam, ego auctoritate Dei omnipotentis Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti, mihi tradita à sancta Catholica, & Romana Ecclesia, dissoluo omnia illa maleficia, quibus hic teneris, & dissoluta esse decerno: & tibi præcipio, (vt illis non obstantibus) ex eas, destruendo omnia vincula, & maleficia intrinsecus, vel extra huic creature facta, per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui propter  
 Symbolū Nycænum. magnam misericordiam suam venit in hunc mundum, & incarnatus est in utero beatissimæ virginis Mariæ, vt homines perditos ad cœlestia renocaret, quos tua peruersitate damnaueras: & causa expellendi te, dæmon, & omnem malignum spiritum ab hominibus, & eiciendi vos in profundum inferni.

inferni, & abyssi. Ecce signum sanctæ Crucis † Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David.

**D**omine Deus omnipotens, quia tua immensa benignitate, per verbum tuum omnes creaturas rationales ad honorem, & gloriam tuam omnipotentissimæ maiestatis ab æterno producere decreuisti: qui rebelles Angelos æternis ignibus propter suam obstinationem perpetuo deputasti, & hominem diabolica fraude à tua gratia delapsum, vnigeniti Filij tui morte restaurare voluisti: humiliter maiestatem tuam supplico, vt per eandem Christi mortem, huic famulum tuum N. ab imundis spiritibus tua pietate liberare digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

### ·CONIURATIO.

**C**oniuro te, † miserissime spiritus, creatura damnata à Deo, Apoc. c. 4. per septem dona Spiritus sancti, quos beatus Ioannes lampades ardentes nominat, eò quòd, vt lampades ardentes per amoris incendium, quos replent, illuminent, & accendant. Coniuro te, † scelerate dæmon, per quatuor animalia in circuitu sedis Dei existentia, plena oculis antè, & retrò, per quæ nobis significatur Christus Iesus in quatuor Euangelis: qui erat homo per incarnationem, vitulus per passionem, per resurrectionem leo, per ascensionem verò aquila. Quia ipse vnigenitus Dei Filius veraciter factus est homo propter nostram salutem: ipse etiam in sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori, vt vitulus: ipse etiam per virtutem suæ fortitudinis surrexit vt leo, qui appertis oculis dormire perhibetur, quia in ipsa morte, in qua ex humanitate dormire potuit Redemptor voster, ex diuinitate sua immortalis permanendo, vigilauit. Ipse denique post resurrectionem suam ascēdens ad cœlos, in superioribus est eleuatus vt aquila: quibus omnibus Christus Dominus noster contra tuam voluntatem, nos per virtutem suæ sacratissimæ passionis à manibus tuis eripuit, te proteſtando cum omnibus tuis complicitibus: per illū ergo te coniuro, & per omnia alia, quibus in nomine eius potes constringi, ligari, fugari, & ad penam mitteri, vt statim, & sine mora recedas ab hac creatura Dei, & imagine Christi N. quam Dominus Iesus Christus ad suam gratiam vocare dignatus est, & vadas ad loca tibi ab illo deputata, vbi nulli creature nocere possis. Coniuro te, † immundissime spiritus, per illam  
 Symbolū Nycænum. A& c. p. 1. Apoc. c. 4. excelsam



excellam laudem, quam sancta quatuor animalia æternaliter  
 vnam dominationem, deitatis omnipotentiam, & sanctæ Tri-  
 nitatis æternitatem affirmant voce perpetua in cœlestibus,  
 dicentia: Sanctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus omnipotens,  
 qui est, qui erat, & qui venturus est, ad quarum voces viginti-  
 quatuor seniores procedentes ante sedentem in throno, ado-  
 rabant virtutem in sæcula sæculorum: & quia quicquid habe-  
 bant, attribuebant Deo, ideo mittebant coronas ante thronum,  
 dicentes: Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam,  
 à nobis scilicet, quia nos creasti: & honorem, quia donis,  
 & gratiis tuis nos illustrasti: & honorem, quia de magna po-  
 testate demonum inimicorum nostrorum nos liberaisti: & non  
 solum nos, immò omnia tu creasti, & propter voluntatem  
 tuam erant, & creata sunt, in arte, & Dei sapientia erant ante-  
 quam formaretur in effectum, vel in opere, quando creata sunt.

*Apoc. 5.* Coniuro te, † spurcissime dæmon, per librum illum diuinæ,  
 & æternæ sapientiæ, quem beatus Ioannes vidit in dextera  
 sedentis super thronum, scriptum intus, & foris, in quo de-  
 scripti sunt omnes prædestinati, & per illam æternam disposi-  
 tionem Dei omnipotentis, qui omnia ad gloriam suorum ele-  
 ctorum dispensat, quæ est dextera Dei, in qua liber æternæ sa-  
 pientiæ continetur, cum in æterna eius dispositione sine ini-  
 tio fuerit, qui homines, Christi meritis in se credentes, per  
 ipsum saluare, & glorificare decreuit, qui propterea diuinæ  
 sapientiæ liber intus, & foris scriptus perhibetur, quia in hac  
 sapientia est duplex mysterium, creationis scilicet, & reconcili-  
 ationis humane: quod licet ab initio intus occultum fuerit,  
 foris tamen, & in parulo quodammodo est in comparatione  
 ad secreta æternæ gloriæ, quæ intus dici possunt. quia ad ea  
 contemplanda nondum peringimus. Vide ergo, ô miserabilis  
 creatura, ad quantam calamitatem deuenisti ob superbiam  
 tuam qua derelicto domicilio omnipotentis Dei, & beatorum  
 spirituum cœlestium, delapsus es in hunc aërem caliginosum,  
 post vitimum Iudicium derrudendus in infernum, & in sta-  
 guum ignis, & sulphuris: vide (inquam) quale præmium rece-  
 pisti ex tua rebellionem, quæ semper contra Deum pessime egi-  
 sti, qui vique in præsens non desinis subuerrere hanc creatu-  
 ram N. recede igitur ab ea, ô prædo infernalis, & noli am-  
 pliùs hic morari, quia quanto tardius exis, tanto maiora sup-  
 plicia tibi adueniunt à Deo, cuius statutum transgressus es.  
 Per hæc, & omnia alia verba adiurationis, quibus tu, nefan-  
 distime dæmon, in nomine Domini nostri Iesu Christi po-  
 tes adiurari, sagari, & expelli ex hoc corpore, & mitti ad in-  
 feri

Ibidem.

Apoc. 5.

Iude cap.  
vltimo.

fervi pœnas, te constringo, vt ex eas, & ne diutiùs presumas  
 captiuum tenere hominem, quem Christus ad imaginem  
 suam creare dignatus est. Qui cum Patre, & Spiritu sancto  
 viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Hic exorcista ponat manus suas super caput  
 vexati, & dicat.*

Oratio.

**E**xpelle, Domine, diabolum ab hac creatura tua N. de ca-  
 pite, de capillis, de vertice, de fronte, de oculis, de lingua, Et antiq.  
Exorcif.  
 de sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de  
 dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de cere-  
 bro, de paniculis cerebri, de ciliis, de superciliis, de pilis, de  
 pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus vere-  
 candis, de renibus, de lateribus, de intestinis superioribus, &  
 inferioribus, de fœmore, de ventre, de stomacho, de corde, de  
 spatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de  
 manibus, de vnguibus, de ossibus, de nervis, de venis, de  
 medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suo-  
 rum, de omnibus iuncturis, de toto corpore suo intus, & ex-  
 tra, de quinque sensibus corporis & animæ: nullumque lo-  
 cum habeat in ipsa intus, & foris ampliùs, vt sana, & salua  
 fiat per inuocationem Filij tui vnigeniti, & per inuocationem  
 Spiritus sancti coæterni. Tu ergo, Deus omnipotens, qui Gen. c. 18.  
 dignatus es corpus, & animam huius creature tue N. crea-  
 re, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius saluare,  
 & saluam facere. Per eundem Dominum nostrum Iesum  
 Christum Filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat  
 in vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus:  
 per omnia sæcula sæculorum.  
 Amen.

*Explicit Exorcismus primus.*

EXOR

## EXORCISMVS II.

MAGNVS, ET MIRABILIS  
efficaciæ aduersus dæmones obfi-  
dentes corpora humana.

*Exorcista accedens ad constrandam dæmones in corpori-  
bus humanis existentes, puro corde, & animo deuoto  
genuflexus ante Deum, muniens se signo sanctæ Cru-  
cis in fronte: submissa voce, dicat:*

**IN** nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.  
Amen. Vers. Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mini. Resp. Qui fecit cælum, & terram. Vers. Deus  
in adiutorium meum intende. Resp. Domine, ad adiuuandum  
me festina. Vers. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.  
Resp. A facie illorum dæmonum. Vers. Exurge Christe, ad-  
iuua nos. Resp. Et libera nos propter nomen sanctum tuum.  
Vers. Deus meus pone illos ut rotam. Resp. Et sicut stipulam  
ante faciem venti. Vers. Exurgat Deus, & discutiantur ini-  
mici eius. Resp. Et fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.  
Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor  
meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum  
spiritu tuo.

## Oratio.

**DOMINE** Deus omnipotens, qui es mirabilis, & inastima-  
bilis maiestatis, quem contremiscunt in cælo angelicæ  
potestates, quem adorant omnes dominationes, & virtutes:  
qui illum leonem in cælo rugientem æternis ignibus depu-  
rasti, qui inimici rugientis sæuitiam superas: exaudi nos in-  
dignos famulos tuos, quòd ad officium sacerdotale non no-  
stris meritis, sed sola clementia tuæ diuinæ maiestatis vocare  
dignatus es, pro famulo tuo N. ut verbis tuis, in tua virtute  
ipsum inimicum tuum euellere possimus, ut famuli tui in  
te credentes, in Ecclesia tua gratiarum tibi referant actiones.  
Da mihi, Domine, virtutem tuam, vt olim Iudith seruæ tuæ  
tribuere dignatus es contra inimicum populi tui, vt in infer-  
nales virtutes irrupere valeam per inuocationem tuam sanctis-  
simi nominis, quod est terribile malignis spiritibus, suauem au-  
tem sanctis Angelis, & seruis. Te, Domine, tremens deprecor,

ac toto corde peto, vt mentem meam illustres, fortifices, &  
sanctifices per inuocationem admirabilis tui nominis Tetra-  
grammaton, contra diabolicas potestates hinc famulum tuum  
N. comprimentes. Extende, Domine, brachium tuum super  
bestiam istam, quæ exterminat vineam tuam, & corrobora  
vires meas, vt, te adiuuante, omnis terror venenosi serpentis  
procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus mihi, & omnibus  
astantibus, & misericordiam tuam poscentibus, vbique adef-  
se dignetur, & per gratiam Spiritus Sancti paraclyti, inimici  
tui isti coram me corruant, & mihi obediant. Per Dominum  
nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum, & cum Spi-  
ritu sancto viuunt, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculo-  
rum. Amen.

*Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum  
super caput vexati, dicat.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.  
R. Gloria tibi Domine.

**IN** illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis, appa-  
ruit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & du-  
ritiam cordis, quia iis, qui viderant illum resurrexisse à mor-  
tuis, non crediderant. Et dixit eis: Eantes in mundum vniuer-  
sum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, &  
baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, con-  
demnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur.  
In nomine meo dæmonia eiciant, linguis loquentur nonis,  
serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis noc-  
ebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Do-  
minus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est  
in cælum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædica-  
uerunt, vbique Domino cooperante, & sermonem confirman-  
te, sequentibus signis. R. Laus tibi Christe.

## Oratio.

**DOMINE** Iesu Christe, Fili Dei viui, qui in hunc mundum  
venisti, vt dissolueres opera Satanæ, & genus humanum  
è tyrannica eius seruitute liberares, inuocamus clemen-  
tiam tuam, vt per inuocationem sancti Nominis tui, quod  
datum est nobis sub cælo, in quo nos saluos fieri oportet, in  
tuis nomine omne genu flexatur, cælestium, terrestrium,  
& infernorum, dissolueret digneris omnia maleficia Satanæ,  
&

& sortilegas machinationes super hunc famulum tuum N. factas, vt liberatus ab eis, cum bono, & sano animo sciat seipsum regere, & gubernare ad honorem nominis tui, vt ex hac presenti consolatione, nos omnes famuli tui in tuo amore crescamus. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

## Oratio.

Gen. c. 1. **D**Eus, qui omnia ex nihilo tua immensa virtute creasti, & hominem diabolica fraude deceptum, tua piissima misericordia saluare decreuisti, & ne desperationi subderetur, Galat. c. 4. firmisimam de vero mediatore Christo fidem, spem illi prae- buisti, qui adueniente temporis plenitudine ex intacta Vir- gine nascens, & propter nostram salutem in Cruce moriens, de antiquo hoste triumphauit. Te, Domine sancte Pater, sup- pliciter deprecamur, vt expellas ab hoc famulo tuo N. om- nem diabolicam vexationem, & eum ab omni impugnatione daemone liberatum, custodire digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super obsec- sum. Postea incipiat aduocare daemones cum omni fidi- cia, dicens.*

## CONIVRATIO.

**A**D honorem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spi- ritus sancti, & omnium Sanctorum totius curiae caelestis, & ad confusionem totius Synagoga: infernalis, coniuro te ¶ immundissime spiritus, per omnia mysteria diuinæ sapientiae contenta in libro illo, quem nemo poterat, neque in terra, Apoc. c. 7. neque subter terram, aperire, neque respicere eum: quia nullae rationales creaturae in caelo, Sancti, & beati in terra homines iusti: subter terram, vt in purgatorio exsistentes: ac vos daemo- nes, & damnati homines ad hoc sufficientes erant. Coniuro te, ¶ iniquissime spiritus, per illud maximum desiderium, quo omnes de Ecclesia, praesertim homines, qui deridebantur sub peccati seruitute, mediatorem anxie desiderabant, quorum desiderium, & propriarum virium desperationem Beatus Ioan- nes in se transformans, multum flebat: quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, intelligentiam scilicet secreto- rum diuinæ sapientiae comprehendere, aut rimari, neque si- gnacula eius soluere, iudiciorum scilicet iustissimas causas discernere: neque illum respicere, id est simplici fide, verita- tem Dei approbare: cum hoc totum pertineat ad vnus media- toris meritum, quia diuinæ sapientiae secreta, altitudo iudi- ciorum

ciorum Dei, & fides in Deum non intelligantur sine meritis Christi. Coniuro te, ¶ pessime daemone, per Iesum Christum Ibidem Dominum nostrum, qui solus inuentus est dignus aperire li- brum: cuius meritis diuina sapientia decreuit sibi reconciliare creaturam rationalem, tam angelicam, quam humanam, & il- lam glorificare: cuius desiderio, etsi ipsa creatura longo tem- pore langueret, triplex tamen solatium de ipso mediatore Dei illi est impensum, scilicet fides mediatoris, praesentia eius in carne, & sapientia ipsius per praesentiam suam, humano ge- neri praedicata. Coniuro te, ¶ iniquissime daemone, per fidem mediatoris Iesu Christi Domini nostri, per quam ab initio mundi vsque ad aduentum eius, hoc solatium generi humano fuit impensum, vt in mundo non deessent viri iusti, qui de diuina bonitate sic praesumerent, quod eis Deus misurus esset liberatorem, cui se omni desiderio deuouerent: de quo Moyses ad Dominum clamabat: Obsecro, Domine, mitte quem mis- Exod. c. 4. surus es; quo solatio consolabatur beatus Ioannes ab vno de senioribus, his verbis: Ne fleueris, quia promissio facta de me- diatore sanctis patribus, & mundo, non deficiet: consolatur (inquam) ab vno de senioribus, ab illo scilicet spiritu, quo sancti Prophetae de Christo vaticinantes, locuti sunt: quia spiritu sancto afflato, locuti sunt sancti Dei homines. Coniuro 2. Pet. 1. te, ¶ miser daemone, per illum, qui venit in hunc mundum, vt te, & tuos complices expugnaret. Tu enim ante eius aduen- tum eras ille fortis armatus, qui custodiebat atrium huius mundi: idè necesse erat, vt fortior te ille superueniens, vince- ret tuum principem, & spolia eius, captiuas scilicet animas no- Luc. 11. stras, distribueret. Coniuro te, ¶ nefandissime daemone, per il- lum, qui gerens officium veri mediatoris, fideles suos de ma- nibus tuis, ó pessime daemone, luce rapacissime, liberauit, qui ascensus in altum captiuam duxit captiuitatem. Crepit enim Christus, ó inique spiritus, vinculis dissectionis suae absolvere, quos seruitute peccati, tu scelerate, captiuaueres, idè Christus ortus de tribu Iuda venit, vt se Chri- Rom. 1. stum confidentes per veram fidem, à tua oppressione liberaret. Quid enim tibi profuit malitia tua, nefandissime spiritus, contra genus humanum, quod peccato tam miserabiliter in- trusisti? nihil profecto: immò ex illo peccato manifestata est maxima Dei pietas & misericordia, qua redemptor noster mori voluit, vt è manibus tuis eriperemur, idè, scelerate, re- 1. Cor. 15. cede per virtutem passionis eius ab hac creatura Dei N. ad eam amplius non rediturus: quia Dominus noster Iesus Chri- stus ad suam gratiam, & misericordiam vocare dignatus est,

qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum perignem. Amen.

## Oratio.

Symbolū  
Apostol.

**D**omine Iesu Christe, verbum, & sapientia æterni Patris, qui maximo amore ardentissima charitatis tuæ, cum, in maiestate æterni Patris cœqualis existeres, pro salute humani generis in hunc mundum veniens, secreta æternæ sapientiæ in Scripturis sanctis clausa, tuis fidelibus dignatus es aperire, qui solus viam humanæ reparationis inuenire potuisti, te humiliter deprecamur, vt hunc famulum tuum N. diabolica virtute oppressum, tua pietate misericorditer liberet. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuus, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

Actor. 1.

**I**terum coniuro te, † iniquissime spiritus, per illum, qui in mundum venit, vt fideles suos ad bona opera informaret: quod exemplo fecit, quia cepit prius facere, vt doctrina eius facilius administraretur illis, qui ad sancta opera eius quotidiano conuictu afficiebantur. Coniuro te † resugam tyrannum apostatam per illum, qui veniens in hunc mundum, vobis superbientibus, Dei sapientiam clausit, & humilibus fidelibus suis dignatus est diuinæ sapientiæ secreta reuelare, aperiendo librum, & soluendo signacula eius. Coniuro te, † creatura damnata, spiritus ingratisime, per illum mansuetissimum agnum, stantem in medio throni, & seniorum, & quatuor animalium, qui verè solus pacem agnouit, & illam attulit mundo, ab illo auferens peccata: de quo dicebat Ioannes Baptista: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Qui cum Deo Patre in maiestate sit æqualis, ita in medio throni: ita etiam in medio seniorum, id est Sanctorum omnium, vt princeps, & caput eorum: quia per assumptam carnem apparuit hominibus occisus. Non enim Christus simpliciter occisus dici poterat, quia quantum ad ipsam diuinitatem immortalis semper vixit. Coniuro te, † maledicte spiritus, per illum, qui accepit dextera sedentis in throno librum, qui est Christus Dominus noster, qui cum sit naturalis Filius Dei, etiã solus dignus inuētus est aperire librum diuinæ sapientiæ, id est naturaliter cognoscere, & videre Deum, sicuti est, quem omnes sancti vident per gratiam. Qui sicut ab æterno dignum adiudicauit, restaurare naturam angelicam, & humanam saluare, & vtramque glorificare: ita disposuit, per nullum animi hoc reuelare, quam vnigenitum Filium suum, qui est verbum, & sapientia Dei,

Colo. 1.

Patris,

Patris, in quo omnia condita sunt, vt per eandem sapientiam omnium creaturarum ad Deum reconciliatio fieret, per quam omnia facta sunt, & sine qua factum est nihil. Vide Ioan. 1. igitur, ô scelerate dæmon, quomodo fraudes tuæ per Christum ad nihilum redigantur. In cælo existens, intulisti bellum naturæ angelicæ, ex qua (tua scelerata persuasione) aliqui ceciderunt, cui Christus compatiens, quotidie eandem naturam à suis sedibus reparare non desinit: cadens autem in terram, primos patres nostros decepisti, quos Christus sanguine suo à tyrannica tua seruitute liberauit. Per hæc omnia te coniuro † spiritus inalignissime, vt desinas occupare hoc templum Christi, & ne tardes exire ab hac creatura Dei N. per virtutem eius, qui te gloriosum creauit, & te superbientem à consortio iustorum eiecit, pennisque igneis, & sulphureis addixit, à quibus cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, mediator Dei, & hominum, qui solus æterno Patri tuo pro peccatis humani generis te ipsum in holocaustum, & placationem præbuisi, vt per sanguinem tuum nos à diabolica seruitute liberares: cui omnes Sancti, & electi collaudantes, gratias immensas indefinenter offerre non desinunt: te humiliter inuoco, vt hunc famulum tuum N. à pessima hac vexatione dæmonis eruas, & liberatum, ad gloriam regni tui perducas. Qui viuus, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuro te, † maledicte dæmon, per illummet agnum mediatorem Dei, & hominum, cuius gratia omnes glorificantur, sine qua nullus angelorum, vel hominum Deo vnquam placere potuit. Ante cuius conspectum quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt, ipsa adorantes, tanquam suum mediatorem, nihil dignum in operibus propriis æternæ vitæ reputantes: sed sibi ab illo omne meritum summa vindicantes, qui solus plene apud Deum Patrem pro cunctis dilectoribus suis efficaciter meruit. Coniuro te, † miserrime spiritus, per illud mirabile canticum quod cantabant illi sancti ante conspectum Agni, dicentes: Dignus es Domine Deus noster aperire librum: & soluere signacula eius. Solus enim Christus dignus est aperire librum diuinæ visionis, & signacula secretorum Diuini iudicii detegere, quia Dominus est, per daram sibi à Deo Patre in cælo, & in terra potestatem: qui etiam Deus est, eandem cum Patre habens naturam: vt quæ per diuini-

Apoc. 1.

1. Tim. 2.

Apoc. 1.

Ibidem.

tatem à Patre accepit, nobis per humanitatem communicare  
 Matth. 23. possit. Coniuro te, † nefandissime spiritus, per illum, qui nos  
 à tyrannica tua servitute, sanguine suo redemit, quo diuinam  
 1. Petr. c. 1. iustitiam, & iram placavit. Quæ requirebat, ne homo sine  
 morte liberaretur, qui potius debuisset mortem subire, quàm  
 Deum per culpam offendere. Coniuro te, † immundissime  
 2. Tim. 2. spiritus, per illum, qui solus æqualem placationem iræ Dei  
 opponere potuit, qui est Christus Filius Dei, qui ut mediator  
 Dei, & hominum, meritum præmio æquale pro nobis Deo Pa-  
 tri opposuit, qui homo est ut pro hominibus moreretur. Con-  
 1. Petr. c. 1. iuro te, † scelerate dæmon, per Christum Iesum, qui in san-  
 guine suo nos Deo Patri suo à culpa redemit ad gratiam, ut  
 qui fueramus Deo inimici per culpam, per dilectionem Deo  
 Rom. c. 8. reconciliaremur, & fecit nos Deo nostro regnum: quia ipse ius-  
 Gal. c. 4. tos Deo regnum facit, quo spontanea charitate Deo seruire  
 constituit, non servitute huius mundi, quæ est servitus corrup-  
 tionis, à qua Christus rationalem creaturam liberavit, ut re-  
 gnaret super terrâ. Ille enim verè per Christum super terram  
 regnat, ô inique spiritus, qui omnia corporis sui ministeria  
 sic dispensat, ne Deum, vel proximum, aut seipsum cogitatio-  
 ne, verbo, vel opere offendant. Hoc enim non est regnum, ô  
 pessime dæmon, quod tu in hominibus quaris, scilicet peccati,  
 quia Christus illud destruxit, & vasa tua dirupit, quando te  
 proiecit in tenebras exteriores, ubi fumus tormentorum tuo-  
 rum ascendit in sæcula sæculorum: per illum ergo te adiuro,  
 Apoc. 14. ut dicas mihi veritatem de quacunque te te interrogauero:  
 alioquin mittam te ad infernum inferiorem, ubi cruciaberis  
 in sæcula sæculorum Amen.

*Hic quærere poteris de nomine, de causa ingressus, de nu-  
 mero dæmonum: quare opprimant, & quare non recedant,  
 & de omnibus aliis pertinentibus ad liberatio-  
 nem obsessi: postea sic sequere.*

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, qui, ut Ecclesiam tuam ab om-  
 ni labe peccati immanem redderes, unigenitum Filium  
 tuum incarnati, & mortem pati voluisti, qui à mortuis re-  
 surgens, diuinitatem, sapientiam, & gloriam suam osten-  
 dit, quem quædam Angeli maximo charitatis seruire lau-  
 dant de parta victoria: te pater piissime, supplico, ut liberes  
 hunc famulum tuum N. ab hac dæmonis sæva oppressione,  
 & eum in virtute tui sanctissimi nominis ad pristinam fami-  
 tatem

tatem perducere digueris. Per eundem Christum Dominum  
 nostrum. Amen.

*CONIVRATIO.*

**C**oniuro te, † spurcissime spiritus, per illum magnam  
 seruiorem charitatis sanctorum Angelorum, per quem  
 voce magna clamabant, dicentes. Dignus est Agnus, qui or- Apoc. 5.  
 cisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, &  
 fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, qui  
 est fauor magnus mediatoris Christi in mentibus eorum, &  
 aperta recognitio magnæ dignitatis, charitatis, & sapientiæ  
 Christi. Qui cum sit Patri coæternus, Patrem per amorosam  
 visionem semper agnouerat. Solus verus agnus Patris est,  
 qui semper Patrem agnouit, sicut ipse dicit. Sicut nouit me Ioan. 10.  
 Pater, & ego agnosco Patrem: scilicet æternaliter. Pro cuius  
 honore voluit fieri temporalis ut pro nobis moreretur: Chri-  
 stus enim Iesus, ô bestia teterrima, est æternaliter vnus cum  
 Patre essentialiter existerit: & tua peruersa, atque scelerata,  
 persuasione, apud corda infidelium, solam formam serui in-  
 tuentium, & lingua blasphemantium, ut putus homo, & non  
 Deus habens Dei virtutem, Dei sapientiam, Dei fortitudi-  
 nem, & splendorem, plenus gloria, & honore, atque benedi-  
 ctione habitus sit, tamen ab Angelis, & hominibus sanctis  
 agnitus, ut dignus, & plenus virtute, diuinitate, sapientia,  
 fortitudine, gloria, & honore, atque benedictione laudatur.  
 Qui in hunc mundum veniens, caro factus: ut Agnus volun- Ioan. c. 1.  
 tate Patris infirmari, ligari, verberari, deludi: & alia quam-  
 plura pati; atque mori voluit creator Angelorum, & homi-  
 num, homo factus, ut hæc omnia per fidem ipsius mediatoris  
 à principio conditionis vestræ vobis reuelata contemplando,  
 disceratis, quàm humiliter vos mediatori Christo subdere  
 debueratis, quando vos superbieñtes, humilitatis naturam  
 continere non erubuitis, cum vobis reuelatum esset pri-  
 mum in cælis mysterium Incarnationis. Coniuro te, † sce- Apoc. c. 5.  
 lerate dæmon, per viuentem in sæcula sæculorum, quem qua-  
 tuor animalia, & viginti quatuor seniores prostrati adoraue-  
 runt, cui etiam omne genua flectitur, cælestium, terrestrium,  
 & infernorum, & omnis lingua consuetur, dicendo: Seden-  
 ti in thono benedictio, & honor, & gloria, & potestas in  
 sæcula sæculorum. Amen. Coniuro te, † spurcissime dæmon, Apoc. c. 6.  
 per illum, qui sedet super equum album, id est Christum,  
 qui sedet super Ecclesiam tuam dealbatam in Baptismo,  
 qui tenet arcum sacræ Scripturæ, qua suos illuminat fide-  
 les, & inimicos occidit, scilicet peccata: cui à Deo Patre

Ibidem.

Venefic.

suo secundum humanitatem, vel in membris suis data est corona victoriae: & merito, quia ad hoc exiit aeternaliter à Patre, & temporalibus à matre, ut vincens in se vinceret etiam in suis fidelibus, & peccatoribus credentibus in eum: quibus datur arcus divinarum Scripturarum, quarum verbis suos auditores vincunt. Per hæc, & omnia alia verba, & adiurationes, quibus, tu maledicte, & nefandissime demon, adiurari, cogi, & constringi potes, ego te constringo, ut remota omni mora, ac impedimento postposito, exas ab hoc famulo Dei N. quem ipse ad imaginem suam creavit. Cede, bestia infernalis, cede Christo, & vade ad loca tibi à Deo deputata, per virtutem eius, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

## Oratio.

D. August. in Psal. 60.

Omnipotens sempiternus Deus, qui tua inmensa sapientia omnia ordinatè disponis, & eadem sapientia, sceleratos contra iustos sœuire permittis, ut eorum patientia verè probetur & coronetur, qui sœveritatem tuæ iustitiæ tandem in persecutores tuorum servorum ostendere non desinis, præstia nobis famulis tuis de tua misericordia sperantibus, per intercessionem illorum intersectorum, qui pro tui nominis defensione, mortem subire non timuerunt, ut omnem infestationem dæmonum repellere possim ab hoc famulo tuo N. ut siue pristinae sanitati reddidurus, gratiarum tuæ clementiæ reddat actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apoc. c. 6.

Ibidem.

Vdi igitur, malignissime spiritus, qui tua scelerata, & nefanda voluntate totum genus humanum pervertisti, & qui Ecclesiam Dei semper persecutus es. Tu enim cernens Ecclesiam institui, & ad locum splendidum, vnde ececidisti, posse ascendere, nisus est eam subvertere persecutione, & sœvitia tyrannorum: quod manifestatur per apertionem secundi sigilli, ubi apperuit equus rufus, cuius sellori datum est sumere pacem de terra, & datus est illi gladius magnus. Equus enim rufus sunt tui sequaces, manifestique, & sanguinolenti tyranni, & persecutores membrorum Christi. Ille enim equus rufus exiit contra victricem, vincentemque Ecclesiam, quando populus sanguinolentus paganorum cepit persequi illam sacratissimam pacem, quam Christus illi reliquit. Gladius magnus datus est illi, quando persecutio magna paganorum surrexit contra sanctos Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines Dei. Magnus equidè, & diuturnus gladius fuit datus illis

Lupus

Imperatoribus paganorum ad belladam totam Ecclesiam Dei distulam per totum terrarum orbem, & ad turbendam pacem servorum Christi, cuius assidue illi sanguinolenti tyranni sanguinem effuderunt. Sed nihil profecisti, ô bestia infernalis, quia magna Dei misericordia affuit, quæ Martyres, & Sanctos de tyrannis triumphare fecit, ita ut illi omnia propter Deum despicerent. Cernens autem ille maledictus draco Lucifer princeps tuus, se per apertos persecutores nihil profecisse, immisit hæreticos, qui suis fallaciis, & pravis rationibus contenderet, ut facilius fideles Christi decipere possêt, qui per equum nigrum designantur. Qui veram intelligentiam Scripturarum (te perinsadente) se habere putant: in quorum pugna sicut maximam periculum inuenitur, ita etiam Deus magnum auxilium præbet Ecclesie suæ per Angelos illam illuminando. Sed ô miser, quare sic conteris tempus contra Christam, & eius Ecclesiam, quem semper persecutus es, sciens illum destruere fallacias tuæ sceleratæ & peruersæ voluntatis? Desine, ô scelerate, desine: quia ipse Ecclesiam suam proprio sanguine emit, desine (inquam) quia tibi præcipitur, ne lædas vinum, & oleum, eius scilicet fidem, & operationem, quia ipsam Christus sanguine suo inebriatam, oleo Spiritus sancti unxit. Tu igitur es sellor, & caput omnium hæreticorum, qui stateram tenes in manu, non ut doceas, sed ad decipiendum, cum sis pater mendacij. Sed quia perpendis te, nec per apertas tribulationes, nec per manifestas hæreses posse proficere, immitis falsos Christianos, qui sub habitu Christianæ Religionis pervertunt fidem, qui propriè sunt hypocritæ, qui se ultra modum affligentes propter honorem huius mundi, pallidi sunt, qui significantur per equum pallidum, super quem sedebat mors, quem sequebatur infernus. Quæ enim merces, vel quale premium dabitur tibi, & tuis hypocritis tempore ultimi Iudicij, nisi sola mors aeterna, & infernus: quæ verè sunt præmia illorum, qui sub nomine ficto Religionis decipiunt homines, in Christo credentes.

Apoc. c. 5.

Apoc. c. 6.

Hic Exorcista interrogare poterit demones, quare non recedant: & si sit aliquod impedimentum in corpore, vel extrinsecus illud, amoveat. Deinde cogat demones præceptis, & comminationibus, ut recedant: postea sic sequatur.

## Oratio.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui es principium Omnis creaturæ, à quo omnia bona procedunt, & per quem

Apoc. 6. quem omnes beatificantur: qui pro salute humani generis incarnari, nasci, & mori, voluisti, sub cuius tutela animæ iustorum existentes, & de perpetua illa fruitione gaudentes, maximo desiderio tuæ charitatis affecti, glorificationem suorum corporum obnixè desiderant, & resurrectionem mortuorum, formidabilem diem extremi Iudicij à te ordinatum cupiunt, in quo venturus es cum Angelis, & Sanctis omnibus, ut Iudex vniuersalis iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, vbi reddes vnicuique secundum opera sua: te humiliter deprecamur, ac petimus, vt per tuam ineffabilem misericordiam, qua iustos saluas, mihi concedere digneris virtutem tuam aduersus hunc nequissimum dæmonem famulam tuam N. vexantem, vt illum tua gratia ab eo expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuus & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

ibidem.

Coniuro te, ¶ immundissime spiritus, per animas interfectorum, quas beatus Ioannes Euangelista sub altare Dei, qui est Christus, vidit, sub cuius defensione omnes animæ iustorum manent, clamantes ad Deum voce magna, & dicentes: Usquequò sanctus, & verus non iudicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Coniuro te, ¶ iniquissime dæmon, per illud magnum desiderium, quo sancti afficiantur ad Dei voluntatem implendam in his, quæ Deum velle norunt, qui nihil contra beneplacitum, & Dei voluntatem cupere possunt, cum eorum desideria in eius pendeant voluntate. Clamant enim, non desiderio vindictæ, sed vt regnum peccati, quo Deus offenditur, destruat: & resurrectionem suorum corporum precantur: vt in cælesti visione, & fruitione coniungantur corporibus suis: quia licet, durare hoc mundo, animæ sanctorum itolas habeant, de beata immortalitate gaudentes: resurgentibus tamen corporibus, habebunt gaudium de glorificatione corporum, quibus nunc carent, & lætitiâ de gloria omnium saluandorum, quam tunc videbunt adimpleri. Coniuro te, ¶ maledictæ, & excommunicatæ dæmon, per illud mirabile responsum, quod habuerunt illi Sancti à Duo omnipotenti, cum dictum illis fuit, vt modicum quiescerent, donec impleatur numerus fratrum suorum, illorum scilicet, qui saluandi sunt: quia hoc tempus presentis sæculi modicum, immò nihil est, respectu infinitæ æternitatis. Tu enim, scelerate dæmon, nitus es occidere seruos Christi per manus tyrannorum, quia putabas Deum durare viuos homines, quos tua perueritate peccato origi-

nxi

nali intruseras, & morti iniuste tradebas, sed decipiebaris, ô miser, decipiebaris (inquam) quia mors Sanctorum pretiosa est coram Deo, & Angelis eius. Nec ista fuit mors, quam molitus es inferre hominibus: sed illa quæ est impiorum, atque iniquorum, quorum caput Lucifer princeps tuus iam detusus est in infernum, vbi etiam & tu cruciaberis in sæcula sæculorum, Amen. Coniuro te, ¶ scelestissime dæmon, per illud formidabile, ac terribile iudicium, quod faciet Dominus noster Iesus Christus, ante quod præbunt terræ motus, obscuro Apoc. 4. ratio Solis, conuersio Lunæ in sanguinem, & cætera omnia, quæ ventura sunt ante vltimam sententiam tuæ iustissime damnationis, in quod ipse reddet vnicuique iuxta opera sua. Quo vultu, aut qua facie audebis comparere ante tribunal Christi, quando audies illam formidabilem vocem clamantem: Surgite mortui, venite ad iudicium. O miserrime, quo nulla creatura miserior, vel impudentior est, vtinam liceret tibi abscondere cum regibus, principibus, diuitibus, & omnibus seruis tuis in speluncis petrarum, & dicere montibus: cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super throno, & ab ira agni, quoniam superueniet dies magnus ire illius. Sed tu, ô maledictæ dæmon, crede mihi, quòd non erit tempus differendi: quia tunc detrueris in stagnum ignis, & sulphuris, vbi recipies vicem omnium malorum, quæ pessime egisti contra creatorem tuum, quia ibi cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen.

Diuus Hieronimus.

Apoc. 6.

*Hic interrogat de exitu, & quare non recedant, & de omnibus, quæ perinor ad liberationem obsessi. Et si noluerint exire, scribe eorum nomina in schedula, & illam combure, quia ista sunt illis grauissima: deinde sic sequere.*

## Oratio.

Domine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui pro salute nostra de cælo descendens, & in huic mundum veniens, per signum sanctæ Crucis nos redimere voluisti, & eodem signo fideles tuos contra dæmonum insidias muniri fecisti, qui Ecclesiam tuam ex omnibus gentibus, & populis tua gratia coadunata, sanguine tuo preciosissimo ablucere dignatus es. Te, amabilissime Redemptor, supplex expesco, vt per virtutem sanctæ Crucis hunc famulum tuum N. ab hac veratione dæmonum, tua pietate liberare digneris. Qui viuus, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

5

CONIURATIO

Coniuro te, † miser dæmon, per illum Angelum, quem beatus Ioannes vidit ascendentem ab ortu Solis, qui est Christus Dominus noster, qui dignè Angelus dicitur, cum Dei Patris nuncius fuerit, ad salutem humanam missus in mundum: qui ab ortu Solis tunc ascendit, quando per Diuine sapientiæ prædicationem ipse per se, & suos nuncios mundum illustrans, cognitus est esse Dei Filius; Patri consubstantialis in natura, habentem signum Dei viui, scilicet Crucem, per quam Christus apud Deum Patre pro nobis meruit: quod signum afferens ex alto, frontes suorum electorum signauit: qui per suam prædicationem clamauit voce magna, quando dixit: Penitentiam agite, appropinquabit in vos regnum Dei, prohibens Angelis, ne nocerent, quia ex quo passus est Christus, non solum hostem principalem, scilicet Luciferum principem tuum, & omnium iniquorum prostrauit, sed etiam mundi principatos, & imperium destructum est. Nam ad hoc gentium ita confirmatum est imperium, ut signo fidei, cui ipsi resistunt, frontes suas liberè signarent. Ipsum namque Crucis signum delatum, ubique significat Christi regnum. Per hoc igitur signum sanctæ Crucis Domini nostri Iesu Christi te coniuro, cogo, & constringo maledicte dæmon, ut ex eas ab hoc seruo eius N. quem ipse suo sanguine dignatus est ab omni peccato liberare, pro quo non dubitauit crucis subire tormentum. Coniuro te, † nefandissime spiritus, per sanctam illam Christi vniuersam Ecclesie congregationem, quæ per illa centum quadraginta quatuor milia signata significatur, quam beatus Ioannes in sua extatica reuelatione vidit, quæ ex Patriarchis, vel profapia carnis, vel fidei imitatione propagata est. Coniuro te, † parcissime spiritus, per illam maximam multitudinem, visam à beato Euangelista, quam præ multitudine numerare nemo poterat: quia licet numerus saluandorum sit certus Deo, hominibus tamen est incognitus: quia ex gentibus Paganorum, tribus Iudæorum, & populis Christianorum, & linguis diuersarum nationū cœlestis Hierusalem edificanda est, qui omnes erant amici stolis albis, trophæum scilicet Crucis deferentes, & palmæ in manibus eorum, victoria scilicet, qua sæculum per Christum vicerunt: voce magna verò clamabant, quia grandi deuotione, & insensibili laude Sancti profrentur in throno, id est Ecclesia, Patrem, Filiumque regnare cum Spiritu sancto. Coniuro te, † maledicte dæmon, per illum, circa cuius conspectum adsunt Angeli, saniores, & quatuor animalia, quem prostrati adorant, di-

gentes: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen. Quia enim primus est, & quia habet prouidentiam magnam, datur illi benedictio: sapientia, quia prouidus: gratiarum actio, quia bonorum largitor: honor, quia Dominus: & solus potens est, virtus, & fortitudo illi datur. Coniuro te, † scelerate dæmon, per omnes Sanctos illos, quos beatus Ioannes amictos stolis albis, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni, quia totam Ecclesiam ibidem, sanguinis Iesu Christi, Filij Dei mundat ab omni delicto: stant ante thronum Dei: quia illi digni habentur stare in Dei ministerio, qui hic inter aduersa, fideles nominis eius confessores existunt. Venerunt de tribulatione magna, sustineutes in hoc mundo omnia mala pro diuini honoris defensione: laueruntque stolas suas in sanguine agni: quem diligunt, mediatorum pro suis sceleribus Deo Patri opponunt, meritum sufficiens sibi vendicat, quo non solum peccata male conuersationis lauant, sed & ipsa stola conuersationis per nouitatem vitæ dealbant. Non esuriunt, neque sitient amplius serui, & electi Dei ibidem, in illo futuro sæculo, o miserrime dæmon, sed esuriunt tui sequaces, qui sunt amatores huius mundi, qui, illud tunc amiserunt, quando se feliciores putabant, & sitient voluptatum sectatores, qui tantò amplius iam dolent, quanto in deliciis antea gaudebant. Sed non sitient veri amatores Christi, super quos non cadet vllus peccatorum æstus: quia nunquam in eis accendetur æstus peccati, in quibus semel per Christi sanguinem perfecte extinctus est, qui ideo deinceps peccare nequam poterunt: quoniam agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, id est ad contemplationem Diuinæ essentia, in qua licet plures personæ sint, quibus fruitiones plurificantur, tamen in vnitare vnius Dei, vna est fruitio, quia in Diuina visione omnia replebuntur iucunditate, de qua semper securi erunt, à quorum oculis Deus absterger lachrymas, quia eos gaudio, & securitate suæ sollicitatis securos reddit. De qua felicitate dicit Christus: Oves meæ non peribunt in æternum, nec eas rapiet quisquam de manu mea. Per gaudium igitur, & iactantiam omnium Sanctorum, & electorum Dei, te adiuro, † cogo, & constringo, maledicte Spiritus, ut ex eas ab hac creatura Christi N. per virtutem sanctissimæ Trinitatis, & Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti. Amen. Dominus Deus omnipotens, Rex regum, & Dominus do-



institui voluisti, & per lignum sanctæ Crucis fideles tuos, tibi fideliter seruietes, de hoste antiquo tua benignitate triumphare fecisti, qui etiam quotidie illos ad veram penitentiam fructus afferendos tua gratia vocare non desinis: te humiliter rogo, ut interueniente eiusdem Filij tui Passione, hunc famulum tuum N. à diabolica inuasionem liberes, & liberatum in tua gratia conferues. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apoc. c.7. **C**oniuo te, pessime dæmon, per omnes sanctos, qui die, nocte, id est æternaliter Deo seruiunt, qui sunt templum, & thronus, in quibus Deus habitat, & à quibus in sæcula sæculorum laudabitur: quia huius Sanctorum est seruitus, quæ ab eis exhibetur Deo, qui non solum fruuntur omni bono, sed etiam carebant omni malo in illa facili contemplatione diuinæ maiestatis. Ideò absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: quia tunc cessabit omnis tristitia aduersariorum, & tunc pax magna erit in Ecclesia illa cœlesti, ubi semper laudabunt Deum: ideò illa pax erit æterna in electis, perpetua luce duratura. Coniuo te, nefandissime dæmon, per Angelum stantem ante altare, qui tenens thuribulum aureum recepit multa incensa, ut daret de orationibus Sanctorum super altare aureum, & fumus incensorum de oratione Sanctorum de manu eius ascendit coram Deo. Qui Angelus, Christus unigenitus Filius Dei erat, iustissimus, & Sanctus Sacerdos, qui ideò nomine Angeli stantis iuxta altare nominatur, cum apertissimus fuerit immolationi: quoniam carnem tenebat sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ, quæ sub specie thuribuli aurei nominatur, à quo offeruntur orationes nostræ Deo Patri suo, coram quo ascendit fumus incensorum de manu eius, ut vnus, idemque verus mediator, per sacrificium suum reconcilians nos Deo, vnus in illo maneret, cui ille offerebat, vnus in se faceret illos, pro quibus offerebat, vnus in se esset, quod offerebatur, & qui offerebat: qui ut Sacerdos, & mediator noster, orationes nostras apud Deum Patrem suum representat. Per hæc omnia mytheria sacratissima te constringo, maledicte dæmon, ut exeat ab hac creatura Dei N. per virtutem eius, qui pro peccatis totius mundi super altare sacratissimæ Crucis immolari voluit, ut offerret nos mundos Deo Patri suo. Exi (inquam) & ne tardes dimittere hunc famulum Dei N. quem temerè ausus es occupare. Et si fueris rebellis, & inobediens præceptis meis, tibi virtute Dei factis, oro Deum Patrem omnipotentem, ut spiritua-

liter

liter immittat super te, & omnes tibi fauentes, & verantes Apoc. 2.  
hanc creaturam suam N. omnes illas plagas, quæ ad sonum tubarum septem Angelorum descendunt super populum non habentem signum Dei viui, quæ sunt ignis & grando mixta sanguine, cuius virtute tertia pars terræ, arborum & sereni combusta est. Et mons magnus igne ardens missus est in mare, cuius tertia pars facta est sanguis, & mortua est tertia pars creatura- Ibidem.  
rum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interit. Et stella magna ardens de cælo tanquam facula cecidit in tertiam partem fluminum, & fontium aquarum, quæ factæ sunt amaræ, & multi hominum de aquis mortui sunt, quæ amara facta fuerant. Et percussa est tertia pars Solis, Lunæ & Stellarum, & obscurata est, ita ut non luceret tertia pars diei, & noctis: Veniantque super te, & omnes tuos complices, omnia illa mala contenta in illa tria, Va, vx, vz, à sancto Euangelista descripta. Nec desint tibi, ô scelerate dæmon, quæ euenient illi populo ex apertione putei abyssi, de quo ascendit fumus, ut fornacis magnæ, qui obscurauit Solem, ex quo exierunt Apoc. 9.  
locustæ in terram, quibus data fuit potestas lædendi, & occidendi homines, non habentes signum Dei viui in frontibus suis, cuius cruciatu homines quærent mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Et sicut euenient prædictis hominibus, quorum tertia pars occisa erit à fumo, igne, & sulphure: ita super te descendant: quia noluit penitere, nec desistere à superbia tua, quando relinquendo Deum creatorem tuum, ut stolidus, & insipiens vice illius voluisti adorari, qua stultitia affecti homines carentes signo Dei viui, Ibidem.  
tua persuasione decepti, adorauerunt simulacra aurea, argentea, ærea, lapidea, & lignea, quæ nec videre, nec audire, neque ambulare possunt, & non egerunt penitentiam ab operibus suis nefandis, & malis. Hæc, & omnia alia, quæ in tui dedecus, opprobrium, detrimentum, confusionem, & augmentum peccatum tuatum possunt dici, & cogitari, descendant statim super te, si nunc non recedas ab hac creatura Dei N. & vadas ad loca inhabitabilia, ubi nullam creaturam lædere possis. Per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Hic interroga, ut supra: & si spiritus exire noluerit, illum illud opprobriis, iniuriis, & recordatione sua felicitatis, quæ omnia illi sunt grauissima: deinde sic sequere sine hesitatione.*

Oratio.

Oratio.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui pro reconciliatione humani generis, unigenitum Filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum, carne humana indutum, contra fortissimum, & rebellem Luciferum inimicum tuum triumphare fecisti, & post Resurrectionem, & Ascensionem suam, humanitatem nostram ab ipso assumptam ad dexteram tuam collocare voluisti, præsta nobis, quæsumus, clementissime Pater, ut per potentiam eiusdem Filij tui, hos dæmones ab hoc famulo tuo N. tua virtute expellere valeam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIVRATIO.

**C**oniuo te, & maledicte spiritus, per illum Angelum, quem beatus Ioannes vidit, qui est Angelus magni consilij, & Angelus testamenti, ad templam veniens, quem bene fortem esse dicit, qui inimicum fortissimum, scilicet Luciferum principem tuum, superavit, amictum nube, carne scilicet humana indutum, & facies eius sicut sol, que significat claram notitiam, quam de ipso per assumptam humanitatem consecuti sumus. Qui habebat pedes, ut columnam ignis, qui sunt sancti Apostoli: euangelizantes pacem, & bona. Christus igitur nube reclusus erat: quia multitudine sanctorum circumdatus apparuit, quos ne in persecutione deficerent, confortabat, & animabat. Coniuo te, & sceletate dæmon, per illum Angelum tenentem pedem suum dextrum super mare, id est Christum, qui tenet manum suam conseruatiam super populum Christianum, aquis baptismi regeneratum: & sinistram super terram, id est super populum paganorum in terrenis desideris fixum, qui sola terrena sapit, & quatit, nihil de celestibus mysterijs cogitando. Qui magna voce clamauit, quando quæ in veteri lege, ut tenebræ, erant obscura, manifestabat in tectis, cuius luce illustrati sancti Ecclesiæ prædicatores, & fortificati, ceperunt & ipsi prædicare vitam æternam. Coniuo te, & miser dæmon, per illum Angelum, qui erigens manum tuam ad cælum, iurauit per viventem in sæcula sæculorum, id est Christum, qui tunc leuauit manum in cælum, quando carnem, quam assumpsit, ad dexteram Patris eleuauit. Iurauit autem per viventem in sæcula sæculorum, quando & Patrem vincta ostendit, dicens: Ego in Patre, & Pater in me est. Iurauit autem, quod tempus amplius non erit: quia ibi nulla varietas erit, sed semper stabilitas, & claritas indeficiens illis beatis spiritibus adierit. Tu verò cum maledictis spiritibus

damna  
dama

damnatis tempus habebitis, quia ad varia tormenta mutabimini, ab aquis scilicet niuium ad calorem niuium. Coniuo te, & pessime dæmon, per illud mysterium, quod Angelus prædixit consummandum esse: cum scilicet Ecclesiæ ceperit viciniam suam prædicationem diffundere, quia tunc mysterium complebitur, cum iustis præmia, & nobis reprobis tormenta erunt preparata: qui iusti consequentur illud, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, visionem scilicet Dei Beatificam. Coniuo te, & immundissime spiritus, per illum, qui beato Iohanni præcepit accipere librum de manu Angeli, & illum deuorare. Per dilectionem siquidem ad Deum beatus Ioannes, & per intelligentiam diuinitatis datam, hunc librum de manu dispensatoris Christi accepit, in cuius potestate Deus Pater dedit celestium, & terrestrium ordinationem: Et quanto per maiorem dilectionem ipse Ioannes Christo magni consilij angelo appropinquauit, tanto stupendiora diuinitatis suæ, & humanitatis cognouit mysteria. Unde non sine causa supra pectus eius in cæna recubuit, de quo tantam sapientiam hauserat, ut per Euangelium suum arcana Christi in eius exordio patefaceret. Coniuo te, & sceletate dæmon, per illum, qui tenet librum apertum, qui est Christus Filius Dei, qui omnia, quæ in veteri Testamento quasi clausa erant de eius Incarnatione, Natiuitate, Passione, & Resurrectione reuelauit, cum ea opere compleuit in destructionem regni tui, ô maledicte dæmon, & in ædificationem Ecclesiæ tuæ sanctæ. Gloriabaris enim in tua damnatione habere sociam naturam humanam, sed decipiebaris, ô miser: quia Dei misericordia nobis subuenit, nos è faucibus tuis eripiendo. Discede ergo, nefandissime spiritus, ab hac creatura Dei N. per illam immensam misericordiam eius, & vade ad sedes tuas infernales, vel ad loca tibi à Christo deputata. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

**D**omine sancte Pater omnipotens æternæ Deus, qui Ecclesiam tuam in sanguine Iesu Christi, Filij tui Domini nostri congregatam, tua pietate semper custodire non desinis, qui pro eius conseruatione, ab initio vsque ad finem mundi sanctos prædicatores, & famulos tuos ad eius defensionem mittis, ut eorum prædicationibus ab erroribus custodias: te, misericordissime pater, suppliciter exoro, ut per virtutem tui sanctissimi nominis, gratiam expellendi dæmones

Joan. 10.

Joan. 14.

1. Cor. 13.

Apoc. 10.

Joan. 1. 12.

S. Leo P. in Ver. annuntiationis.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Joan. 14.

mones ab hac creatura tua N. mihi misericorditer prebere digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apoc. 1. 7. **C**oniuo te, ꝑ scelestissime dæmon, per illum, qui beato  
Ioanni præcepit calamo templum Dei, altare, & habitan-  
tes in eo metiri: vt scilicet per prædicationem verbi diuini  
Ioc. 1. 4. Ecclesiam suam: & in ea altare, puta Christum, constitueret,  
in quo veri adoratores in spiritu, & veritate Patrem adorare  
debent, falsos autem Christianos, scilicet hæreticos, & pec-  
catores imponitætes, qui se Ecclesiam simulant, sed factis ne-  
gant, eicere foras: quia tales sunt similes infidelibus, & cõfor-  
mes ministris tuis, qui ciuitatem sanctam, id est Ecclesiam,  
ad iustè viuendum congregatam, & virtutibus munitam per-  
sequuntur: ideo præcipitur metiri templum, quantum ad  
Ecclesiam, quæ est fidelium congregatio, & altare, perfecti scilicet,  
& contemplatiui, quorum auxilio aliorum sacrificia in-  
nituntur, & adorantes in eo, reliqua, scilicet multitudo cre-  
dentium. Coniuo te, ꝑ impiissime dæmon, per illum, qui pro-  
misiit Ecclesie sue dare prædicatores, & testes, & qui contra  
Apoc. 1. 11. Antichristum, & eius sequaces sua doctrina pugnabunt, verbo,  
& exemplo, demonstrando hominibus peruersitatem illius  
filij perditionis, qui sunt Enoch, & Helias. Hi sunt dux oliuæ,  
spiritu sancto inuicti, & duo candelebra, quantum ad lumen  
doctrinæ, in conspectu Dei assantia, quos qui voluerit ledere,  
Ibidem, oportet eum occidi. Qui habent potestatem claudendi cælum,  
ne pluat diebus prophetia ipsorum, & conuertendi aquas in  
sanguinem. Quorum testimonium cum finierit, tu scelestissi-  
me dæmon, suscitabis illam belliam, scilicet Antichristum, qui  
sanctos prædicatores Christi bestiali sensu, & crudelitate la-  
niabit. De abyssu profunditatis ignorantie, & malicie, ad re-  
gnum ascendet, & contra Enoch, & Heliam magnum bellum  
Ibidem, faciet, cum priuim contra eos per mundi sapientiam, quæ est  
adulcia: & vesutia disputabit, quia te assidente astutissimus  
erit, quæ malitia in sine nihil illum pessimum hominem in-  
uabit, quia Deus gladio oris sui interficiet eum. Coniuo te, ꝑ  
pessime dæmon, per illam inuincibilem veritatem, quam præ-  
dicabunt illi sancti testes, quæ superari non poterit ab Anci-  
christo suo mendacio, quam conabitur potentia vincere, vt  
quos occidere non valet spiritualiter, Deum, qui est animæ co-  
rum vita, ab eis subrahendo, saltem corporaliter occidat, ani-  
mam a corpore separando, vt in hoc se vincere fateatur. Quo-  
rum corpora iacebunt in plateis ciuitatis magnæ. Tu enim,  
scelestate dæmon, per inextinguatam tuam maliciam facies  
prolicere

prolicere corpora illa in publicum, vt ex vno Christiani vi-  
dentes fortissimos suos athletas iam mortuos, in agone desi-  
ciant, & ex altero impij homines ad spectaculum mortis eor-  
um in viis pessimis confortati fortiores fiant, & hoc in cele-  
briori loco, vt ex frequentia celebrior fama huius habeatur.  
Sed te fallat malicia tua, quia eadem via, qua quæres fidem  
Christi imminuere, & destrinere, eademmet illa exaltabitur,  
quia sicut Christus Dominus nosset in Hierosolyma, quæ in  
medio mundi est, voluit crucifigi, vt rumor redemptionis op-  
portunis per omnes partes mundi in circuitu diffunderetur:  
sic diuino consilio decreuit in eodem loco fieri commotio-  
nem peccatorum, per verba, & opera mirabilia, & per mor-  
tem, & resurrectionem testium suorum: & ideo in ciuitate  
magna Hierusalem occidendi sunt, vbi & Deus eorum cruci-  
fixus est. Exaltabitur (inquam) fides tunc, ô pessime anima-  
rum deuorator, quia in illos duos testes, pro Christo amore  
occisos, immitet Deus spiritum vitæ post dies tres à sua mor-  
te, & illos resuscitabit, ducens eos ad gloriam suam, & vide-  
bunt eos inimici eorum, qui postquam corporalem vitam ex-  
tinxerunt, æternæ eorum vitæ, quam extinguere non pos-  
sunt, inuidet, vt inuidentes amplius torqueat inuidia, quàm  
pius in manibus eorum morientes, ipsi torquebant pena.  
Coniuo te, ꝑ immundissime spiritus, per illas voces, quas  
beatus Ioannes in cælo audiuit, dicentes: Factum est regnum  
Ibidem, huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in  
secula sæculorum. Laudatur enim Deus, & glorificatur Chri-  
stus, qui cunctis inimicis superatis, regnum sine fine duratu-  
rum suscepit. Nam vobis malignis spiritibus omni virtute  
priuatis, & in tenebris præcipitatis, virtutem suam magnam  
Dominus accipiet, cui nemo vlteriàs contradicet, & cunctis  
regibus, & sedibus expulsis, & superatis regnabit. Quem vi-  
Ibidem, guri quatuor Seniores, & omnes sancti Angeli, & ecclesi ad-  
orabant, dicentes: Gracias agimus tibi, Domine Deus omni-  
potens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti  
virtutem tuam magnam, & regnabis in sæcula sæculorum. Per  
hæc igitur verba, & per omnia alia sacratissima nostræ fidei  
mysteria, quibus potes coniuvari, cogi, ligari, & fugari ex hoc  
corpore, & ad penas infernales mitti, te coniuo, cogo &  
constringo, vt omni mora, & fallacia postposita, statim re-  
cedas ab hoc famulo Dei N. cum omni tua scelestata socie-  
tate, & cum omnibus maleficijs, incantationibus, ligaturis, si-  
gnaturis, & facturis tuis, quæ omnes auctoritate Dei omnipo-  
Iac. 69. tentis dissoluo, ꝑ & dissolutas esse decerno, & tibi præcipio,  
f nefan

nefandissime dæmon, vt recedendo, dimittas hanc creaturam sanam, & liberam, vt eam iuuenili, & eam amplius non rediturus. Per eum, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## IMPRECATIO.

**M**Aledicti, & excommunicati, atque blasphemi, sitis in pœna æternali, & nulla sit vobis requies, si statim non eritis obedientes mandatis & præceptis meis, in virtute Dei, & Domini nostri Iesu Christi vobis factis, & verbis, quæ de illo dicuntur, qui orbem contremere facit, in cuius nomine, virtute, & potestate vobis præcipio, vt statim recedatis ab hac creatura Dei N. per virtutem sanctissimi nominis Dei *Matth. 23.* Tetragrammaron. Ideò ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Lucifero, & vobis Angelis eius, & ne differatis parere mandatis, alioquin mittam vos in stagnum ignis, & sulphuris, vbi fumus tormentorum vestrorum ascendet in sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista ponat manum super caput vexati, & ipsum signando, dicat.*

## Oratio.

**E**Xpelle, Domine Iesu Christe, per virtutem tuæ sanctissimæ passionis, diabolum ab hac creatura tua N. à capite, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gingiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à ciliis, à superciliis, à pilis, à pedibus, à tibiis, à genibus, à cruribus, à partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab intestinis superioribus, & inferioribus, à scemore, à ventre, à stomacho, à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachiis, à manibus, ab unguitibus, ab ossibus, à neruis, à medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum suorum, ab omnibus iuncturis, à toto corpore suo intus, & extra, à quinque sensibus corporis, & animæ: nullumque locum habeat in ipsa intus, & foris amplius, vt sana, & salua fiat per inuocationem sanctissimi nominis tui, & per inuocationem Spiritus sancti coæterni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam huius creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius saluare, & saluam facere. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EXOR

## EXORCISMVS III.

FORMIDABILIS, MIRABILISQUE  
virtutis contra spiritus inmundos occupantes corpora humana.

*Exorcista accedens ad coniuuandos demones, præmissa præparatione, seruatq; ordine superius posito, charitate, ac pietate ductus, ante sanctissimum Eucharistia Sacramentum (si adest) genuflexus, mentem in Deum eleuans, dicat:*

**I**N nomine sanctæ, & inuidiæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus, & sancti. Amen. Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit celum, & terram. Verf. Exurge, Domine, ne præualeat inimicus tuus iste. Resp. Iudicetur ipse in conspectu tuo. Verf. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra. Resp. Qui eruis sperantes in te, Domine. Verf. Adiua nos Deus salutaris noster. Resp. Et propter nomen tuum, Domine, libera nos. Verf. Domine, exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, qui ore sancto tuo benedicto, *Matth. c. 14* dixisti: In nomine meo dæmonia eiicient, & qui Cananæam pro filia sua à dæmonio vexata, rogantem exaudisti: quæsumus, vt per sanctam crucem, passionem, & mortem tuam expellere digneris ab hac creatura tua N. omnem vexationem dæmonum, & eorum languores, & cunctos dolores cordis, & corporis: & plenam sanitatem misericorditer concedere digneris, vt ope misericordiæ tuæ restituta, & sanata, tibi creatori, ac redemptori, referat gratiarum actiones: Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Ecclesiæ Romana in oratione infirmorum.*

*Hic Exorcista surgens ab oratione: ponat manum super caput vexati, dicendo infra scripta verba, alta voce, ostendendo Crucem vexato.*

f. 2.

Ecce

**E**cce Crucem ꝑ Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ. Ecce vexillum, ꝑ redemptionis nostræ, fugite partes aduersæ. Ecce signum confusionis vestræ, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David.

Apoc. 5.

*Postea legat sequens Euangelium.*

*Sequentia sancti Euangelij secundum Matth.*

*R. Gloria tibi Domine.*

**I**n illo tempore, Egressus Iesus fecit in partes Tyri, & Sydonis. Et ecce mulier Cananea à sinibus illis egressa, clamauit, dicens: Misere mei Fili David, filie mee malè à demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes Discipuli rogabant eum, dicens: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam Domine. Nam, & canelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa domaiorum tuorum. Tunc respondens Iesus, dixit illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis: Et sanata est filia eius ex illa hora. *R. Laus tibi Christe.*

Cap. 15.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, Redemptor clementissime humani generis, quia nobis, innumera beneficia contulisti, te suppliciter deprecamur per omnia, & singula dona, & beneficia seruis tuis collata, & maxime per omnia mysteria tuæ sacratissime passionis, qua nos à faucibus inferni eripere dignatus es, vt hunc famulum tuum N. à damone oppressum liberare digneris. Quæsumus, Domine Deus omnipotens, qui dedisti sanctis Apostolis tuis virtutem calcandi super damonia, & super insumitares, vt præbeas nobis ministris tuis virtutem expellendi hunc dæmonem ab hac creatura tua N. tuo sanguine pretioso redempta, vt liberata ab hac vexatione, & sanitati restituta, tibi in perpetuum gratias referre possit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Luc. cap. 9.

*Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super obfessum: postea incipiat adiuvare damones obfidentes, audaci animo, sapè illis obsequendo celestem beatitudinem, & misericordiam eorum sempiternam.*

CONIV

CONIVRATIO.

**C**oniuuro te, ꝑ miserrime demon, proiecte è celesti fastigio, ac diuina contemplatione, qui artibus tuis conatus es semper insequi sanctato Dei Ecclesiam, tam in Angelis in celo, quàm in hominibus in terra. Sciatim enim, vt Deus disposuit Christum mediatorum vniuersalem inter te, & rationalem creaturam interponere, capisti pugnare contra ipsum, & Ecclesiam eius, quæ sub nomine mulieris à sancto Euangelista describitur, & filium eius, lapidem angularem è celo demissum, de quo dicebat Dominus Deus: Quis diuulsi lapidem angularem, cum me lauderent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Quis concludit ostium mare, quando erumpere? Quid enim, ô leclerate spiritus, per lapidem angularem terræ conuenientius vocari potest, quàm Christus, qui de terræ materia corpus assumpsit? Sicut ipse de se loquens ad Phariseos, dixit. Nunquid legistis in Scripturis: Lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: Hæc lapidem (in detrimentum tuum, ô miser demon, serpens, & draco nequissime) Deus dimisit, cum eum lauderent astra matutina, quando Christum in assumptione carnis intrandum ab initio, inter Angelos reuelauit. Hæc Christus lapis angularis solummodo pro eo dicitur, quia in Iudeos, & Gentiles vniuersos, sed vt magis Angelos, & homines in vnam communitatem, cuius ipse est caput, copulare: qui ited effectus est hominum redemptor, & Angelorum reconciliator, quia pro vtrisque promerit: quia Angeli vicerunt per sanguinem agni. Vnde & huic Incarnationi quidam Angelorum fauchant, qui in fide Christi, merito dilectionis ad æternam beatitudinem intrauerunt, qui non uenerunt astra matutina, quasi videndo per claritatem gloriæ, canentes, & iubilantes interna mentis exultatione, de Incarnatione Christi Deum, & eius sapientem dispositionem in sua gloriosa saluatione laudabant. Sed ille maledictus Lucifer princeps tuus, & ceteri sui sequaces superbientes, malicia sua obcecari contemebant inferiori naturæ subijci, & ob hoc inuidebant Christi incarnationi. Et quia à diuina contemplationis dulcedine se auerterunt, amari facti sunt. Vnde cum de natura diuine providentiæ per creationem procederent, & se à diuina luce propria elatione auerterent, nube à Deo vestiri sunt, caritate scilicet mentis per superbiam obsecrati, post quos Deus ostium concludit, cum eorum malitiam certis limitibus sue dispelationis coercuit. Et quia omnia illa tibi demonstrata fuerunt, ideo cum illis maledictis spiritibus pessime egisti cõtra

Apoc. 12.

Hiericus  
Arphus 1.  
1. Mylli.  
Theo. c. 8.

Apoc. c. 12.

Iob. c. 38.

Ibidem.

*Apoc. 12.* Christum. Coniuro te, ꝑ̄ scelerate spiritus, per illud mirabile signum quod beatus Ioanes Euangelista in cœlo vidit, mulierem scilicet, amictam Sole, quæ est sancta Ecclesia vnica Christo, & Luna sub pedibus eius, quia Ecclesia electorum comparata diuinæ sapientiæ, pro nihilo reputatur, sicut lumen Lunæ in comparatione ad Solem est quid minimum. Hæc est illa mulier, ð scelerate demon, sancta scilicet Ecclesia, quæ habens in utero clamabat vt parturiret, quæ cum mentis delectatione Christum conceperit in cruciatu penalis laboris, per virtuosum opus foras emittit. Sed ecce aliud signum apparet, draco scilicet ille maledictus Satanas, princeps tuus, & caput omnium iniquorum, habens capita septem, quia est plenus septem nequitias, sicut Christus dicitur plenus septemplici spiritu, & eorum decem, quia sicut Ecclesia Christi pro obseruatione decem præceptorum Dei meretur coronam vitæ æternæ: sic apostata spiritus pro impugnatione decem præceptorum decalogi meretur coronam tribulationis æternæ. Et quia ille, vt inuidus, non poterat sustinere gloriam, & honorem, qui Christo mediatori à sanctis Angelis dabatur, cœpit persuadere aliis spiritibus contra ipsum, qui diu non permanentes contra tentationem Luciferi, inuadunt tali persuasione affecti, illi adherentes, è cœlo ceciderunt. O infelicem commutationem! in cœlo erant, cum Creatorem suum contemplando aspicerent, & in terram ad iam solam creaturam considerandam prolapsi sunt, Sed audi eius temeritatem: sicut enim se opposuerat Ecclesie Christi in cœlo, ita etiam fecit cadens. Scerit enim ante mulierem sanctam, scilicet Ecclesiam, ex Angelis, & hominibus congregatam, & ad quid hoc faciebat? vt eum peperisset, deuoraret filium eius. Coniuro vos, ꝑ̄ nefandissimos spiritus, dæmones infernales, per illam sanctam, & immaculatam Dei Ecclesiam, quam semper persecuti estis, tam in Angelis, quam in hominibus, vt fidem mediatoris Christi in vtrisque extingueretis, quæ Christum spiritualiter paritura erat. Spiritualiter quidem ipsam peperit, primum in Angelis beatis, cum merito fidei, & dilectionis Christi mediatoris intrare potuerunt ad videndum faciem Dei sui conditoris. Per ipsam igitur, maledicte demon, te constringo exire de hac imagine Christi N. quam ipse, sua passione, & morte redemit: recede, & ne differas parere mandatis: quia quanto tardius exis, tanto magis poena tibi à Christo augetur: qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

## Oratio.

**D**omine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui cum æqualis Deo <sup>Synod. Nicaen.</sup> Patri tuo in maiestate, & potentia ab æterno existeres, pro salute humani generis in hunc mundum veniens, ex intemerata Virgine Maria carnem tuam mundissimam, quæ nos à potestate tenebrarum liberares, assumere decreuisti, & eam Cruci affigens, à satanica seruitute, tua piissima misericordia, & pietate liberare voluisti: humiliter deprecor, vt virtutem expellendi dæmones, hunc famulum tuum N. vexantes, mihi præbeas, vt ab hac vexatione liberatus, suæque pristinæ sanitati restitutus nomen sanctum tuum laudare possit in sæculis sæculorum. Amen.

## CONIURATIO.

**C**oniuro te, ꝑ̄ spurcissime demon, per illam, sanctissimam, & beatissimam Virginem Mariam, quæ carnaliter concepit Christum, quæ præ cæteris altior merito dilectionis fuit, <sup>Luc. 1.</sup> quæ meruit ornari corona duodecim Stellarum, cum omnium virtutum merita, singularumque gratiarum priuilegio superexcesserit, quo factum est, vt non solum Christum corde conciperet per fidem, & dilectionem: verum etiam & carnem eius <sup>D. Aug.</sup> ex purissimis sanguinibus amoris ardor excessiuus ex virgineo utero sine virili consortio formaret, quæ per mulierem amictam sole à beato Ioanne describitur. Coniuro te, ꝑ̄ ingratis- sime spiritus, per Filium illius mulieris, qui est Christus Filius Dei. Hic est enim ille Filius, ð scelerate demon, quem tu, & serpens ille maledictus Lucifer quærebatis deuorare mox natum per Herodis persecutionem, cum (te instigante) occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & omnibus finibus eorum. Deuorare etiam Ecclesiam voluistis in passione Christi, cum per scandalum Crucis extinguere niteremini fidem Saluatoris, sed tunc Leuiathan hamo captus est. Cum enim iustum occidere vellet, ne multos iustificaret, meruit ius, quod innocentes habebant, per fidem passionis, & mortem eius amittere. His duobus modis visus est malignus draco, princeps tuus in persona propria Christum deuorare: sed in nulla harum <sup>Apoc. 12.</sup> persecutionum præualere potuit: primum quidem, quia peperit filium masculum, id est Christum, qui ab instanti suæ conceptionis, omnibus virtutibus, gratis repletus fuit, qui nullum peccatum habuit: de quo dicebat Ioannes baptista: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Coniuro te, ꝑ̄ nefandissime spiritus, per illum, qui rectorus erat gentes in virga ferrea, <sup>Ioan. 1.</sup> Ioan. 1.

potestate scilicet magna, que illi inerat: quia natura erat ir-  
 peccabilis: propter quod tu, malignissime draco infernalis,  
 non potuisti prevalere contra Christum Filium mulieris, &  
 etiam quia captus est ad Deum, & thronum eius, quia equali-  
 tatem vnius maiestatis cum Deo Patre sortitus est, de quo  
 Psal. 44. dicit David: Thronus tuus Deus in seculum sæculi, quia  
 æterna, & inseparabilis est hæc maiestas Patris, & Filij, & Spi-  
 ritus sancti propter quod ille malignus draco nõ potuit præ-  
 valedere in Filium. Coniuro te, superbissime demon, per illam  
 Apoc. 11. mulierem, sanctam scilicet Ecclesiam, que fugiens in solitu-  
 diem contemplationis, tentationem tuam superavit, ubi ani-  
 ma fidelis contemplando Christum & passionem eius inimi-  
 nente persecutione, omnia propter ipsum cõtemnit, & omnia  
 mūdana pro eius amore despiciet. Quod Christus docuit, tan-  
 quam novissimæ tentationis remedium, quando dixit: Cũ  
 Math. 24. videritis abominationem desolationis stantem in loco san-  
 cto, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, id est in deser-  
 tum locum, ubi Deus paravit locum servis suis, qui omnia  
 contemnant propter Christum, ubi patet Ecclesiam suam:  
 contra tentationes tuas, scelerate demon, vberes consolatio-  
 nes suas illi ingerendo. Sed, ò miserrima creatura, quid tuo  
 principi evenit ex tot persecutionibus Christo, & eius Eccle-  
 siæ intentatis: Nihil aliud, quàm damnatio, infernus, crucia-  
 tus æterni, miseriæ infinitæ, & calamitates sine fine: que om-  
 nia iniquo animo sustinens, & videns se à diuina contempla-  
 Apoc. 11. tione deiectum ad terram, cepit præliari adversus Sanctos  
 Dei. Recede igitur, maledicte demon, ab hac creatura Dei N.  
 per amorem Sanctorum omnium erga suum conditorem,  
 quem indefessis vocibus laudant, dicentes: Sanctus, Sanctus,  
 Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui propter magnam  
 misericordiam suam liberavit nos ab ore draconis: & per  
 omnia alia, que te possunt constingere in virtute Dei, & co-  
 go, ut vadas ad loca tibi deputata à Christo, statim, & sine  
 mora, & per signum sanctæ Crucis, † quod ei in fronte da-  
 mas, tu nunquam audeas violare, in nomine Patris, † & Fi-  
 lij, † & Spiritus † sancti. Amen.

*Hic quævere poteris, quot demones sint in corpore vexati:  
 nomina eorum: quis sit eorum caput: de quo ordine  
 fuerint: quibus verbis magis affligantur: & super  
 quod peccatum dominantur, ut melius scias contra eos  
 opportuna remedia applicare: postea sussequere.*

Oratio.

## Oratio.

**D**Eus, qui recto iudicio vnumquemque iudicas: & Ange-  
 los, qui seriore veræ dilectionis in principio suæ crea-  
 tionis te dilexerunt, in statum gratiæ confirmasti: rebellē-  
 que, ac contumaces spiritus tibi inobedientes, perpetuis car-  
 ceribus, & æternis poenis deputasti, quique ita hominem di-  
 Iudæ & vico.  
 lexisti, ut Filium tuum Iesum Christum, pro eius liberatione  
 daret: qui, ut nos à diabolica servitute liberaret, passionem, &  
 acerbissimam mortem voluntariè sustinere voluit. Te, Domi-  
 ne, suppliciter exoramus, ut per eandem passionem, & mortem  
 virginis Filij tui, hunc famulum tuum N. ab hac pessima dx-  
 monum vexatione, quem inimici tui scelestissimi conantur  
 perdere, eripere, & custodire digneris: quia in te speravit, &  
 credidit, & ne diu pernititas, piissime pater, illum à damoni-  
 bus vexari, sed libera eum propter nomen sanctum tuum: &  
 liberatum, æternæ beatitudini illum cõserua. Per eundem  
 Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuro te, † superbissime spiritus, per illos sanctos An-  
 Apoc. c. 12.  
 gelos, qui sublimiter sentientes de Deo, maximo amore  
 ad eius gloriam afficiebantur, & pro facultate sibi data ad  
 honorem sui creatoris defendendum nitentur. Vos autem  
 superbieares, seblimiter sentiebatis de bonitate vestrae natu-  
 re, & propter hoc ad propriam gloriam afficiebamini, & toto  
 conatu contra electos Angelos ferebamini. Ex quibus affe-  
 Ibidem.  
 ctionum conatibus factus est ille Angelorum conflictus, &  
 prelium. Quod magnum fuit, quia magnis affectionibus fuit  
 commissum ab Angelis, & à vobis reprobis. Magnū (inquam)  
 propter durationem, quia in cælo fuit inchoatum: & tamen  
 ante generale iudicium in præsentī sæculo non poterit con-  
 summari: quod Dei sapientia sit, ut tam electos Angelos, quàm  
 homines, ad tempus exercitaret, ut quantò difficiliora eis ex  
 hoste præcellisset pugna, tantò gloriosior fieret de hoste vi-  
 ctoria. Coniuro te, † superbissime spiritus, per illum magnum  
 cælestis militiæ principem Michaëlem Archangelum, & per  
 sanctos Angelos eius, qui, visa temeritate Luciferi, præliaban-  
 Ibidem.  
 tur eum dracone, qui sicut inter ruentes Angelos, ut primus  
 draconi comparatur propter malitiam, & asturiam suam, qua  
 primò Angelos in cælo circumvenit: sic & beatorum Angelo-  
 rum primus Michaël nominatur propter sublimem diuinæ  
 sapientiæ admirationem, propter quod significatur nobis in eo  
 admiratiua cõtemplatio diuinæ sapientiæ, per quam Deus

§ 5 omnis

omnis creaturæ incomparabiliter consideravit, ut dignè princeps cæterorum Angelorum dicatur, quibus in hac contemplatione clarior habebatur, qui à Daniele princeps nominatur. Cui Angeli eius, illi scilicet, qui eius vocati proprio consensu, & actione adhæserunt, contra draconem & Angelos eius præliabantur, & draco pugnabat, & angeli eius.

## EXPROBRATIO IN SATANAM.

*Exprobratio.* **V**ide miserrima creatura, ad quale dispendium ob superbiam, & nequitiam tuam cum principe tuo devenisti. Nam ille maledictus Apostata, & draco nequissimus, oculis suæ considerationis, claritatèque sui intellectus, nec non sublimitate suæ naturæ, seipsum, & omnes creaturas, ac earum conditorem clarè considerans, & cognoscens, tam immoderate de ipsa sua natura gloriabatur, quòd honorem, & gloriam, quam suo conditori reddere tenebatur, in seipsum reduxit, adeò quod inferiori naturæ, quam creator per gratiam exaltare disposuit, subici dedignaretur: & propter hoc contra Dei præceptum, pugnare cœpit aduersus sanctos Angelos, affectu, quo ad propriam gloriam afficiebatur, & conatu, quo nitebatur electorum Angelorum obedientiam seducere, & subvertere: Cauda nampe illa, qua tertiam partem stellarum trahebat, etiam cæteras stellas traxisset, nisi creator earum manu gratiæ suæ eas tenuisset. Cùm enim tanta esset malitia draconis infernalis, quòd sua circumuentione allecti, consentientes veneno suæ malitiæ corrumperet, cæteros sanctos Angelos per gratiã obediens sibi Deus in gratia firmavit. Coniuro te, & maledicte demon, per illam diuinam, & immensam Dei bonitatem, qua sanctis Angelis suis gratiam suam impertiuit, per quam & ipsi præseruati sunt. Putabat enim ille sceleratus princeps tuus, & impius draco suam naturam præferre diuinæ gratiæ, & nesciebat (donec experimento probaret) quod in omnibus gratia validior est, quam natura: quia per naturã datur esse, quod ita est in se: per gratiam verò datur natura esse, quod habet in Deo: & ideò nõ valuerunt resistere gratiæ, qua pugnabant sancti Angeli, neque locus eorum amplius est in cælo. O pulcherrimum finem convenientem propriè tali principi. Audi illum. Et proiectus est ille draco magnus, serpens antiquus, qui vocabatur diabolus, & satanas, qui sedebat vniuersum orbem, & proiectus est in terram cum suis Angelis. Coniuro te, & ingratiissime spiritus, per illud magnum gaudium sanctorum Angelorum, qui de victoria exultantes, dicebant: Salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius. Salus, illi dicunt, quantum ad liberatio-

nem à malo, virtus quantum ad operationem boni, regnum quantum ad liberationem spiritus, quia liberi, & sine vlla contradictione obediunt Deo. Hæc omnia ille superbissimus princeps tuus Lucifer ex natura volebat habere: gratiam verò, quam rationali creaturæ Deus obtulit, contemnebat: & quantum protruit, electam illam multitudinem, quæ se oblatæ gratiæ gratam reddebat, impediabat. Coniuro te, & spurcissime demon, per illos sanctos Angelos, qui pro Christo pugnantes, non sine probatione susceperunt præmium illud magnum à Deo, cui tot gratias reddebant, cognoscentes, non aliunde, quam per illum, se obtinuisse victoriam, id est per Christum, cui dicunt, & potestas Christi eius, quia sicut Christus secundum diuinitatem habet potestatem, & dominium vniuersalis præmij: ita secundum humanitatem, quia suspensus in Cruce meritum acquisiuit, habet potestatem vniuersalis meriti, quæ dona fuerunt causa exultationis beatorum spirituum. Coniuro te, & scelerate demon, per illam sanctam Ecclesiam Domini nostri Iesu Christi, quæ ex electis Angelis, & hominibus constituta est, quæ timere non valet tuas persecutiones, sento veritatis Christi protecta, cui ex merito passionis suæ, & virtutem suæ conseruationis Christus sibi statim addit, sub quo de te, omnibusque tuis contubernalibus triumphauit. Coniuro te, & immandissime demon, per omnes Sanctos, qui te videntur in sanguine agni propter hoc, quia non dilexerunt animas suas vsque ad mortem: quia tam beati Angeli, quam homines electi regnum tuum vicerunt, non propriis meritis & viribus: sed morte Christi, & merito eius, quod completum est in effusione sanguinis eius. Non dilexerunt (in quam) animas suas vsque ad mortem, quia Deum in tantum esse diligendum putauerunt, ut necessarium æstimarent sibi, propriæ vitæ non parcere pro diuinæ dilectionis defensione: Quod summè, cùm displiceret Lucifero, cernens se deicendum persecutus est mulierem sanctam, scilicet Dei Ecclesiam, tam in Angelis in cælo, quam in hominibus in hoc mundo, quia persequitur quemlibet iustū, qui incipit bene facere. Persecutus est etiam Ecclesiam sanctam per persecutiones tyrannorum, & paganorum, quas omnes virtute Christi, Sancti vicerunt. Per merita igitur, & passionem Christi, & omnium electorum eius, te coniuro, & cogo, & constringo, maledicte demon, ut statim ex eas, & recedas ab hoc ferno Christi N. qui ad Ecclesiæ eius recurrit præsidia, & ne differas parere mandatis meis tibi in nomine eius factis: quia qui recusauerit obedire imperia Sacerdotis, morte morietur: recede, vilissime demon



dæmon, & vade ad loca tibi à Christo deputata. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

*Hic Exorcista conetur scire per præcepta causam, cur dæmones non recedant, & quomodo possint in virtute Deinde expelli: & si noluerim dicere veritatem, fac suffragationem ex rebus fœremibus, puta sulphure, canphora, assa fœtida, & similibus: postea sic sequere.*

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, qui in manu forti, & brachio extenso eduxisti populum tuum de terra Ægypti, te humiliter deprecamur, ut respicere hanc creaturam tuam, que ab inmundis spiritibus crudeliter vexatur, & eam è manibus eorum, tua potenti virtute misericorditer liberare: qui illi inmundissimi spiritus querunt eam à tua gratia auertere: & quia in multitudine superbiæ suæ confidunt, tu Domine, qui cœlestis bella ad inicio, erige brachium, & allide virtutem eorum in virtute tua, cadat virtus eorum in incandia tua, qui conatur hanc creaturam tuam N. subvertere: exaudi, quasumus preces seruatorum tuorum, & concede, ut in nomine tuo sancto fugare & expellere possimus hos dæmones ab hoc famulo tuo N. ut ab hac vexatione liberatus, de tua misericordia semper laetetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*CONIURATIO.*

**C**oniuo te, & seclerate dæmon, per illum, qui mulieri alas aquilæ magis dedit, qui est Christus, qui penetrans caelos, volavit super Cherubim in æternitate Patris: ut ipsa volaret in desertum locum, id est ad Deum per contemplationem: quia vera solutio sanctæ Ecclesiæ solutio non est contemplatio diuinorum mysteriorum Dei, extra quem semper inquietum est cor nostrum: ubi enim pascitur Ecclesia sancta per Christum, recedat à furore draconis per tempus, per quod vsque ad iudicium permanebit in hoc mundo. Coniuo te, & maledicte dæmon, per illum, qui Ecclesiam sanctam continet ex ore draconis, qui illam omnibus modis persequitur, eripit: quam cum saluam viderit, ex ore suo emittet, tanquam fluium contra mulierem, aquam, id est doctrinam, sapientiæ mandata, que contra Ecclesiam ingientem mittitur, cum per superbos sapientes mundi illam impugnat. Coniuo te, & nefandissime dæmon: per illud adiutorium, quod Dominus noster Iesus Christus Ecclesiæ suæ in aduersis præbet, qui etiam

in hac tentatione Ecclesiam suam non deserit, cum per eadem, quibus, tu maledicte, eam laedere queris, propitius succurrit. Per doctrinam nempe terrenam tu illam impugnas: per doctrinam etiam Christi ex terrenis assumptam Deus Ecclesiam suam adiuvit, id est adiuvit terra mulierem: quia per contemplationem corporaliū rerum venimus ad contemplationem spiritualiū. Inuilibilia enim Dei à creatura nō diuisa, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Coniuo te, & nefandissime dæmon, per illam, qui adiuvit mulierem illam, ne absorberetur à flumine, id est Christus, qui ut homo, corpus humanum habens, aperuit os suum, docendo veritatem contra doctrinam tuam Satanicam, quam tu disseminaueras contra Ecclesiam, quæ erat plena erroribus, & hæresibus, & sua doctrina absorbebat tuam doctrinam falsam, ex quo iratus est valde ille maledictus princeps tuus Lucifer contra sanctam Dei Ecclesiam: nimirum, quoniam proiectus est à beatis Angelis, & delusus à sanctis hominibus. Tunc enim in ardoris atturia profundior contra Ecclesiam sanctam se recolligit, quando per diuinam experientiam se à sanctis hominibus decipi cognoscit: & ideo hæc omnia cernens iratus abiit facere prælium cum reliquis de semine mulieris, sanctæ scilicet Ecclesiæ. Vide, miser dæmon, audaciam, & temeritatem tui principis, qui non solum audeat expectare prælium sibi à sanctis hominibus illatum, sed etiam de propriis viribus presumens, audeat inferre prælium viris iustis, qui filii, & serui sunt sanctæ Ecclesiæ, arma habentes virtutum, & gratiarum, propugnatores beatos Angelos, & duces exercitus sui Christi. Coniuo te, & seclerate dæmon, per illum, qui conseruat, & munit sanctam Ecclesiam suam contra tuos insultus, quæ licet sit infirma, & nihil meritorie sine Christo agere possit (quæ mulieri supradictæ comparatur) merito tamen diuine gratiæ, & contemplationi diuinitatis, & humanitatis Christi, propter quem temporalia omnia contemnit, & arbitratur ut hæreat, ut ipsum lucrifaciat, semper ab ipso præseruatur inuisa: & ideo nouæ fraudis inuentor Lucifer ille maledictus draco, Ecclesiam inuadit, illos oppugnando, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu. Sed non potuit, nec vquam poterit destruere sanctam Ecclesiam: quia Christus eius caput erit cum illa vsque ad consummationem sæculi. Nec preualebit in filios eius, eos damnando, qui verè sunt de semine eius: quoniam habent pro duce Christum, qui est Dominus dominantium, cuius potentia nullus potest resistere:

*Ibidem.*

*Rom. c. 1.*

*Apoc. 11.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Mat. c. 13.*

cui sit honor, & imperium in secula seculorum. Vide ergo, miser dæmon, qualiter per potentiam summi, & altissimi Filij Dei viui, & veri, es victus, & prostratus: idè pro tua nequitia damnate, atque damnande, da honorem ꝑ Deo viuo, & vero: da honorem ꝑ Iesu Christo, Filio eius, Domino nostro: da honorem Spiritui ꝑ sancto paraclyto, & tremens, gemensque discede ab hac creatura Dei N. quam suo sanguine dignatus est redimere, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te, maledicte dæmon, & seculum per ignem. Amen.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, in cuius ditione cuncta sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntati tue: si decreueris saluare, potes: te deprecor, elementissime Pater, per virtutem gloriosissimi nominis tui, quod omnes Christicolæ riment, & adorant: quod inmanissimi dæmones odio habent. Quare, Domine Deus omnipotens, miserere digneris huic famulo tuo N. quia volunt eum inimici tui perdere. Ne, quæso, despicias creaturam tuam hanc, quam pretioso sanguine Filij tui redemisti. Exaudi, piissime Pater, deprecationem meam, & propitius esto illi: conuerte Domine tristitiam eius in gaudium, & eam à spiritibus immundis liberare digneris, ut tandem è durissima, & tyrannica eorum potestate crepta, benedicere possit nomen sanctum tuum in secula seculorum. Amen.

## EXPROBRATIO.

**A**vdmi igitur, iniquissime dæmon, qui tam iniuste, atque impie hanc Dei famulum N. inquietare, & molestare presumpsisti. Nam cum propter inobedientiam primi patris nostri Adæ (iustitia Dei nostri omnipotentis permittente) iniquissimus princeps tuus Lucifer, ipsum, & omnem posteritatem suam ab eo seminali ratione propagatam, durissima tyrannide per multa annorum spatia oppressisset, feriretque: & dixit carceris infernalis vinculis teneret, tandem adueniente plenitudine temporum: misit Deus Pater piissimum Filium suum, natum ex intemerata Virgine, factum sub lege. Et cum princeps tuus improbus, & temerarius exactor, in virginem Dei Filium, mediatorem Dei, & hominum, agnum immaculatum, tollentem peccata mundi: dementia sua sacrilega attentasset inuadere, & ferire, & tandem post Herodis impij in eum persecutionem, post contumelias, contumelia, & opprobria, tandem immisit in cor Iudæ proditoris, & impiorum Iudæorum (permittente, & volente ipso agno mansueti: ac voluerit se pro redemptione humana offerente) vinculis tradi fecit, & flagellari, iniuste condemnari, nudari, & in Cruce affigi.

Que

Que omnia mitissimus agnus Dei omnipotentis Filius pro salute nostra (quia ipse voluit) pertulit ut nos, & hunc famulum Dei N. à vinculis omnium immundorum spirituum liberaret, liuore suo sanaret, ab æterna eriperet damnatione: nudatos à vobis impijs latronibus infernalibus reindueret veste innocentia, & gratia, que nos in protoplasto parente contra omnipotentis Dei imperium rapuimus, exoluit offerens se fructum benedictum ventris gloriosa Virginis pro interdicti fructus esu, cruore ex quinque vulneribus largiter effuso, redemit: morte sua gloriosa, nostam destruxit, & principem tuum cum omnibus satellitibus, & apostaticis immundis spiritibus, & dæmonibus: cum crederet se in ipso aliquid inuenire, captiuauit, & nos maxime credentes sibi liberauit. De quorum numero, dono misericordie sue gratuita nos esse profitemur. Et potestatem Discipulis dedit calcandi super vos immundos spiritus, & ad inuocationem sui sanctissimi nominis virtutem, & potestatem expellendi vos ab obfessis corporibus, & in virtute sue sanctissime passionis, qua dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine sue innocentie, vos eiciendi tradidit. In virtute igitur, & honore huius sanctissimi Imperatoris, regis regum, & domini dominantium Iesu Christi, in cuius nomine omne genuflectitur, caelestium, terrestrium, & infernorum, tibi præcipio, miserrime spiritus, siue vnus sis, siue plures, ut non audeatis perturbare hanc creaturam Christi N. quam tibi interdico, non meis meritis, sed fortiori potestate omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi Filij eius, qui superueniens in atrium huius mundi, principem tuum cum omnibus immundis spiritibus, & miseris satellitibus infernalibus vicit, & vasa tua dirupit: sed recede ab ea sine aliqua læsione eius, quam Dominus noster Iesus Christus ad suam gratiam vocare dignatus est. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

*Hic Exorcista conetur iuramento, & duris comminationibus extorquere veritatē à dæmone obsidente, præcipiendo alijs, ne illum impediunt ad veritatem dicendam: ut sæpè consueuerunt facere: deinde sic sequatur.*

## Oratio.

**D**omine Deus omnipotens, qui per mortem Domini nostri Iesu Christi, lapsum hominem, tua maxima pietate restaurare ab aëreo decreuisti, & Filium tuum per mortem,

Philip. 2. mortem, & crucem super omnes exaltare voluisti, donans illi nomen, quod est super omne nomen, cui omne gauissetur, caelestium, terrestrium, & infernorum: te clementissime pater, totis visceribus meis suppliciter exoro, vt per virtutem passionis eiusdem Filij tui hunc famulum tuum N. ab impugnatione demonum liberare digneris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apoc. 14. **I**terum fortius, & districtius coniuuro te, † sceleratissime Spiritus, per illum innocentissimum agnum Christum, stantem supra montem Syon, qui non solum natura, sed etiam gratia omnes supereminet: qui praedestinatus est Filius Dei, quantum ad naturam humanam, quae in Deum assumpta est, non secundum statum naturae, sed gratiae, quia in virtute secundum Spiritum sanctificationis. Stat (inquam) Christus supra montem Syon, qui omnes intellectus perspicacia in his, quae pro redemptione nostra fecit, & sustinuit, superminet. Qui cum esset Filius Dei vni, conueneris aeterno Patri: & sublimis Deus, pro humana tamen redemptione tam indigna dignatus est pati, vt per os Dauid diceret: Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum: & abiectio plebis, & ideo per gratiam, quae in eo plena fuit perfectio eius, non solum quantum ad naturae incorruptionem, sed etiam ad virtutum plenitudinem in multos redundat. Coniuuro te, † maledicte daemon: per centum quadraginta quatuor millia, quos diuus Ioannes vidit cum Christo stantes supra montem Syon, habentes nomen Christi, quod est Deus: in quo communicat Deo Patri, & Spiritui sancto in unitate Deitatis, cum sit vnus naturae cum eo, de quo dicit idem Ioannes. In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis: quia cum Pater, & Filius sint eiusdem essentiae, & substantiae, qui vnum nouerit, alterum ignorare non poterit, quod Christus asseruit: dicens: Ego, & Pater vnum sumus, & qui me nouit, nouit eum qui me misit. Coniuuro te, † nefandissime Spiritus, per illam vocem: quam beatus Ioannes audiuit, quae erat sicut citharædorum citharizantium in citharis suis, quae spiritus in florum vt citharadi, varios exultationis sonos in subditis sibi corporibus efficiunt, & quasi in citharis spirituales exultationis, de aeterna beatitudine gaudentes, laetantur, de quibus dicit: exultabunt Sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis, exultationes Dei in sancibus eorum. Coniuuro te, † immundissime Spiritus, per illud Canticum nouum: quod

quod illi Sancti in honorem Dei, & Domini nostri Iesu Christi cantabant. Canticum (inquam) quod inter praesentis mundi tribulationes nobis resonant, quo aeternae vitae dulcedinem praequantantes, suum glorificatorem collaudant: qui de miseriis, & calamitatibus huius praesentis vitae eripiens, triplici laureola, virginitatis scilicet, martyrij, & doctoratus eos fulgere fecit. Per gaudium igitur Beatorum omnium, & per omnia alia, quibus tu, nefandissime Spiritus, potes adiurari, cogi, constringi, ligari, & fugari, te cogo, & constringo, vt ex eas, & recedas ab hoc famulo Christi N. quem ipse sua maxima Gen. pietate, & misericordia ad imaginem, & similitudinem suam creare dignatus est: & sine mora aliqua ad loca arida, & inhabitabilia quamprimum pergas, vbi non sit accessus hominum & vbi nulli creatura nocere possis. Per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te, maledicte daemon, & saeculum per ignem. Amen.

## Oratio.

Maipotens sempiternae Deus, qui omnes Angelos, & ho- Ioan. c. 1. mines, tua immensa benignitate condidisti, & Sanctos tuos in caelesti beatitudine, tua clementia, collocare voluisti, qui magno gaudio in conspectu tuae diuinae maiestatis sine fine exultando Christo Filio tuo, in aeternum collaudantes gratias de parca contra Luciferum victoria referunt: te sanctissime Pater, deuotè supplico, vt per intercessionem omnium Sanctorum tuorum, hanc creaturam tuam N. à demonum inuasionem liberes, liberatam tua gratia conferues. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Coniuuro te, † malignissime Spiritus, per omnes illos Sanctos, & electos Dei, qui per sanguinem Christi empti sunt: qui omnes hanc gratiae plenitudinem à Deo Patre consecuti sunt, quae terrena omnia reliquerunt, vt Christum sequerentur in virginitate, paupertate, & patientia, quibus etiam & Deus benedictus excellentiorem gradum praemij deputauit. Coniuuro te, † impiissime daemon, per illos Sanctos, Ibiem. qui cum mulieribus non sunt coinquinati, qui non solum integritatem, & munditiam mentis, & corporis in virginitate conseruauerunt, sed etiam à pollutione demonum euaserunt, quae vera virginitas est, quam non propter gloriam mundi, sed cum vera humilitate, ad gloriam Christi cultodientes, vt illum sequerentur, verè virgines effecti sunt. Coniuuro te, †

Ibidem.

maledicte demon, per illos Innocentes, qui sequuntur agnita immaculatum, quocunque ierit, id est Christum, qui sicut immundis fuit ab omni peccato, & contagione diabolica, & virginitate mentis, carnis, & spiritus propter maximam humilitatem suam, omnes superexcessit: sic qui hanc gratiam à Deo, meritis Christi, consecuti fuerint, sequuntur Christum agniti in spiritus humilitate, & corporis, & animæ virginitate. Et sicut Christus ceteros in triplici merito, scilicet virginitatis, martyrii, & doctoratus longè præcellit: sic ij, qui primitiæ Sanctorum sunt, Christum in hoc triplici merito sequuntur, ut scilicet virgines, martyres, & doctores sint, sicut

Ibidem.

Christus, quamvis longè posteriores Christo. Coniuro te, ¶ malignissime dæmon, per illos sanctos Innocentes, & martyres Christi, qui empti sunt ex omnibus primitiæ Deo, & agno, qui per mortem à nefariis hominibus violenter illatam à vita ista, quæ inter homines agitur, adepti sunt, ut primitiæ

I. Cor. 6.

Sanctorum ad gloriam Dei, & Christi esse mereantur, sicut & ipse Christus primitiæ respectu omnium Sanctorum nominatur. Hi enim, ô miser dæmon (in tui confusionem) empti sunt: quia magno precio sanguinis Christi ad hanc gratiam præ ceteris hominibus electi sunt, ut non solum vitæ Christi per munditiæ sanctitatem, sed & morti eius per passioem, & tribulationum tolerantiam configurarentur. Coniuro te, ¶

Apoc. 14.

pestissime dæmon, per illos supradictos sanctos Christi Innocentes, in quorum ore non est inuentum mendacium, qui licet ex corruptione nature mentiri possent, privilegio tamen gratiæ non mentiantur, neque mentiri possunt: & idè sine macula sunt ante thronum Dei, qui sicut immaculati assistent Christo iudicanti, sic & gratiæ singularis privilegio, coram diuino iudicio perseuerent. Per puritatem igitur, & merita istorum Sanctorum te coniuro, constringo, & cogo, ut ex eas ab hac factura Dei N. quam Dominus noster Iesus Christus ab æterna damnatione, sua passione liberauit, & ad illam nunquam redire valeas, per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te maledicte spiritus, & sæculum per iguem. Amen.

*Hic exorcista interrogare poterit demones, quibus vinculis deinceps in corpore, & quomodo licet illa vincula dissolui possint, quæ si noluerint confiteri adhibeat profumigationes, ut supra, postea forti animo prosequatur opus Christi.*

Oratio.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe. Fili Dei viui, qui cum esses coæqualis æterno Patri tuo, tua tamen maxima charitate de celo descendens pro nostra salute in hunc mundum venire dignatus es, in quo prædicans tuum sanctum Euangelium, corda seruatorum tuorum, tua gratia ad te conuertisti, & illud seruantes, ad Paradisi gaudia, tua misericordia deduce-  
Symboli  
Actum.  
Match. 19.  
Apoc. 14.  
 re decreuisti: te, piissime Redemptor, exoro, ut auxilium tuum aduersus hunc dæmonem, hanc creaturam tuam N. vexantem, mihi præbeas, ut tua virtute, per ministerium meum, diabolica virtute, è famulo tuo expulsa, ipse ad æternam lætitiæm peruenire mereatur, per te, Iesu Christe Saluator mundi, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuro te, ¶ maledicte dæmon, per illum Angelum, qui per medium cælum volat, & terris prædicat, qui est Christus Saluator noster, Dominus in cælis regnans: & homo in terris apprensus, sicut dixit beatus Ioannes Euangelista, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Cui data est omnis potestas in cælo, & in terra: ad breue tempus inter homines apprensus, in illo cælestia, quæ solus penetrare potuit, terræ nos homines edocuit. Adiuro te, ¶ nefandissime spiritus, per Euangelium æternum, quod Christus prædicauit, qui ad æternam vitam perducit illud seruantes, qui suis ob-  
Ioan. 1.  
Apoc. 14.  
Ibidem.  
Math. 26.  
 seruatoribus promittit vitam æternam, per quod Christus scelus Dominus noster, multa secreta vitæ æternæ nobis reuelauit: qui illud accepit, ut euangelizaret sedentibus super terram, quia terrena despicientes, super illos lumen cæli radiat, per diuinæ gratiæ illustrationem, qui accipientes Christi Euangelium, super terram sedere dicuntur: cò quod animo quiescunt ab insidiis tuis, de peccato in peccatum non euolantes, & quia multi de gentibus variis per Euangelium saluati sunt: idè hoc Euangelium ab Angelo prædicatum est super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Coniuro te, ¶ pestissime animatum seductor, per prædicationem Euangelij, quæ ante aduentum Christi ad iudicium resonabit per totum mundum, sicut testificatur nobis Dominus noster Iesus Christus, quod prædicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, & finis omnium operum tuorum, quæ contra tuum

§ 2

Creato

Creatorem, pessimè egisti: quia in illud æternum confusionis chaos detruderis, vbi fumus tormentorum tuorum ascendet in sæcula sæculorum. Per hæc omnia te constringo, maledicta creatura, damnata, & reprobatà à Deo ob superbiam tuam, vt recedas hinc, & pergas ad sedes infernales, vbi cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen.

## Oratio.

**O**mnipotens Domine, verbum Dei Patris, Christe Iesu, & Creator vniuersæ terræ, qui propter tuam omnipotentiam, quia Patri tuo coæternus existis, super omnia timeris, & honorari à tuis creaturis voluisti, quique in hunc mundum veniens, tuis fidelibus viam perueniendi ad vitam æternam misericorditer docuisti, per quam ambulantes, æternæ vitæ gaudia consequuntur & ab illa recedentes perpetuis pœnis deputati: præsta quaesumus, vt sicut ore tuo benedixisti omnia demonia nobis in tuo nomine subiugasti: ita tua clementia, piissime Redemptor, virtutem mihi præbeas, vt hos tuos inimicos ab hac creatura tua N. expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuuro te, scelerate demon, per Angelum, voce magna tuis prædicantem, & dicentem: Time Deum, & date illi honorem, quod tu, scelerate demon, facere renuisti. Ille enim, ô miser demon, verè Deum honorat, qui Deum solum timet; E contra, Deum non honorat, qui alterum timet, quasi potentior sit ad prævalendum, & sapientior ad nocendum, quod tu, miserrime spiritus, egisti, existimando Luciferum principem tuam potentior ad prævalendum contra Christum, & sapientior ad nocendum generi humano. Nec considerasti, quòd quanto Deus est potentior, & plura mala impunita dimittit in præsentem vitam, etiam tantò amplius est timendus, quia omnia ad futurum Iudicium custodit, & cõseruat.

**Ibidem.** Coniuuro te, scelerate demon, per illum quem Angelus nobis præcipit adorare dicens: Adorate eum, qui fecit cælum, & terram. Instè enim ab omnibus creaturis honorandus est, ô bestia infernalis, qui omnia fecit: quia licet adorare sit aliquid tanquam summum bonum colere, quod propriè pertinet ad rationalem creaturam & nõ ad cælum, terram, mare, & fontes aquarum, quæ iubentur Deum adorare: tamen quia creaturæ inanimatæ cuiusmodi sunt istæ, potenter, sapienter, & benè à Deo conditæ sunt, idèò rationalem creaturam mouent adorare

adorare Deum, cuius providentia, sapientia, & bonitas in illis reuertet: & vt ex illis visibilibus creaturis intelligatur: quàm potens est qui tam magnam rerum corpora constituit, quàm sapiens, qui ea tam decenter ordinauit: quàm bonus, qui omnia bene fecit Deus. Igitur ô scelerate demon, est adorandus, & *Matth. 23.*  
& timendus, & non tu, qui conaris adorari vice illius: est (in quam) timendus non timore seruili, quo tu illum times, sed filiali, & voluntario, quo omnes sancti, & iusti homines illum timent. Per hæc supradicta, & omnia alia, quibus tu, pessime demon, potes constringi, & fugari in nomine Iesu Christi Nazareni, ego te coniuuro & constringo exire ab hoc templo Dei N. quod ipse ad honorem, & gloriam suam sibi consecrauit & tibi præcipio, vt vadas ad locum tibi à Christo assignatum per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te, pessime demon, & sæculum per ignem. Amen. *Apoc. 14.*  
Coniuuro te, finiquissime demon, per illum tertium Angelum, voce magna clamantem, qui est Christus, cuius vox magna, & terribilis erit aduersus te, & omnes damnatos, quando dicit: Ire maledicti in ignem æternum: magna, (inquam) quæ duplicia tormenta inferni, spiritualia scilicet, & corporalia comminatur iis, qui adorauerint bestiam, & imaginem eius. Si quis (inquit B. Io. n.) adorauerit bestiam, id est Antichristum, quem *Apoc. 14.*  
adorant omnes tui complices, qui Christum verbo, & facto negant, & imaginem eius, id est superbiam, & acceperit characterem eius in fronte sua, aut in manu sua, de quorum numero sunt omnes tui sequaces, qui fuerunt ab initio, & erunt vsque ad finem sæculi, qui sũt vmbra illius maledicti capitis tui: quilibet eiusmodi bibet de vino iræ Dei: quia internis, & spiritualibus tormentis, & pœnis cruciabuntur, quæ in mente damnatorum receptæ mentem ipsam per totum penetrant: & hoc propriè est præmium, quod tuis nefandis operibus, ô bestia terretima, conuenit: quia nihil cogitare, ad nihil affici, ad nihil moueri, vobis in inferno conceditur, nisi quod pœnale est, vel per præsentiam obiecti, quia vobis damnatis adest, quod nolitis: vel per absentiam, quia abest, quod desideratis, vt in vobis verificetur illud, quod de damnato dicitur: Videbunt oculi eius interfectionem suam, id est mortem illam æternam, quam sustinebunt, quando cruciabuntur in igne, & sulphure: quia tunc pœnalis iustitia peccato tuo suam imponet, cum peccati vicem receperis. Coniuuro te, scelerate demon, per illam vocem Christi, quam audiuit beatus Ioannes, sibi dicentem. *Ibidem.*  
Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntur: qui (sicut in sui dedecus) ô scelerate spiritus, ordinauit Sanctos

suos ad gloriam, & beatitudinem æternam, quæ caritura erit omni malo, in qua fruuntur omni bono, ita ad maiorem eorum gloriam iussit scribere, quod mala iustis non evenirent: quia eos ad æternam beatitudinem adducit: & idcirco dicit, Beati mortui, non omnes, sed sancti, qui in Domino moriantur: Beati sunt, quia eorum mors est momentanea, & transitoria: vita verò, quam per mortem lucrantur, æterna. O miser demon, quale refugium tunc, & refrigerium tibi poterit adesse, quando iustus iudex omnibus primum sibi debitum reddet: certe nullum, sed sola miseria baratti infernalis, quam tuis nequissimis operationibus meruisti. Desine ergo, maledicta creatura, desine (inquam) occupare hanc creaturam Dei N. & ab illa recede, cum tua victus invidia, per nomen æterni Dei, & Domini nostri Iesu Christi, qui sua passione ab æterna morte misericorditer nos eripuit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista interrogare poterit vexatos demones, ut supra: sed caveat, ne fallacis demonum decipiatur, quod astutia sua consueverunt facere: & si noluerint exire, ponat rictam benedictam ad nares vexati: deinde sic sequatur.*

*Oratio.*

Math. 17. **D**omine Iesu Christe, Filij Dei vivi, qui pro salute humani generis carnem nostram passibilem assumere voluisti, & in nube lucida in tua transfiguratione Apostolis tuis apparere dignatus es, qui que in eadem carne licet glorificata, sicut in caelum ascendisti, ita ad iudicium venire decrevisti: humiliter exoro, ut mihi famulo tuo, licet indigno, gratiam expellendi hos demones ab hoc famulo tuo N. præbas, ut ab eorum opprobrio liberatus, tibi gratiam referat actiones. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*CONIURATIO.*

Apoc. 14. **C**oniuro te, sceleratissime demon, per illam, qui sedet super nubem candidam, qui ex purissimis sanguinibus beatissime virginis Mariæ carnem foam candidam assumens, apparuit nobis, quæ non solum immaculata, & ab omni peccati onere lenis, & immunis extitit: verum etiam & candida, quæ virtuosorum exemplorum splendore humanum genus illuminavit. Qui per carnem, per quam adhuc passibilis in mundo

in mundo apparuit, in iudicem iam glorificatum, ad homines, abscondita tenebrarum illuminando, iudicandos apparebit. Hæc est nubes, ô maledictæ demon, quæ reuertetur post pluviam. Cum enim mitissimus Christus in hac nube plueret in brein suæ mellifluæ doctrine in carne passibilis: reuertetur horribilis, tonans tonitrua generalis iudicij. Coniuro te, pessime demon, per illum, qui ex propria natura immunis est ab omni peccato, id est Christus, qui & sicut iudex vniuersalis omnium peccatorum, tam hominum, quam Angelorum in iudicio impiis appareat iratus: tamen eius mens semper quietissima est, quia cum tranquillitate omnia iudicat. Qui sicut in nube ascendit in caelum, sic in nube reuertetur ad iudicium: quia Dominus noster Iesus Christus in eo, quod homines iudicaturus est, homo esse debet: sed in eo quod omnia occulta humana, & Angelica est cogniturus, purus homo esse non debet: quia hoc privilegium solius Dei est. Coniuro te, nefandissime demon, per illum, quem beatus Ioannes similem Filio hominis vidit, id est Christum, qui similis hominibus esse voluit, quia Filius Dei, qui ex homine secundum carnem natus est, in forma humana, in iudicio apparebit, tam iustus, quam reprobis: quia Deus Pater dedit ei omne iudicium facere: quia Filius hominis est. Et ut de vultu Dei iudicium eius prodeat, non solum mens eius est perfecta, sed etiam habet prærogativam super omnes in sapientia divina, ut iudicium eius regulæ diuinæ sapientiæ subiaceat. Coniuro te, immundissime demon, per illum, qui in iudicio apparens habebit in capite suo coronam auream, diuinam scilicet sapientiam, quia cæteris sanctis præcellentior erit, sicut aurum præcellit omnia alia metalla: quia Christus, ut vniuersalis iudex, debet habere iudicium de humanis rebus, non solum quod omnia humana discernere sciat, verum etiam quod omnia secundum iudicium rectæ rationis faciat. Per hæc omnia sacra mysteria, coniuro te, demon, ut sine mora discedas ab hac creatura Dei N. quam tantum molestasti, & ne diutius præsumas captiuum tenere hominem, quem Christus suo sanguine redemit, sed vadas ad infernum. Per virtutem eius, qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, qui propter nimiam claritatem tuam, secundum magnam misericordiam tuam, de potestate tenebrarum nos eripuisti, & per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudisti in

nos abandē, & per Iesum Christum Salvatorem nostrum nos saluos fecisti: qui vnigenite Filio tuo potestatem iudicandi præbere voluisti, te, Domine sancte Pater omnipotens, totis viribus deprecor, vt per virtutem tui sanctissimi nominis facultatem eiciendi hos demones ab hac creatura tua N. mihi tribuas, & ne dñi ipsam vexari permittas, quam pretioso sanguine eiusdem Filij tui redemisti. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIURATIO.

Apo. 11.  
Iteb. 24.

**C**oniuo te, † pessime, & nefandissime spiritus, per illum, cui Dominus Deus Pater dedit falcem acutam, id est iudicium, per quod etiam occultissima penetrabit, cuius sermo est penetrabilior omni gladio accipiti, compagum quoque, & medullarum, & discretor est intentionum, & nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Per illum te coniuo, † scelerate demon, cui dictum est: Mitte falcem tuam, & mere, qui est Christus, qui tenuit falcem in manu, cum omnia, quæ faciebat, rectæ rationis iudicio examinabat: quia nihil in omnibus verbis, & operationibus suis irregularum erat iudicio rectæ rationis. Mitter autem hanc falcem suam in messem tuam, cum tua, & aliena opera eodem iudicio discutiet: & non solum opera maligna hominum, sed etiam inutilia, & merito vitæ æternæ indigna: & hoc erit, ô miser demon, quando veniet tempus illius districtæ ultionis, de quo ipse dicit. Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Hoc enim tempus adueniet, cum fructus peccati erit maturus: qui semper immaturus est, dum adiunctam sibi habet acrimoniam penitentia de perpetracione peccati. Fructus verò peccati est maturus, dum peccator non solum in peccando, sed etiam post

Apo. 12.

peccatum in perseverando delectatur. Coniuo te, † impulsivissime spiritus, per illum, qui in iudicio vniuersali executione sententiæ suæ mittet falcem suam in terra, tollens e medio malos homines, & omnia alia temporalia, in quibus temporaliter gaudebant, & mittet in lacum iræ Dei magnam, id est in infernum, qui est locus damnatorum, locus miseriarum, in quo est iugum fecis peccatorum, vbi est durissima poena, quia est sine consolacione, & auxilio, & tanta, quanta sufficit ad frangendam duritiam superbiz vestra, & aliorum, qui ibi detinentur: quia omnia mala, quæ in presenti mundo cum delectacione, tu, & sequaces tui fecisti, vobis conuertet Dominus in poenâ æternam, vt quantum in peccando delectati estis, tantum æternaliter tristemini, & doleatis. Per omnia mysteria supradicta, maledicte demon, & per omnia alia, quibus in

Apo. 18.

virtute

virtute Dei fugari, & cōstringi potes, te coniuo, & constringo, vt remota omni obstinatione, & postposita omni mora, recedas ab hoc famulo Dei N. quem Dominus noster Iesus Christus ad imaginem, & similitudinem suam creare dignatus est, & per nomen eius tibi præcipio, vt vadas ad locum desertum, vbi non sit accessus hominum, & vbi fulgura de caelo te incendiant, in virtute sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cui honor sit, & gloria in secula sæculorum. Amen.

*Explicit tertius Exorcismus.*

## EXORCISMVS III.

POTENTISSIMVS, ET MIRABILIS ad fugandos demones è corporibus obsessis: cuius practica proprie spectat ad Sacerdotem.

*Exorcista paratus ad coniurandum demones in corporibus humanis existentes, præmissa preparacione, seruatoq; ordine posito in primo Exorcismo, stans ante altare genuflexus, deuoto spiritu signans se signo Crucis in fronte, ore, & pectore, dicat:*



**N**omine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti. Amen. Potentia Patris † conforta me. Sapientia Filij † doce me. Amor Spiritus sancti illumina mentem meam. Benedicte sit sancta Trinitas, atque indiuisa unitas, confitebinur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam magnam, eripiens nos è potestate tenebrarum, & à tyrannica demonum seruitute. Per signum Crucis † de inimicis nostris libera nos Deus noster. *Ps.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum, & terram. *Ps.* Sit nomen Domini benedictum. *R.* Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. *Ps.* Domine, exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Ex me-  
quis Exor-  
cismus.

## Oratio.

De sum. Trin. cap. **D**omine Deus omnipotens, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vna Trinitas ineffabilis in tribus personis, qui es, qui eras, & qui venturus es: te deprecor, maiestas incomprehensibilis, & inestimabilis, sempiternaque virtus, vt liberes hunc famulum tuum N. ab omni spiritu maligno, per virtutem sancte Crucis Domini nostri Iesu Christi, quem ad imaginem tuam creare dignatus es, & propter diuinam clementiam tuam eripias illum, quem conspicuus ab antiquo hoste grauiter vexari, & tentari, & sensum suum à Satana perturbari, atque cruciari, & ab eius impetu clementer eripias hominem tuis manibus formatum, à ruina, & demonio meridiano, vt hic in Ecclesia tua positus, per baptismatis sacramentum abeat liberatus. Et qui nomen sanctum tuum confiteretur, nulla possit aduersitate diabolicæ tentationis auerti. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Psal. 90.

*Hic Exorcista surgat ab oratione, & conuersus ad patientem, dicat sequens Euangelium.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.  
Et Gloria tibi Domine.

Cap. 9. **I**n illo tempore. Respondens vnus de turba dixit ad Iesum: Magister, accui filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui vbicunque apprehenderit eam, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit, & dixi discipulis tuis, vt eiecissent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu vobiscum ero? quandiu vos pariet? afferre illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, spiritus conturbauit eum, & elisus in terram voluntabat spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, vt eum perderet. Sed siquid potes, adiuua nos, miserus nostri. Iesus autem ait illi, si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis, aiebat: Credo, Domine, adiuua incredulitatē meam. Et cum videret Iesus currentem uerbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Sorde, & tute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius non introcas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem

tenens

tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, Discipuli eius secretò interrogabant eum. Quare nos non potuimus eiecere illum? Et dixit illis: Hoc genus demoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Et. Laus tibi Christe.

## Oratio.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui non vis mortem peccatorum, sed eos semper tua gratia ad penitentiam uocando, misericorditer salutes, & oblatos Angelos, & impenitentes, vt iustitia tua ostendatur, peccatis æternis deputati, qui omnia, tua misericordia, & iustitia, æquanimiter iudicando, reddes unicuique secundum opera sua: te, Domine sancte Pater, humiliter obsecro, vt tua immensa pietate liberes hunc famulum tuum N. à Satanica oppressione, qua acriter vexatur, vt sanitatem consequutus, te laudare possit in secula seculorum. Amen.

Ezech. 18.

A. 1. c. 22.

*Hic Exorcista ostendat Crucem demoniaco, & alta voce, ac forti animo, dicat:*

Ecce † Crucem Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David.

*Deinde Exorcista aspergat obsessum aqua benedicta: postea incipiat demones adiurare, contra eos inuoluendo, hoc modo.*

## CONIURATIO.

**A**udite, o rebelles, iniquissimi spiritus, qui ob maximam, & inauditam temeritatem vestram hoc templum Christi N. imaginem eius signo sanctissimæ Crucis consignatam inuadere presumpstis, qui semper Deo conditori vestro oblinata, & deprauata vestra voluntate inobedientes exististis: in nomine igitur & virtute, ac potentia Dei omnipotentis, cuius auxilium inuoco, Coniuro vos † demones infernales, spiritus immundissimos, & per illud mirabile signum, quod beatus Ioannes vidit: signum scilicet misericordie, qua semper Christus Ecclesiæ suæ contra vos certanti subuenit. Signum etiam iustitiæ, qua unicuique secundum opera sua retribuet in fine. Signum profectò mirabile propter diuinam sapientiam, de singulis secundum opera sua mirabiliter disponentem. Signum magnum propter omnipotentiam, iudicia diuinæ sapientiæ exequentem, quia nemo resistere, vel impedire, aut mutare potest quicquid diuina sapientia

Apoc. 1. 15.

pietia



Dionysius  
Charis.  
de qui-  
tuor no-  
uissimis.

Coniuro te, & omnibus spiritibus damnatis ad vestram  
punitionem septem damna conliruit, quibus afficeremini.  
Damnum irrecuperabile, qui perdidistis summum, infini-  
tum, & incommutabile bonum, quod est Deus. Dolor despe-  
rationis, quæ ex æternitate pœnarum vobis, & omnibus dam-  
natis oritur. Pœna interminabilis, quam habere vos oportet,  
quam pro temeritate vestra Deus vobis, & omnibus dam-  
natis iustissime infliget ad conterendam, contundendamque  
audaciam, & temeritatem vestram. Carentia omnium tem-  
porarium, quibus rectè, & ad meritum æternæ vitæ prius uti  
voluistis. Carentia omnium bonorum spiritualium, quæ an-  
teâ, per spiritum, & deuotionem lucrari nolulistis. Et seditio  
animi æterna, quam ex timore serui tunc patiemini: quia  
prius spiritu timoris Dei expulso, pro peccatis vestris pati  
nolulistis: quæ verè sunt plagæ septem Angelorum affligen-  
tes omnes spiritus damnatos: plagæ (inquam) nouissima,  
quoniam in eis consummata est ira Dei, quæ inchoata erat  
in præsentî vita in peccatoribus declinantibus à bono, & fa-  
cientibus malum. Hæc est ira Dei, ô miser spiritus, quæ in  
vobis, & in omnibus damnatis consummata est, cum in eis  
voluntas mutari non possit: quæ sicut corrigi non vult, sic  
nec corrigi potest, cui debetur consummata pœna, non quæ  
corrigit, sed quæ rebellem voluntatem frangit. Vide, ô sce-  
lerate spiritus, & cognosce tuæ damnationis statum, & qua-  
liter Deus benedictus puniat tuam sceleratam voluntatem,  
vt timore pœnarum illa à malo perpetrando retardetur:  
desine ergo, ô miserrima creatura, desine occupare hanc crea-  
turam Dei N. & exi ab ea, nullatenus ad illam rediturus. Per  
eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum  
per ignem. Amen.

*Oratio.*

1. Th. 6.

Domine Deus omnipotens, qui lucem inaccessibilem ha-  
bitans famulis tuis custodièntibus mandata tua, & pro de-  
fensione tui sanctissimi nominis cõtra diabolum viriliter pu-  
gnantibus, per claram visionem, & claritatem tuæ diuinæ es-  
sentiæ beatificando, præmia largiris, te humiliter deprecor, vt  
intercessionem illorum Sanctorum, qui maximo charitatis  
ardore in te læticia inueniabili gaudent, gratiam liberatio-  
nis huic famulo tuo N. concedere digneris, vt à spiritibus im-  
mundis liberatus, & suæ pristinæ sanitati redditus, tibi fide-  
liter seruiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CONI

CONIURATIO.

Coniuro te, & spurcissime dæmon, per illam beatificam, Apoc. 7.  
& claram omnium electorum visionem, quæ per mare  
vitreum à beato Ioanne nominatur, in qua Sancti, & electi  
vident in claritate diuinæ essentiæ omnia pertinentia ad suam  
glorificationem, quæ perlucidissimo vitro comparatur, quod  
est mixtum igne: quia quanto perspicacius illud summum  
bonum vident, & omnia in illo, tanto amplius, igne dilectio-  
nis ardent, & tenent ea, quibus semper fruituri sunt. Et ij sunt,  
qui vicerunt bestiam, & imaginem eius. Tu siquidem, male-  
dicte dæmon, videns multos per fidem, spem, & dilectionem  
saluari, cepisti fidem per mundi sapientiam: dilectionemque  
per mundi pulchritudinem, & per gloriam creaturarum, spem  
impugnare, quod specialiter facies in fine mundi per Anti-  
christum, & membra eius, cum videris appropinquare iu-  
diciũ vniuersale, & idèò quanto tunc maior erit scortia  
tua ad perdendum, tanto indulgentior erit misericordia  
diuina ad eos iudicandum. Vnde eos triplici merito, scilicet  
patientia, pudicitia, & sapientia spirituali fecit vincere be-  
stiam, te scilicet, crudelem diabolum cum membris tuis:  
quia per patientiam Christi, vicerunt crudelitatem persecu-  
torum: per sapientiam spiritualem, vicerunt mundi sa-  
pientiam: per pudicitiam carnis, vicerunt pulchritudinem  
vanam huius mundi: & ij sunt sancti Martyres, Doctores,  
& virgines sanctæ Ecclesiæ. Coniuro te, & impiissime spiri-  
tus, per omnes illos sanctos, qui durissimum bellum contra  
te, & tuos complices, atque membra illius superbissimi Lu-  
ciferi, Christo duce, gesserunt, qui & ceteros i-  
pso i-  
lucis excedunt, quia quanto pericula maiora euaserunt, tan-  
to de saluatione sua sincerius gaudent: qui idèò dicuntur  
stare supra mare vitreum, id est supra commune præmium  
remunerationis, quia habent visionem clariorem, & frui-  
tionem beatiorem, & non solum in animabus, sed etiam in  
corporibus habebunt hanc gloriam, in quibus pro Deo per-  
pelli sunt, & diuersis laboribus temporalibus fatigati, ea pro  
amore Dei contemnendo, apud ipsum meruerunt, idèò etiam  
in corporibus præmiabuntur, quæ à beato Ioanne Euange-  
lista citharæ Dei nominantur, quia pro eius amore illa ca-  
stigarunt. Vnde & quæta in afflictis corporibus propter Deum  
fuit amaritudo suppliciorum, tanta in eis in æternum re-  
dudabit dulcedo præmij: & idèò exultabant sancti de sa-  
lute sua, quia liberati sunt per Christum à vobis demoni-  
bus inimicis spiritualibus, qui eos in varia peccatorum discer-  
mina

Apoc. 7.

mina

mina attrahere nitebamini. Per hæc igitur mysteria, & omnia alia, quibus, tu maledicte dæmon, potes constringi, & ex hoc corpore fugari, te cogo, vt ex eas ad hæc creatura Dei N. cum omnibus sociis tuis, ad eam nunquam rediturus per illum, qui te victum ligauit, & regnum tuum destruxit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi fumus tormentorum tuorum ascendet in secula seculorum. Amen.

*Hic Exorcista interrogare poterit dæmones de nomine, socijs, & de quo ordine fuerim: & si noluerim respondere, adhibeat ignem cum sulphure ardentem, eos prosumigando: deinde sic sequatur.*

*Oratio.*

Exod. 14. **D**omine Deus exercituum, qui tua omnipotenti virtute populum Israël per Moysen, & Aaon seruos tuos in manu forti, & brachio extenso ab Ægyptiaca seruitute liberti: & hominem diabolica fraude deceptum, per mortem vnigeniti Filij tui Iesu Christi: tua pietate, & misericordia e faucibus inferni eripere voluisti, carnes salutis tuae mirabili, sapientissimæque dispositione tu solus remedium inuenire potuisti, pro quo beneficio omnes Sancti te laudantes, tibi perennes gratias referunt, te suppliciter exorant pro liberatione huius famuli tui N. qui diaboli dolis acceperit, vt e potestate eius, interueniente eiusdem Filij tui passione, tua benignitate eripias. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CONIURATIO.

Apoc. 17. **C**oniuro te ꝑ iterum, nefandissime dæmon, per omnes Cillos Sanctos, qui laudantes Deum cantabant canticum Moysi, stantes super mare vitreum: qui instar populi Israelitici per manum Moysi liberati, cantantis Deo canticum pro sua liberatione, & de victoria exultantis: Sancti electi liberati à sua seruitute per Christum, cantant, illi gratias agendo de parata victoria contra Luciferum principem tuum, & eius membra. Cantant etiam canticum Agni, qui eos liberauit, exultantes de subuersione spiritualis, & corporalis inimici, dicentes: Magna, & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens. Magna (inquam) quia nihil maius est, quantum ad potentiam, quam de illo triumphare, cuius potestati nihil comparabile est super terram. Nihil etiam est mirabilius quam de operibus Luciferi, & ministrorum eius sic dispensare, vt Deus omnes astutias vestras, quas contra ipsum,

& genus humanum, & quicquid pro vestra voluntate scelerata iacere arbitramini, contra vos vertat, & ipse Deus benedictus iuxta tuam voluntatem hæc omnia secundum iustitiam suam dispensat. Coniuro te, ꝑ iniquissime spiritus, per illum sacratissimum Agnum, qui pro nostra salute occidi voluit, qui ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcat leonem, & draconem, qui occisus est ab origine mundi: quia passio, & mors eius mox ab initio mundi effectum habere cepit in eis, qui meritis eius à Deo Patre referuati sunt. Coniuro te, ꝑ spurcissime dæmon, per illum, cuius viæ iustas, & veras sunt, qui est Christus. Iustus enim est in persecutores exterminando, & iustos ab eorum persecutoribus liberando. Et verus in pro: illa præmia tribularis per eos reddendo. Opera enim Dei sunt magna per potentiam, qua omnia, quæ vult, facit: mirabilia per sapientiam, qua omnia, sicut vult, disponit: iusta per equitatem, qua omnem iniustitiam ab eis excludit: vera sunt per misericordiam, qua in se sperantibus semper assistit. Coniuro te, ꝑ sceleratissime dæmon, per illam mirabilem, & sapientissimam dispositionem, qua Deus omnipotens, nostræ redemptioni viam adiuuenit. Quid enim sapientius, quam huic nostræ redemptio viam inuenire, quæ impossibilis erat ex parte creaturæ, quæ ad hoc non sufficiebat? Erat impossibilis ex parte Creatoris, qui inhabilis erat ad moriendum. Quid potentius quam ex mortale, & immortale vnum facere duo maxime distantia in vnus personæ simplicitate, sine compositione copulare? Quæ iustitia rigidior, quam in iniustitia multa, etiam iustum tradere? Et quæ misericordia lenior, quam vt seruis parceret, filium affligere? quæ omnia misericordia sapientissimi Dei omnipotentis in opere nostræ redemptionis ostendit. Coniuro te, ꝑ pessime dæmon, per illum, quem timent, & adorant omnes Sancti, & electi Dei, cui dicebat illa multitudo Sanctorum, Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum? Solus ille non magnificat, qui quantum est ex se, nomen illud ignorat, & ideo in illa vita omnes magnificabunt: quia omnes tunc, quarum sit illud nomen, manifestè cognoscant, & videbunt: quia solus pius est. Illi enim pius Deum habent, qui non solum pius esse sciunt, sed etiam in sua felicitate experientur: quando omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu eius: quod tunc erit quando omnes venient ad iudicium: qui modo se liberos putant, venient ad Dei veram cognitionem, qui tua deceptione iam dispersi sunt per varios errores: & adorabunt in conspectu Dei, qui vnus Deus omnipotens,

Henricus  
Arphius.  
lib. 2. myst.  
The. c. 7.

Apoc. 17.

Ibidem.

& iustum esse cognoscent, ideo eius iustitiam commendabunt, dicentes: Quoniam iudicia tua manifesta sunt. Tu siquidem, o nefandissime spiritus, in presertim ob hoc Deum ignoras: quia iudicia eius manifesta non vides, tunc autem iudicia eius manifesta tibi erunt, & omnibus: ob hoc unum Deum omnipotentem esse, ignorare non poteris: quia illum, ut formidabilem iudicem tuum, in tui damnationem cognosces. Sicut ergo iusti ex amore Deum adorabunt: quia vident eum, sicuti est, vos vero rebelles eius, & membra vestra perhorribilia iudicia cognoscentes, timebitis eum ex timore, inuiti, & coacti, contra vestram obstinatam voluntatem. Per illum ergo te constringo, & cogo ut exas ab hoc famulo Dei N. quem Dominus noster Iesus Christus suo sanguine, passione, & morte dignatus est redimere. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

Ibidem.

**D**omine Iesu Christe, Filij Dei vivi, qui ex maxima charitate tua, qua humanum genus dilexisti, in hunc mundum veniens, vitam perueniendi ad aeternam beatitudinem tuis fidelibus ore tuo docuisti: & ne ab illa demarent per praedicatorum tuorum illam ostendere voluisti, ut corda seruorum tuorum ad te conuerterent: te, piissime Redemptor, deuote per immentem pietatem tuam deprecor, ut hunc famulum tuum N. ab oppressione demonum liberet, & liberatum custodire digneris. Qui vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

## CONIURATIO.

Apoc. 15.

**C**oniuero te, & iniquissime demon, per illam magnam vocem, quae exiit de templo, praecipiens septem Angelis, ut effunderet septem phialas irae Dei in terram: quae vox omnipotentis Dei est Magna equidem, quia exiens e templo sanctae Ecclesiae, magna voce praedicatoribus suis praecipit, ut effundant phialas irae Dei, suas scilicet praedicationes, ex quibus aliqui homines veniam placationis, aliqui vero iram ultionis sumunt. Super terram effundunt phialas suas, quando praedicant verbum Dei hominibus terrenis, ut eorum corda conuertant ad Dominum Deum suum. Coniuero te, & maledictum demon, per illum primum Angelum, id est Christum, qui tunc effudit phialam suam, quando praedicauit Iudaeis poenitentiam suorum peccatorum, in quibus uolens (sciam, ac pessimum iniquitatis, & obstinationis factum est, ex quo alia peccata procedunt, & tale uulnus factum est in hominibus, qui

habeat

habent characterem bestiae: & imaginem eius: quia qui, Domino derelicto, te venerantur: & infidelitatem, quae est character eius, sequuntur, eiusdem impietatis uulnere pessimo peribunt. Coniuero te, & spurcissime demon, per illum secundum Angelum, qui ex praeepto Dei effudit phialam suam in mare, in quo mortua est omnis anima uiuens, quia tempore Antichristi (te intigante) sequaces eius non solum non obediunt praedicatoribus Dei, & eorum salutaribus monitionibus, sed etiam seruorum Christi stabilitatem undis amarae persecutionis infestabunt usque ad sanguinis effusionem. Coniuero te, & malignissime spiritus, per tertium Angelum, qui phialam suam effudit super flumina, & fontes aquarum, quando praedicatorum proponunt uerbum Dei super haereticos, & Ecclesiae persecutores, qui dicuntur bibere sanguinem, sicut sanguinem Apostolorum, & Prophetarum fuderunt, ut recte ei dicatur: In sanguine peccasti, & sanguis te persequitur. Coniuero te, & sceleratissime demon, per quartum Angelum, qui ad imperium Dei effundet phialam suam in Solem, qui actu magno homines affliget, quando ille perditus homo, & filius perditionis, & maledictionis aeternae Antichristus, sua superbia tumens, non erum, neque tenebrosus: sed Solem iustitiae se esse appellabit. Qui phialam, scilicet Scripturam super effusam sibi per sanctos Doctores ferre non ualens, indignabitur, & irascetur: & ad tantam insaniam se, & suos prouocabit, ut non solum Sanctos, immo ipsum Deum audeat blasphemare, qui habet potestatem super has plagas. Coniuero te, & spurcissime demon, per quintum Angelum, qui iussu Dei effundet phialam suam super sedem bestiae, id est super potestatem iudicariam Antichristi, quando terrenae felicitatis falsa latitiae contenebrabitur, ut sicut iustus labores fructuum suorum manducabit, sic impius ille homo dignis blasphemiae suae penis expositus, quasi lingua sua saturabitur, ut recte de eo, & suis ministris, dicatur: Commanducauerunt linguas suas pro dolore. Coniuero te, & iniquissime spiritus, per sextum Angelum, qui ex diuino praeepto effudit phialam suam super flumen illum magnum Euphratem, ex qua aquae eius desiccatae sunt, ut praepararetur uia regibus ab ortu Solis. Licet enim Deus omnipotens per praedictores suos effundat doctrinam suam in corda hominum, ut eos ad se conuertat, tamen (tua persuasionem decepti) aliquando, & saepe reprobi, post effusionem, & praedicationem doctrinae sacrae, nolunt se corrigere, sed in maiorem execrationem praecipitantur, e quibus, uelut ex ore draconis, exeunt spiritus imundi, id est uerba peruersa, quibus sedu-

hunc

cunt corda hominum per falsam doctrinam, & in eis generant diabolum, sicut fideles Christi per doctrinam eius, ipsam generant in cordibus fidelium. Et hi spiritus exeunt per modum ranarum, quæ, sicuti luto morantes garrulæ sunt, & aliis quietem auferunt: sic isti tui sequaces bonis infesti sunt, & eorum pacem impediunt. Per virtutem igitur Domini nostri Iesu Christi, te constringo, maledicte demon, vt statim ex eas ab hac creatura Dei N. & sine mora vadas ad loca tibi à Christo deputata, quam ipse dignatus est ad suam sanctam gratiam euocare. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista conetur scire causam, quare demones non recedant: & si responderint se deineri à superiore demone: tunc precipiat alteri, ne illos impediatur, quibus peractis, sequatur hoc modo.*

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, piissime redemptor, qui Ecclesiam tuam benignissima pietate tua coadunasti, & eam semper ab erroribus illegam, & intactam custodire voluisti, qui seruos tuos, ne in nouissimis temporibus per maximas tribulationes ab illa recederent, tua sanctissima doctrina in fide confirmasti: & ne minus, & terrore, illorum temporum timerent, eos cautos reddidisti: præsta quaesumus: vt per virtutem tui sanctissimi nominis, demones hanc creaturam tuam N. vexantes expellere valeam: vt tua misericordia ab eis liberata, te laudare possit in sæcula sæculorum. Amen.

*CONIURATIO.*

**A**poc. 16. **C**oniuo te, & spiritissime spiritus, per septimum Angelum, qui vt iussione Dei adimpleret, effudit phialam suam in aërem, ex quo facta est vox magna de templo, & throno, & terramotus magnus, qualis nunquam fuit: cuius tremore ciuitas magna facta est in tres partes. Iste equidem Angelus effunder phialam, id est prædicationem suam, in aërem: quia manifestè loquens, Antichristum aduenisse nuntiabit: quo audito, Sancti viriliter agent, dicentes: Factum est: venit vitimus dies, moriamur pro Christo. Tunc enim, ô seclerate demon. ciuitas tua magna, id est peruersi homines huius mundi diuidentur in tres partes: vna est, paganorum: altera, hæreticorum: & alia, hypocritarum, qui cum diuisi, & separati fuerint à veris Christianis, per illud vitimum iudicium, tunc Babylon illa magna, mater abominationum, corruet. Coniuo te, & iniquissime demon, per illum Angelum, qui beato

Ioanni

Ioanni declarauit mysterium dānationis illius meretricis magnæ, quæ Antichristum, & ministros eius significat, quæ sedebit super aquas multas, id est super plures populos, super quos regnabit. Hic enim (te adiuuante, & operante) plenus erit nominibus blasphemiarum, & tua impietate, qui superbia iustatur, eriget se contra Deum, & sedebit super te, bestia: quia (te hortante) reprobis tunc per diuersa vicia corruent. Iste enim maledictus homo Antichristus erit ornatus auro, & lapidibus pretiosis, quæ sunt diuitiæ, & gloria huius sæculi, quibus fulgebis. Desert etiam poculum aureum: quia sua persuasione, ad hanc transitoriam delectationem homines alliciet, quibus miseris homines ab amore Dei retrahet. Sed gaudere debet verus seruus Dei: quia etsi iste iis ornamentis habilis sit ad decipiendū suos sequaces, non tamen fideles: quia habet signum manifestum in fronte, quod est Babylon magna, mater fornicationum. Magna fuit, quia peccato captiuauit populum Dei. Coniuo te, & seclerate demon, per illum, qui per Angelum dignatus est exponere beato Ioanni Euangelistæ sacramentum mulieris meretricis, quam sedentem super bestiam ipse viderat. Bestia, quam vidisti, (inquit) fuit & non est, & ascensura est de abyssu, est diabolus, qui homines bestiales facit, cum eos ad peccatum inducit: fuit ante Christi aduentum, quia tunc maximam potestatem habebat: sed non est, quia post Christi aduentum, licet penitus potestatem non amiserit, multum tamen debilitata fuit. Tempore autem Antichristi talis bestia ascensura est de abyssu: quia potestatem priorem accipiet, tamen finaliter, mortuo Antichristo (qui amplius non habebit locum tenendi) in interitum ibit, quia tecum detruetur in infernum cum suis satellitibus, ex quorum numero, tu, maledicte spiritus, exitis. Exi ergo, seclerate, ab hoc famulo Dei N. & ne differas parere mandatis, tibi in nomine Iesu Christi Nazareni crucifixi factis. Qui venturus est indicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*Oratio.*

**O**mnipotens, sempiternus Deus, qui per verbum tuum ex nihilo omnia creasti, & ea à tuo ordine, diabolica fraude delapsa, per mortem eius mirabiliter restaurasti, cuius præsentia Ecclesiam tuam illuminare mirabilius decreuisti, & regnum peccati eius doctrina delinere voluisti, monens vnumquemque nostrum recedere à seruitute illius, pro qua liberatione omnes Sancti exultantes, gratias inenarrabiles

Apoc. 18.

rabiles tibi perenniter referunt: te, Domine sancte Pater, humiliter exoro, ut per immensam charitatem tuam, virtutem fugandi demones ab hoc saeculo tuo N. misericorditer mihi tribuas: ut à potestate eorum liberatus, & suæ pristinae sanitati condonatus, tibi servire possit. Qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

**Ibidem.** Coniuro te, f. pessime dæmon, per illum alterum Angelum descendens de caelo, habentem pietatem magnam, ex cuius gloria illuminata est terra, qui exclamans in fortitudine, dicebat: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est habitatio demoniorum. Angelus enim iste erat Christus nuntius paternæ voluntatis, qui de caelo descendit, cum carnem, & animam in utero virginali assumpsit, qui magnam potestatem habere dicitur, quantum ad utramque naturam.

**Dan. 7.** De potestate diuina dicitur: Potestas eius, potestas aeterna, quæ non auferetur. De humana autem, dicit ipse: Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. A quo illuminata est omnis terra, id est Ecclesia electorum: quia effugando à cordibus fidelium tenebras peccatorum, & ignorantia, illuminauit omnia hominem venientem in hunc mundum.

**Apoc. 18.** Clamauit autem Christus contra regnum peccati, quando destruxit illud sua morte, dicens: Cecidit, cecidit Babilon illa magna. Cecidit (inquam) per duplicem damnationem, animæ scilicet, & corporis: quia obstinati peccatores, & omnes tui sequaces tecum damnabuntur in corpore, & anima: & facta est habitatio demonum: quia demones in cordibus impiorum habitantes, per carnis illecebras immundi spiritus dicuntur. Babylonia igitur, congregatio prauorum, habitatio demoniorum est: quia dum in tenebras peccatorum ruunt, quos, nisi malignos spiritus habitare in eis intelligere possumus? Coniuro te, f. superbissime dæmon, per illum Angelum, qui est Christus, qui maximo amore affectus erga salutem seruorum suorum, & nos exhortans ad penitentiam, admonet, ut exeamus à congregatione prauorum, dicens: Exite de terra populus meus, ne participes sitis delictorum eius. Exite (inquam) animo, & non faciatis opera eius, nec facientibus consensum præbeat. Et non solum nobis exire præcipitur, sed etiam iubetur ministris diaboli, ut duplicent illi penas, & tormenta, in corpore scilicet, & anima. Tradite (inquit) illam calori, & frigori, ut transeat ab aquis niuium ad calorem nimium, reddite illi aeternam penam, ut puniatur non solum pro actualibus peccatis, quæ commisit: sed etiam pro volun-

tate,

tate, qua illa commisit: quia ipsi reprobi aeternaliter si uiuerent, aeternaliter peccare vellent. Coniuro te, f. nefandissime dæmon, per illud magnum gaudium, & exultationem, quam omnes Sancti, & electi Dei facient, reddentes gratias Deo de beneficiis ab eo acceptis, dicentes: Laus, & gloria, & virtus Deo nostro, quia vera, & iusta sunt iudicia eius, qui iudicauit de meretrice magna: quæ corripuit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et non solum Sancti minores de hac damnatione Babylonicæ ciuitatis, & omnis idolatriæ laudabunt Deum: sed etiam illi maiores, qui in Ecclesia fuerunt iudices, & doctores aliorum: & ideo pusilli, & magni laudabunt cum Deum: ista vox est Ecclesiæ, cum in die Iudicii ab ea exierint omnes mali, & aeterno igne cruciabuntur, & fumus tormentorum eorum ascendet in saecula saeculorum: quia superbia tua, & tuorum sequacium aeternaliter in te, & in omnibus damnatis obstinatis durabit, propterea fumus ascendit: quia in presenti saeculo Babylon ista tua ex parte crematur, & in perditionem vadit, sicut Hierusalem in illis Sanctis, qui de hoc saeculo migrarunt, transit in paradysum. Coniuro te, f. immundissime spiritus, per illam vocem, quam audiuit beatus Ioannes laudantem Deum, & dicentem: Laudate Deum, quoniam regnabit Dominus noster omnipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiae agni: gaudio scilicet, & læticia duplici, quam habebunt Sancti. Primum, quia videbunt regnum peccati penitus extinctum, ex quo eis adueniet magnum gaudium, lætarentur de securitate diuinae fractionis aeternæ. Secundò, de saluatione iustorum, de qua maxime gaudebunt Sancti: quia regnum Dei ex eorum salute completur. Gaudere igitur debemus, quia venient nuptiae agni, quando Ecclesia Domino in thalamo regni celestis lociabitur, si tamen hic per opera iustitiæ spirituali coniuio, & perenni regno se dignam exhibeat, ut, iuxta Domini parabolam, adueniente sponso, lampades suas orpatas, & accensas teneat. Coniuro te, f. maledicte dæmon, per illum, qui vocat nos ad cœnam agni: quia sicut in fine diei omnium cœna est, sic finito presentis vitæ tempore, ad refectionem supernæ contemplationis Sancti ad cœnam agni vocantur. Beati igitur, qui ad cœnam illam celestem agni vocati sunt, ubi induti stolis albis omnes gaudebunt cum Christo, illa inseparabili coniunctione, fructu illa diuina essentia in saecula saeculorum. Amen.

*Hic interroga patientem, quicquid illi inuenis suggerit  
dæmon, applicando illi remedia, & exhortationes, prout  
opus erit, deinde sic sequere.*

## Oratio.

Ex Dyo-  
nyſio  
Chariti-  
no de qua-  
tuor no-  
uissimis.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui vnus in Trinitate, & Trinus in vnitare ab æterno beatus existens, secundum immensam sapientiam, & infinitam providentiam tuam, homines, & angelos electos ad æternam, & immarcescibilem, celestemque beatitudinem, & contemplationem tue diuine clementie æternaliter prædestinasti, vbi cum Filio tuo, & Spiritu sancto, æterno, & infinito gaudio in illa beatissima, æternalique, & perenni visione fruuntur, vbi de sua æternali, ac simillima beatitudine securi, in illa cœlesti patria omni læticia iucundabuntur. Te, Domine sancte Pater, qui Angelos tibi, tuæque immense bonitati, ac benignitati de tot donis naturalibus in sua creatione acceptis rebelles, & ingratiſsimos è cœlo eiciens, ad infernale supplicium, tua immensa virtute, & potentia deputasti, humiliter deprecor per pietatem, & misericordiam illam, qua iustos saluas, vt virtutem expellendi dæmones ex hoc corpore mihi misericorditer concedere digneris, vt hic famulus tuus N. à diabolica vexatione liberatus, & suæ sanitati restitutus, tibi in Ecclesia tua gratiarum referat actiones. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

## CONTRATIO.

**C**oniuro te, ꝑ iniquissime spiritus, per illam inexogitabilem, & immarcescibilem gloriam cœlestem, quam præparauit Christi fidelibus, & electis suis in illa cœlesti beatitudine, quæ à beato Ioanne Euangelista sub nomine cœnæ agni appellatur, quando dicit. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Coniuro te, ꝑ scelerate dæmon, per illam benedictam, & sanctissimam Trinitatem, quæ in tui dedecus, & opprobrium ô tu ser dæmon, omnes ciues cœlestes reficit illa suavissima, & præstantissima refectione spiritali Christi, qui merito suæ salutaris passionis, nobis ianuam, & aditum regni cœlestis referauit. In quo æternæ salutis regno, quod ex maxima superbia, & temeritate tua perdidisti, omnis anima fidelis Filio Dei perfectissimè desponsauit, & inseparabiliter per beatissimam visionem, atque completam fruitionem vultur: vbi vnicuique menti beatæ nobilissima, & iucundissima, æternalisque cœna, quæ est refectionis gloriola summè confortans, & sine fastidio satians, exhibetur. Coniuro te, ꝑ maleuolente, ac nefandissime spiritus, per Dei Patrem omnipotentem,

qui suis electis claram sui ipsius cognitionem & fontalem, deliciosissimamque deitatem, ac ineffabilem charitatem præbet: qui taliter humanum genus dilexit, vt Filium suum vnigenitum pro eius salute daret. Coniuro te, ꝑ ingratiſsimè Ioan. 3.  
spiritus, per vnigenitum Filium Dei Iesum Christum Dominum nostrum, qui, cum in patria erimus, illuminationem mentis ad cognoscendum suæ incarnationis mysterium, & suam glorificatam humanitatem, ac omnem ipsius felicitatem, & gloriam nobis præbebit. Coniuro te, ꝑ spurcissime dæ-  
mon, per Spiritum sanctum paraclytum à Patre, & Filio procedentem, qui in illa suavissima, dulcissima, ac beatissima, sem-  
pèrque iucundissima cœlesti cœna ciuium superiorum, mentibus beatorum largitur splendidissimam, iucundissimamque; totius superbenedictæ Trinitatis noticiam, & omnem suam charitatem, dignationem, & pietatem, quibus mentes Sanctorum abundantissimè nutrimur, excellentissimè deificamur, suavissimè iocubantur, inseparabiliter vniuntur, supernaturaliter nobilitantur, gaudiosissimè satiantur, atque æterna securitate fruuntur. Hæc est illa cœna, quæ tibi, ô iniquissime spiritus, Apoc. 19.  
parata fuerat à Deo, quam ob maximam, & inauditam temeritatem tuam tam mirabiliter perdidisti, quando inter antea nobilitate constitutus, vt ingratiſsimus insipiens, & stolidus dicebas in corde tuo tuum blasphemando conditorum: In  
Esa. 14.  
cælum conscendam, super altæ Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. Ex qua temeritate eiectus è cœli fastigio, ad infernum detraheris, & in infelicem commutationem, & iustissimam penam. Quale refrigerium erit tibi, tuisque complicibus in illo perenni inferno, vbi tot tormenta vobis sunt preparata. In ipso enim æternæ mortis chaos, in quo erit habitatio tua sempiterna, quid aliud inuenitur, nisi iugis flamma, perseverans tribulatio, perpetua; atque infinita pena, & totius mali calamitas? Vbi etiam igneus fluuius, & serda palus omnia complet; Atque vti nam mors posset in his subuenire angustis. Sed (quod est horribilius) adhuc viues in tormentis positus, vt cruciatibus guber-  
Math. 13.  
neris: vbi ululatus, & planctus, gemitusque, & mugitus continuè personant, simulque clamor vobis que confusus attollitur: quem dira vis tormentorum exagitat, & incendij arisura extorquet. Hæc autem tribulatio, quæ illis miseros excipit, nullo termino finitur, nulloque sine concluditur: sed flammarum atroci adustione consumitur. Ibi enim vermis, qui nunquam mori-  
Psa. 66.  
tur, & ignis, qui nunquam extinguitur, atque stridor dentium

Ex Dion-  
yſio Char-  
itiano de  
quatuor  
nouissi-  
mis.

Dic. c. 1.

semper sentitur, gehenna, lethaleque frigus, glacies & fames pessima, & sitis iramenda, dolor perpetuus, & continuus languor, sana peccis, & indicibilis lues, tenebræ densissimæ, & nox obscuritatis horrenda. Ibi nulla requies vobis miseris dabitur, vbi omnia mala, & cuncta tormentorum genera inveniuntur. Mors immortalis, defectus indeficiens, & infinitus. Hæc est commutatio, & merces tua, ô miserrima creatura, quæ tibi, & tuis complicitibus constituta est, quam ob superbiam, & malitiam tuam meruisti: quia immensa illius celestis patriæ gratia gustare nonuisti. Per illam igitur celestem cœnam, & spirituale conuiuium te adiuro, † constringo, & cogo, maledicte spiritus, à Deo maledictus, & in tenebris æternaliter precipitatus, vt exers, & recedas ab hac creatura Dei N. quam Dominus noster Iesus Christus sua passione, & morte redimere dignatus est, & vade ad sedes infernales, seu ad loca tibi à Deo deputata. Quod si more tuo belliali obedire nolueris, & præcepta mea tibi in virtute Dei facta, obliuiscere contempseris, ego vt minister Christi, licet immeritus, potestate mihi ab illo tradita, ex nunc impero Lucifero, & omnibus futis infernalibus, vt contra te insurgant, & irruant, te omnibus penis exerceant, & in stagnum ignis, & sulphuris te precipitent: ibi acrius, & durius solito cruciandus. Et maled. & ira Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & indignatio eius veniant super te, spiritus rebellis, quæ te, & omnes tibi fauentes omnibus penis supra dictis afficiant, & exerceant in secula seculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, rex potentissime, qui Ecclesiam tuam in nomine tuo congregatam, & in sanguine tuo redemptam, tua pietate conseruare non desinis, qui nos per mortem tuam à faucibus diaboli eruens, clausum vicæ æternæ ostium aperuisti, & fideles tuos de antiquo hoste, tua gratia triumphare fecisti, quos ad celestem, & æternam patriam, per prædicatorum vocat non desinis, qui tua omnipotentis virtute de cœlis descendens, illum refugam tyrannum diabolum, & latuam ad infernam deputasti, te, piissime Fili Redemptor mundi, humiliter exoro, vt per virtutem tuæ sacratissime passionis, gratiam expellendi demones ab hac creatura tua N. mihi misericorditer impendere digneris. Qui vis, & regnas in secula seculorum. Amen.

*CONIVRATIO.*

**C**oniuro te, † malignissime demon, per illum fortissimum, & inuincibilem Iesum Christum, qui sedet super æquum

æquum album, qui vocatur fidelis, & verax, qui cum iusticia iudicat, & pugnat, cuius oculi sunt vt flamma ignis, habens Apoc. 19. nomen scriptum, quod nemo nouit, nec ipse, cuius vestis erat aspersa sanguine, cuius nomen est verbum Dei, Rex regum, 1. Tim. 6. & Dominus Dominantium. Vidit enim beatus Ioannes (in tui dedecus, ô scelerate spiritus) cœlum apertum, vt qui inuitati fuerant ad illam cœlestem cœnam agni, possent introire, quod clausum extitit ante Christi incarnationem, mortem, & resurrectionem propter peccatum Adæ: apertum est autem post eius Ascensionem: quia morte sua deleuit chyrographum peccati. Christus enim, ô inique spiritus, (in tui confusio- Coloss. 2. nem) habet nomen illud nouum, quod nemo nouit, nisi ipse, & simul tota Trinitas. Habet vestem aspersam sanguine, id est humanitatem suam, quæ (in tui damnatione) in sua passione tota aspersa fuit, sanguine. Habet etiam illam vestem aspersam sanguine: quia (in tui opprobrium) est circumdatus Sanctis omnibus, qui in hoc Martyrij bello pugnantes, alij affecti sunt martyres facti, & alij voluntate: qui sequuntur Christum in equis albis: quia eorum corpora, & luce iustitiæ, & castimonie candere claruerunt. Teneo Christo in vestimento 2. Tim. 6. scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium: quod nemo alienus à fide potest accipere. Ecclesia autem non atrimento, sed Spiritu Dei viui in tabulis cordis scriptum tenet. Et describitur in vestimento Christi: quia mysterio Deitatis, in quo Dei Filius vestitus est humana carne, & opere passionis eius illius nobis maiestas, regnumque aperitur, quod tua peruersitate clausum omnibus fuit. Et fidelis, & verax Christus: Epist. 19. quia quod promittit, sine dubio implet, & cum iusticia iudicat, & pugnat: quia debellando vos æreas potestates, eius iusticia aucte potentiam preiuit, quando solus calcabat torcular, pro nobis nocui voluit, vt iustitiæ satisfaceret. Habet denique oculos, vt flammam ignis: quia per gratiam illustrat mentes seruorum suorum fidelium. Coniuro te, † maledicte Ibidem. demon, per illum mirabilem Angelum, quem Ioannes in Sole stantem vidit, voce magna clamantem, id est Christum, qui in Ecclesia iustorum, quæ Soli comparatur, stat: quia in patria fulgebunt sicut Sol. Clamat autem in aues, quæ volant per medium cœli, id est ad animas volantes de peccato in peccatum, illas, quantum in se est, vocando ad penitentiam: clamauit per seipsum, clama nunc, & per suos Prædicatorum tempore Antichristi clamabit, qui vocabunt Ibidem. populos suis prædicationibus ad regnum cœleste, dicentes: Venite ad cœnam agni. Magna profectò erit audacia

Antichristi, ô miserrime spiritus, qui (te astante, & instigante) cum suis satellitibus audebit pugnare cum Christo, sedente in Ecclesia suorum fidelium: sed eius temeritas erò petibit: quia apprehendetur bestia. & pseudopropheta, & mittentur in stagnum ignis ardentis, & sulphuris: tunc enim Antichristus, & hæretici tui detrudentur tecum, ô bestia terretima, in infernum, & in stagnum ignis, & sulphuris. Coniuro te, † sceleratissime daemon, per illum fortissimum Angelum, quem Ioannes vidit descendentem de cælo: habentem clavem abyssi, qui tenens catenam in manu sua, apprehendit diabolum, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligavit, & misit eum in abyssum, & clausit ostium, & signavit super illum, ut amplius non seducat gentes, qui est Christus Iesus Dominus noster, qui paterna potestate præditus, descendit in carne, inclinavit cælos, & descendit cum principe tuo Lucifero bella gesturus, atque illo ligato, vasa eius destructurus, est apprehendens serpentem antiquum, qui dicitur diabolus, quia criminatur, & Satanas: quia aduersarius ligavit eum à passione sua usque ad finem mundi, & misit eum in abyssum per mille annos, postquam solvendus est à carcere, ut seducat gentes. Sed paruo tempore durabit eius malicia: quia ignis descendens de cælo devorabit suos sequaces, & ipse tecum mittetur in stagnum ignis, & sulphuris, ubi cruciabitur die, ac nocte in sæcula sæculorum. Coniuro te, † pessime daemon, per illum, qui sedet super thronum magnum, & candidum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, qui est Christus Iesus Dominus noster, qui sedet super ecclesiam candidam non habentem maculam, neque rugam, ante cuius conspectum fugit cælum, & terra, ut ipse insinuat, licens: Cælum, & terra transibunt. Iterum coniuro te, † scelerate daemon, per Deum altissimum, & per Iesum Christum Salvatorem nostrum auferentem peccata mundi, cuius creaturam, nefandissime spiritus, artibus tuis tentare, & occupare ausus fuisti: & tibi precipio, ut illam desinas molestare: contremisce, immundissime spiritus, initium omnium malorum, transgressor veritatis, iustitiæ persecutor, author fornicationum, seminator zizaniarum, dissipator pacis, lator discordiæ, pessime dux tenebrarum, mortis inventor, ianua inferni, devorator animarum, omniumque malorum causa. Recede ergo, per nomen æterni Dei, & Domini nostri Iesu Christi ab hac creatura sua N. cum omni tua damnata societate, relinquendo ipsam sanam, & liberam, ut inuenisti,

pro

pro qua ipse Dominus nosset Iesus Christus ob suam misericordiam, & pietatem dignatus est crucifigi, & mori. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

IMPROPERIA EXPROBRANTIA DÆMONES.

**A** Vdi igitur, incensate, falsie, reprobe, & iniquissime spiritus: Inimicus fidei: Aduersarius generis humani: Mortis adductor: Vitæ raptor: Iustitiæ declinator: Malorum radix: Fomes vitiorum: Seducor hominum: Proditor gentium: Incitator inuidiæ: Origo auaritiæ: Causa discordiæ: Excitator malorum: Daemonum magister: Miserrima creatura: Tentator hominum: Deceptor malorum angelorum: Fallax animarum: Dux hæreticorum: Pater mendacij: Fatue bestialis: Tui creatoris inimice: Inspiciens ebriose: Iniquus, & iniquorum caput: Prædo infernalis: Serpens iniquissime: Lupus rapacissime: Sus macra, famelica, & immundissima: Bestia exuginosa: Bestia scabiosa: Bestia truculentissima: Bestia crudelis: Bestia cruenta: Bestia omnium bestiarum bestialissima: Eiecta de paradiso: De gratia Dei: De cæli fastigio: De loco inenarrabili: De societate, & consortio Angelorum: Immundissime spiritus initium omnium malorum: Transgressor bonæ vitæ: Veritatis, & iustitiæ persecutor: Author fornicationum: Seminator zizaniarum: Dissipator pacis: Lator discordiæ: Pessime dux tenebrarum: Mortis inventor: Ianua, & vorago inferni: Crudelis devorator animarum: Omniumque malorum causa. Malignissime daemon: Spureissime spiritus: Nefandissime suffrator: Nequissima creatura: Vilissime apostata: Scelestissime latro: Impiissima bestia infernalis: superbissime, & ingratiissime spiritus: Iniquissime refuga, tyrane: Omni bono vacue: Plene omni dolo, & fallacia: Hominum exterminator: Devotio totius angelicæ naturæ: Maledicte Satana à Deo: Excommunicate à tota cœlesti curia: Blaspheme Dei, & omnium Sanctorum: Damnae à Deo, atque damnande: Spiritus Archæontine: Spiritus tartaree: Fili perditionis: Fili maledictionis æternæ: Rebellis Dei, & totius cœlestis curiæ: Serpens crudelissime: Draco iniquissime: Creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam nequitiam tuam. Audi (inquam) superbiam tuam, & iniquissimi principis tui. Cum itaque ipse nequissimus Satanas caput tuam, & princeps omnium iniquorum tyrannidem suam, quam, solum exercere poterat



poterat in filios Adæ ab ipso seminali ratione propagatos, extendere præsumperit in summum Imperatorem, Regem regum, & Dominum dominantium, Deum, & omnipotentis Dei Filium unigenitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam: & ob hoc ab ipso Domino Iesu Christo Salvatore nostro, qui dilexit, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo, ipse Satanus cum omnibus Angelis suis apostolicis, de quorum numero tu, miserrime, & inique inuasor, exarceratus existis, à Deo iudicatus, superatus, captivatus & victus fuerit: & nos omnes in ipsum credentes in virtute Deitæ Trinitatis baptizatos, & aliis Sacramentis ab ipso Filio Dei institutis, initiatos de potestate tua iuste, & potenter eripuerit. Idcirco, spurcissime, malignissime, & immandissime spiritus, in virtute, & potestate ipsius summi Imperatoris Iesu Christi Domini nostri, te conato, † & per omnia alia, quibus potes costringi, ligari, fugari, & cruciari, & de loco ad locum mitti, ut quam citissime exas ab hac creatura Dei N. & plasmate Christi, cum omnibus adherentibus, & tibi fauentibus, quam Dominus noster Iesus Christus suo sanguine dignatus est redimere, & à faucibus tuis eripere. Da igitur locum Spiritui sancto, per hoc signum sancti Crucis Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & te, maledicte spiritus, & sæculum per ignem, Amen.

## CONIVRATIO.

**N** Ecce lateat, maledicte demon, nec te lateat creatura damnata, reprobatæ, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam tuam, imminere tibi penas, imminere tibi tormenta, diem iudicii sempiterni, diemque, qui venturus est, velut cibus ardens, in quo tibi, atque angelis tuis sempiternus erit preparatus interitus: ideo pro tua nequitia damnare, atque damnare, da honorem Deo † vivo, & vero: da honorem Iesu † Christo Filio eius Domino, & Salvatore nostro: da honorem Spiritui † sancto paraclito, & tremens, gemenisque ab hac creatura Dei N. discede cum omnibus maledictis, incantationibus, ligaturis, signaturis & facturis tuis, ad eam nunquam rediturus, per virtutem eius, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

## EXPROBRATIO IN SATAN.

**A** Vdi ergo, ô miserrime, & iniquissime spiritus, qui tam immensa, atque ineffabilia dona à tuo conditore in principio tuæ conditionis recepisti: audi (inquam) tu, qui in signum maximæ ingratitude tuæ, non solum rebellis, & ingrati-

ingratissimus exististi, sed etiam vice illius ab Angelis, ab hominibus, & à Christo adorari voluisti. Deus enim omnipotens, magnus, & admirabilis, cum ab æterno in se beatus existens, nulla creatura indigeret: ex sua tamen bonitate, & ineffabili potentia, te & omnes angelos creando, tanta pulchritudine, sapientia, & magnitudine exornavit, ut astra matutina esse possent. Quod cernens ille maledictus Lucifer, *Ezech. 28.* princeps tuus, & caput omnium iniquorum, non solum gratias de immensis donis suo creatori non reddidit, sed ut rebellis, & ingratiſſimus contra ipsum pugnare cepit. Qui licet nullam causam veram inimicitie adversus Deum haberet, falsam tamen sibi confluxit. Cum enim Deo benedicto, ex sua mera liberalitate, naturam Angelicam creando, maximis muneribus, donis, & gratiis decorare placeret, ille in signum maximæ ingratitude suæ contra Deum superbiendo, dedit terga conditori suo. O ingratitude maximam, & inauditam temeritatem, æternali igne exurendam! Sed quomodo illud saccere iam potes, quod omnipotens Deus de tui principis, singulorumque vestrum pulchritudine, scientia, & magnitudine per Ezechielem prophetam proficitur, & dicit: *Ezech. 28.* Tu signaculum similitudinis: & cuius similitudinis, visi sanctissima, atque adoranda Trinitatis? que est magnitudo sapientie, & pulchritudo Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cuius magnitudini, sapientie, & pulchritudini adeo participasti, ut signaculum similitudinis appellarem. Plenus sapientia, & perfectus decore, quia speciosum (inquit Dominus Deus) feci illum, in deliciis paradisi Dei fuisti. *Ibidem.* At tu vecors cum in tanto honore esses, non intellexisti, sed hæc omnia in materiam superbiendi vertisti. O miserrime, quo nulla creatura inferior, non sufficiebat tibi, tuoque principi tanta largitas tui Conditoris, nisi ille à vobis ut Deus diceretur, vel existimaretur, nisi ipse Lucifer appellaretur Deus, nisi adoraretur ab Angelis ut Deus, nisi prædicaretur, & ipse increatus? Neganda quippe Deum suum conditorem esse, ausus est asserere se Deum esse. Ego (inquit) feci meipsum, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. Deliberasti apud te, ô bestia infernalis, cum tuo principe Lucifero, atque proposuisti in corde tuo, dicens: Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Nimirum nubium nomine, ceteros angelos ille maledictus princeps tuus cognominavit ob magnitudinem, & pulchritudinem suam: quia superbia tumens, magnus videbatur in oculis propriis: ex quo tumore tantò cunctos angelos semetipso viliores reputavit, *Esai. 14.*

Rupertus  
Abbas de  
victoria  
verb. Dei.

quantò nubes candidæ, & lucidæ obscuriores sunt sole: quia arbitrabatur se esse tanquam Sol, & lux, qua nubes indigent, ut illustrentur, & pro tali haberi volebat. Sed te vera, ô miser, res non ita se habuit. Ista profectò determinatio cordis tui erat contraria proposito Deierat (inquam) contraria verbo, veritatique Dei, quod, & euentus probauit. Dicebas enim in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebò in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Nonne in cœlo eras, quando de cœlo ob superbiam tuam deiectus fuisti? Nonne super altitudinem nubium ascenderas, cum omnes Angelorum choros, quamuis astra Dei essent, ut nubes comparatione tui reperatli? Quid est, ô miserrime spiritus, quod dixisti, in cœlum ascendam, nisi tumor ambitionis, quo plenus exillens, ambibas ascendere in cœlum, ut cœli teneres imperium, sic exaltare super astra Dei solium tuum volebas, sic ascendere super altitudinem nubium ut adorareris, & honorificareris concentu Angelorum, ut fieres similis altissimo. Hæc omnia illa maledictus princeps tuus Lucifer in corde suo proponens, cœpit circumuenire omnes Angelos, & in sententiam suam conatus est deducere, confidens, ut erat plenus sapientia, quod efficaciam haberet ad persuadendum se Deum esse, & ut Deus ab illis crederetur, atque adoraretur. Quem putaret ex omnibus Angelis inueniri posse, qui ipso dicente: Ego creatura Dei non sum, ego à nullo factus sum, ego feci meipsum, obuiaret illi, & diceret, falsum tu loqueris? Quem timeret posse Dei testem inueniri, qui testificaretur, & diceret: ille te fecit, cum nullus ante ipsum creatus fuerit, qui hoc posset testificari? cum igitur nullum putaret habere ex omnibus Angelis conscium suæ creationis, qui dicere posset, ego vidi, vel audiui, eò quòd ille primus conditus fuerit? quem putaret posse stare contra se testem? Arbitratus est enim nullum inueniri posse, qui cum de mendacio posset arguere, & creationis eius posset proferre testimonium. Sed decipiebaris, ô Lucifer, decipiebaris (inquam) quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud Deum. Ipse enim Filius Dei, & verbum æterni Patris, & veritas infallibilis contra suum mendacium omnibus Angelis testificari potuit, quòd mendax ab initio fuisti, & quòd mendacium loquebaris, cum ipse ante omnia sine principio extiterit, & quòd audiuit, & vidit, inò fecit, hoc testificari potuit. Et quid non vidit, & non audiuit, quia omnia vidit, antequam fierent

Nam

Nam omnia per ipsum facta sunt, & quod factum est, in ipso vita erat. Vidit ergo te Filius Dei, verbum Patris, ô miserrima creatura: vidit (inquam) te, cum fieres, & antequam fieres: quia per ipsum factus fuisti, & idè poterat testificari de te, quòd falsa locutus es, & quòd es factus & creatus, & ut lumen poterat illuminare oculos mentis Angelorum, & instruere spirituum agmina cognitione veritatis ad cognoscendum non solum quæ præterita, & præsentia sunt, verum etiam & quæ futura essent, & illis predicare quod per os Moysi locutus est. Videre, quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Tu autem, ô nefarissime spiritus, tua superba elatione tumidus, affectu propriæ excellentiæ excæcatus, electiua voluntate ad propriam excellentiam ita tuam considerationem inclinasti, quòd tui casus considerationem habere noluisti. Inflatu enim nobilitate naturæ, super omnem creaturam exaltare voluisti: & non solum iis omnibus inferioribus dominari, verum etiam similis Altissimo fieri voluisti. Sed audi, quid admirabilis conditor vniuersorum contra tuam superbiam per Isaiam prophetam dicat. Ad infernum detraheris, ô spiritus ingratus, atque superbissime: quia nihil æquius, quam humiliare superbum. Audi (inquam) admirationem, quam de tua superbia illa cœlestes spiritus mirantur. Audi, & ipsummet Deum, quid cum exprobratione cœra te per Isaiam prophetam dicat: Quomodo (inquit) cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Illud verò, miserrime, quomodo sufferre iam potes, quod Deus omnipotens de tua felicitate per Ezechielem prophetam profiteretur, & dicit: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in deliciis Paradisi Dei fuisti. Potui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Et elevatum est cor tuum in decore tuo, peccasti, & eieci te de monte sancto Dei, & perdidisti te, ô Cherub, de medio lapidum ignitorum, quorata consortio te indignem effecisti. Et vnde hæc omnia tibi euenerunt, ô miser dæmon: non aliunde profectò, quam ex superbia, & inuidia tua, quam habuisti, quando statim ab exordio tuæ conditionis, præuidens rationalem creaturam in unitate personæ Filij Dei assumendam, inuidisti. Sed, ô miser, quid tibi profuit tua superbia, & inuidia? Nihil profectò: immò illa ad infernum te detraxit. Cum enim à Deo benedicto, post tuam creationem tibi reuelata fuisset Incarnatio Filij Dei, quem dominatorem vniuersorum constituerat, & fidelissimum mediatorumque per hanc, qui vellent, a natura

Ibidem.

Isa. 14.

Ezech. 18.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Ibidem.

Deut. 31.

Isa. 14.

Ezech. 28.

Henricus  
Arphius  
lib. 1. my-  
th. Theo.Alexander  
Aleut pæ-  
te 2. q. 16.  
& par. 3.  
q. 1.

natura

natura ad gloriam per meritum Christi, & gratiam ascenderent: & qui nolent à natura ad pœnam tuerent, tu nefandissime spiritus, tua superbia inflatus, cum tuis satellitibus contempstis inferiori naturæ subici, & inuiditis incarnationi Christi, atque exaltationi generis humani. Cum boni Angeli fideliter huic incarnationi fauerent, & gratiarum actus, ipsam laudantes agerent, & interna mentis exultatione iubilantes de Christi incarnatione, & de eius sapienti dispositione in sua gratifica saluatione. Qui sublimiter de Deo sentientes, ad eius gloriam afficiebantur: & pro tradita sibi facultate contra vos pugnantes, pio affectu nitentur: quibus non valuistis resistere, licet omni vestro conatu, inordinatòque affectu beatorum Angelorum obedientiam saguere nitere mini. Non voluistis (inquam) resistere beatis Angelis, neque gratiæ, qua pugnabant: quia gratia in omnibus est sublimior, & validior, quam natura, qua contra sanctos Angelos præhabamini. Et etiam, quia sancti Angeli vicerant in sanguine agnitione non præualuistis, neque locus vestes inuenitus est amplius in celo: ò miseram, & infelicem commutationem! Considera, ò bestia infernalis, & perspice ex quanta beatitudine explosus, in quantam miseriam de celo ruens descenderis. Ex quanta sublimitate, in quantam profunditatem demersus fuisti. Ex quamis diuitis ad quantam miseriam, & calamitatem deuenisti. Ex quanta luce ad obscurissimas, & intensissimas tenebras projectus fuisti. Ad infernum, ad infernum detraheris spiritus ingratisime, in profundum lacus: in abyssum scilicet, in quo insinita miseria, & calamitates tibi, & omnibus damnatis aderunt. Ibi enim inuenitor sletus, & gemitus, ululatus, & cruciatus, clamor, & tremor, timor, labor, & dolor, ardor, & sletor, obscuritas, & anxietas, acerbitas, & asperitas, calamitas, & egestas, angustia, & tristitia, obliuio, & confusio, torsiones, & punctiones, amaritudines, & terrores, fames, & sitis, frigus, calor, sulphur, & ignis ardens, atque omnia mala, quæ excogitari possunt, tibi preparata sunt. Hic locus inferni, loco illius magni domicilij, quod ex maxima peruersitate tua perdidisti, tibi, & omnibus complicitibus tuis preparatus est. Hic locus, loco principatus, quem non seruasti, tibi, & omnibus angelis apotasticis aderit, quia sub caligine, vinculis æternis ob malitiam tuam, Deus omnipotens, te seruanit, ac pœnis æternis te deputauit.

## CONIVRATIO.

**A**udi ergo, creatura damnata, reprobatæ & maledicta à Deo in æternam propter tuam nequitiam, audi spiritus immande,

immande, scelestissime, nefandissime, & iniquissime, ubique latitas in corpore istius creaturæ Dei N. adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, nec non per tot, & tanta mytheria, cum tua inuidia tremens, gemensque ab ea discede. Nihil enim tibi sit commune cum isto famulo Dei N. cœlestia cogitante. Da igitur honorem & aduenienti Spiritui sancto, qui ex summa cœli atque descendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus sanctissimum Dei templum, & habitaculum perfecit, & ab omnibus penitus noxiis præteritorum ciminum in baptismo liberauit, ut sic pereanniter Deo gratias semper referat, & benedicat nomen sanctum eius in sæcula sæculorum. Quod si more tuo bestialissimo mandatis, & præceptis meis tibi in virtute Dei omnipotentis factis obedire contempseris, per omnia supradicta verba, & adiurationes, contra te coniuro Luciferum, & omnes spiritus infernales querens per virtutem sanctissimi nominis Dei Tetragrammaton, & per passionem Domini nostri Iesu Christi contra te, & omnes tibi fauentes, omni sua ira, indignatione, & furore irruant, & insurgant, & te ad infernum ducant, & in locum duriores te præcipitent, & ligent, ibi omnibus pœnis, & cruciatibus acrius, & durius solito cruciandus: quia tantis, & tam sacratissimis, ac sanctissimis nominibus, & verbis, ac mytheriis Dei rebellis fuisti. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & ira, ac indignatio beatæ virginis Mariæ, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius Curie cœlestis veniat, & fellinanter detendant super te, spiritus ingratisime, & omnes tibi fauentes. Et ego, ut minister Christi (licet immeritus) tibi præcipio, iniquissime proditor, ut exiens ab hac creaturæ Dei N. ipsam sanam, & liberam nobis dimittas, fractis omnibus ligaminibus, quibus in hoc corpore teneris. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Amen.

*Explicit quartus Exorcismus.*

Apoc. 12.

Rupertus  
vbi supra.

D. Ang. in  
libro Me-  
ditationū.

Canon. In-  
de.

## EXORCISMVS V.

TERRIBILIS ADVERSVS  
dæmones comprimentes corpora  
humana.

*Exorcista accedens ad coniuandum, omni deuotione, qua poterit, peracta preparatione sapienter dicta, procumbens ante altare, corde humiliato, spirituq; contrito faciat sibi signum sanctæ Crucis, & dicat.*

**Psal. 90.** **I**N nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Pa-  
tris, & Fi-  
lii, & Spiritus sancti Amen. Misere-  
re mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.  
*totum.* Kyrie eleyson, Christe eleyson Kyrie eleyson. Pater  
noster. *totum.* V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed  
libera nos à malo. V. Deus in adiutorium meum intende.  
R. Domine ad adiunandum me festina. V. Esto nobis, Do-  
mine, turris fortitudinis. R. A facie omnium malignorum  
spirituum. V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et cla-  
rior meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum  
spiritu tuo.

*Oratio.*

**Ex anti-  
quis Exor-  
cismis.** **D**omine Deus Pater omnipotens, Deus Abraham, Deus  
Isaac, & Deus Iacob, Deus omnium credentium, salus  
omnipotens, & sempiterna, qui semper exaudis clamantes  
ad te, corde deuoto, & animo contrito. Te deprecor, vt me  
exaudire digneris clamantem ad te. Exaudi Deus meus vo-  
cem deprecationis mee, & da mihi veram, humilémque con-  
tentionem, & poenitentiam de peccatis meis. Da mihi, quæso,  
Domine Deus omnipotens, virtutem, & potentiam expellendi  
hos dæmones inimicos tuos ab hac creatura tua N. quam  
pretioso sanguine Filij tui Domini nostri Iesu Christi, digna-  
tus es ab eorum tyrannica seruitute eripere. Libera eam, Do-  
mine Deus omnipotens, per merita sanctissimæ passionis eius-  
dem Filij tui, ab omnibus spiritibus immundis, sicut miseri-  
corditer liberare dignatus es Adam de inferno, Petrum de  
carcere, Paulum de vinculis, Tereiam de tribus tormentis, Su-  
sannam de falso ciuine, Lazarum de monumento, Ionam de  
ventre

ventre ceti, Loth de Sodoma, & tres pueros de camino ignis  
ardentis, Danielem de lacu leonum, Dauid de gladio mali-  
gno, & Mariam Magdalenam de septem dæmonibus liberaisti. *Mat. 12.*  
ita liberare digneris hunc famulum tuum N. à diabolo illum  
vexante, & die, ac nocte eum infestante, & ab omnibus alijs  
immundis spiritibus, & eum perducere digneris ad gratiam  
veræ liberationis, & suæ pristinæ sanitatis. Per eundem Do-  
minum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum  
vixit, & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus, per omnia  
sæcula sæculorum. Amen.

*Hic Exorcista surgat ab oratione, & conuersus ad demo-  
niacum, tenens manum dexteram super caput vexati,  
dicat sequentia verba.*

**S**icut Dominus noster Iesus Christus positus fuit in ligno *Psal. 27.*  
sanctæ Crucis, & ibi pro nostra salute mori voluit: & de-  
scendens ad infernos, dixit: Attollite portas, principes, ve-  
stras, & eleuamini portæ æternales: & ibi ligauit Luciferum:  
ita in virtute eiusdem Domini nostri Iesu Christi potentissi-  
mi Saluatoris nostri, ego ligo omnem potentiam tuam, &  
omnium sociorum tuorum existentium in corpore huius  
creatura: Dei N. ita vt non habeas virtutem nocere illi, ne-  
que alicui creatura: signo sanctæ Crucis consignata: In no-  
mine Pa-  
tris, & Fi-  
lii, & Spiritus sancti. Amen.

*Hic Exorcista ostendendo Crucem demoniaco,  
dicat alta voce.*

Ecce Crucem ꝑ Domini nostri Iesu Christi, fugite partes  
aduersas, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

*Postea lege sequens Euangelium.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.  
R. Gloria tibi, Domine.

**I**n illo tempore. Erat Iesus eieciss dæmonium, & illud erat *Cap. 11.*  
mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, &  
admiratae sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In  
belzebul principe dæmoniorum eiecit dæmonia. Et alij ten-  
tantes, signum de celo quærebant ab eo. Ipse autem, vt vidit  
cogitationes eorum, dixit: Omne regnum in seipsum diuisum,  
desolabitur: & domus supra domum caderet. Si autem & Satanas  
in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia  
dicitis in Belzebul eiecere me dæmonia? Si autem ego in  
i 2 Belze

Belzebul eicio dæmonia, filij vestri in quo eiciunt: Ideo iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Cum sortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, universa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, adversum me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornata. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum hæc diceret, extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi: Beatus ventet, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò, beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ps. Laus tibi, Christe.

*Deinde Exorcista dicat sequentem Orationem.*

*Oratio.*

Math. 19. **D**omine Deus omnipotens, qui sedens super thronum æternæ maiestatis tuæ, Ecclesiam tuam semper conseruas, qui seruis tuis seruantibus mandata tua, æternam beatitudinem largiris, & eos in illa cœlesti Hierusalem noua clarificare promissisti: presta nobis, quæsumus, Domine sancte Pater, vt per virtutem vnigeniti Filij tui Iesu Christi Domini nostri, qui te cum in maiestatis æqualitate existit, hos dæmones famulum tuum N. vexantes, eradicare valeam, vt tua misericordia, ab hac oppressione liberati, tandem ad cœlestem patriam peruenire mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super obsessum: postea viriliter, ac forti animo incipiat dæmones adiurare, nihil hafuans, passim applicando reliquias naribus vexati.*

CONIURATIO.

**I**n virtute sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Pa- tris, & Fi- lij, & Spiritus sancti, & honorem, & gloriam beatissimæ, semperque virginis Mariæ, & totius cœlestis curiæ, ego con- iuro vos spiritus malignos, dæmones infernales, Dei rebel- les, spiritus Acheronticos, qui vestra obsessa, & deprauata volun-

voluntate ladere, vexare, & occupare hanc creaturam Dei N. non cessatis, per illum incomprehensibilem, inuisibilem, & omnipotentissimum Deum, qui omnia ex nihilo fecit, qui vos in tanta dignitate, sua omnipotenti manu creauit, & vt ingrattissimos, & contra vestrum factorem superbieutes, è consortio iustorum, & cœlestium ciuium vos deiecit, per ipsum (inquam) vos coniuro, adiuro, cogo, constringo, & strictissimè mando, ac potentissimè vobis impero, & per cœ- lum nouum, & terram nouam, ac per ciuitatem sanctam Hie- rusalem, quam Beatus Ioannes vidit descendente de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo, quæ est ciui- tas Dei in sanctorum ciuium congregatione, in qua ampliùs Sancti non erunt hospites, & aduenæ: sed ciues sanctorum angelorum, & domestici Dei. Est sancta in gratiæ confirma- tione, quia nullus meretur sanctus nominari, nisi cum subla- ta fuerit potestas peccandi. Est Hierusalem, ô inique dæmon, in pacis quietatione & nona in vetustatis expoliatione. Et des- cendens de cœlo in Christi humilitatis imitatione, qui des- cendens per humilitatem ipse ascendit per potestatem. Est parata denique, & ornata viro suo in virtutum decoratione, quia est ornata omni lapide pretioso. Per hæc, & omnia alia, quibus in nomine Iesu potestis constringi, cogi, coarctari, & adiurari, ego vos constringo, vt remota omni fallacia, & dolo, licet inuiti, & coacti contra vestram proceruam, & sce- leratam voluntatem, desinat vexare hanc creaturam Dei N. quam tam iniquè, atque impiè molestatis, & eam non con- primatis: & præcipio vobis, vt sursum ad linguam ascenda- tis, & mihi dicatis, quare in hanc creaturam ingressi estis, si unus, vel plures estis, & quomodo exire debeatis, per quem Sanctum, vel Sanctam: deinde vobis impero, vt sine lesione huius creature Dei N. & omnium astancium, cum signo eu- denti exeat, alioquin per virtutem Domini nostri Iesu Chri- sti, vos in flagram ignis, & sulphuris condemnabo in sæcula seculorum. Amen.

*Hic Exorcista inquiret à dæmonibus, cum se manifestauerunt, quidquid expedire videbitur ad obsessi libera- tionem: sed caveat ab eorum familiari colloquio, ne ab illis decipiat: deinde sic prosequatur.*

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui vnus in Trinitate, & Trinus in vnitate ab æterno beatus existens, secundum Ex Dion. de 4. no- uissimæ.

immensam sapientiam, & infinitam providentiam tuam homines, & angelos electos ad æternam, & immarcescibilem, celestemque beatitudinem, & contemplationem tuæ divinæ essentia æternaliter prædestinasti, ubi cum Filio tuo, & Spiritu sancto, æterno, & infinito gaudio in illa beatissima, & perenni visione fruuntur, ubi de sua æternali, ac firmissima beatitudine securi, in illa celesti patria omni læticia iucundabitur. Tu, Domine sancte Pater, qui Angelos tibi, tuæque immensa bonitati, ac benignitati de tot donis naturalibus in sua creatione acceptis rebelles, & ingratos, & a celo eiciens, ad infernale supplicium, tua immensa virtute, & potentia deputasti. Per pietatem, & misericordiam illam, qua iustos salvas, te humiliter exoro, ac deprecor, ut virtutem expellendi demones ex hoc corpore mihi misericorditer concedere digneris, et hic famulus tuus N. à diabolica vexatione liberatus, & suæ sanitati restitutus, tibi in Ecclesia tua gratiarum referat actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuo te, † spureissime dæmon, per illud cælum non comprehensibilis Deus seipsum clarissime omnibus Sanctis suis manifestat, & ubi excellentius operatur, in quo valde desiderabile, & iucundum est interesse, & cohabitare illi ineffabili, amoroſæ, specioſissime, ordinatissime, sapientissime, potentissime, & nobilissime societati celestis curiæ, cui etiam iucundissimum est interesse propter mutuan eius charitatem: quia illi beatissimi spiritus, summo amore, Deum super omnia, & ipsos concives in ordine ad ipsum diligunt, ubi amore æternali amant suum Regem, quem totus cæli exercitus cum maxima, summiq; læticia, & ineffabili ardore, ac fervore dilectionis indefinenter laudat, ubi iusti sublebant, sicut Sol in cõspectu Dei. Sed, ô miser, & iniquissime spiritus, quomodo sustinere vaies recordationem illius æternæ felicitatis, quam sic miserabiliter desideras? qui in tanta nobilitate creatus, contra tuum conditorem totum terexisti, & vice laudis, quam ex tot beneficiis, & gratis illi reddere tenebaris, illum blasphemare cœpisti quem laudare debueras? Quid ergo mirum est, ô ingratisime spiritus, si iustus Deus ad infernale sterquilinum te deputaverit, locus verè omnibus miseriis, & calamitatibus plenus, & sufficiens ad contumendam, conterendamque tuæ superbiæ audaciam, & temeritatem: ubi manducabis linguam tuam præ dolore, & ubi omnia inordinata sunt, ibi carebis potentia, sapientia, & pulchritudine tua, quam in tua conditione à Deo recepisti, ubi etiam loco societatis Dei, & Sanctorum, illam turpissimam damnatorum societatem habebis, quam summo odio habebis. Vide igitur, ô miserima creatura, quam ingens sit calamitas tua in illo turpissimo, & horribili, fetidissimoque loco, & cognosce, quam aggrauata sit manus omnipotentis Dei super te, ex operibus malis, quæ in dies procurare non desinis. Tibi igitur, nefandissime spiritus, præcipio, ut in virtute Dei omnipotentis, & totius curiæ celestis exeat, & recedas ab hoc famulo Dei N. quem tantum molestasti, & amodo relinquere non desinis: alioquin terribiliter & potentissime, in virtute supradicta, te ad infernum inferiorem condemnabo, ubi diutius, & acrius solito cruciaberis, quia fuisti rebellis, & inobediens tuo Creatori: discede ergo nunc, discede seductor, & vade ad loca inhabitabilia, ubi nullus sit accessus hominum, & ubi nulli creature nocere possis. Per illum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Dionysius  
Carchusa-  
nus de  
quatuor  
novissi-  
mi.

Matth. 17.

Apoc. 16.

**O**mnino Deus omnipotens, qui ex maxima, & ineffabili misericordia tua, illam caestem Hierusalem, & triumphantem Ecclesiam ex Angelis congregasti, hominesque ad imaginem, & similitudinem tuam creatos celestium civium consortio sociare voluisti, & ad fruitionem æternæ claritatis tuæ eos adire fecisti, qui te sine fine laudando, illa facili visione tuæ divinitatis perenni gaudio, & læticia æternaliter fruuntur. Te, Domine sancte Pater piissime, qui eos de contemplatione tuæ maiestatis gaudere, de tua pulchritudine lætari, & de sua immortalitate, deque victoria suorum inimicorum triumphare, & lætari fecisti, suppliciter deprecor, per illam incomprehensibilem, & inestimabilem beatitudinem tuam celestem, qua omnes Sancti beatificantur, ut expellere digneris ab hoc famulo tuo N. omnes demones, & spiritus infernales dire cum vexantes, ut ab eorum potestate, tua virtute liberatus, te laudare possit in sæcula sæculorum. Amen.

## Oratio.

**C**oniuo te, † miser dæmon, per illam civitatem sanctam Hierusalem, quam beatus Ioannes vidit descendentem de celo à Deo paratam, sicut sponsam ornaram viro suo: & per copiosam, & multiplicem beatitudinem, & gloriam Sanctorum omnium, quibus ex omni parte gaudebunt, scilicet de beatitudine, perfectione, decore, & eminentia

Et Dionysius  
Carchusiano.

Dionysius  
Carch. ubi  
suprà.  
Apoc. 16.

## CONIVRATIO.

**C**oniuo te, † miser dæmon, per illam civitatem sanctam Hierusalem, quam beatus Ioannes vidit descendentem de celo à Deo paratam, sicut sponsam ornaram viro suo: & per copiosam, & multiplicem beatitudinem, & gloriam Sanctorum omnium, quibus ex omni parte gaudebunt, scilicet de beatitudine, perfectione, decore, & eminentia

humanitatis Filij Dei: de pulchritudine, excellentia, & beatitudine, ac honore beate virginis Mariæ, de omnibus Angelis, & omnibus Sanctis: de vniuersa beatitudine, gratia, & excellentia eis collata. Gaudebant (inquam in tui dedecus, ô miserrime spiritus) de felicissima societate, & beata communicatione Sanctorum, qua vnusquisque eorum beatitudinē suam communicat indubibili iucunditate. Tu autem bestia terribilissima, quale gaudium tibi erit? Nullum profecto, sed supplicium, quod tibi, omnibusque damnatis imatur Christus, dicens: *Math. 25.* Discedite à me maledicti in ignem æternam, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ibi enim erit carentia felicitatis æternæ, vbi pars vestra, & omnium iniquorum, erit in stagno ardentis ignis, & sulphuris, & vbi erit sempiterna poena infernalis, omni alia grauior. & perenne incendium, quo vos, & omnes damnati perpetuò cruciabimini. Ignis quoque infernalis omni alio igne ineffabiliter calidior, poenaliorque conficit. Diuersitas tormentorum, quibus vnusquisque vestrum variis poenis torquetur. Societas desolata, ac pœnosa. Horribilior dispositio loci ipsius inferni. Et carentia diuinæ visionis. Hæc, & alia innumerabilia, que cogitari non possunt, erunt tibi ô serpens infernalis, & omnibus tibi fauentibus, loco illius æternæ beatitudinis, quam ex praua, & iniqua tua obliuata perueritate perdidisti. Discede igitur per virtutem Dei omnipotentis ab hoc famulo Christi N. & ne diutius præsumas captiuum tenere hominem, pro quo ipse passus est, & vade ad loca tibi à Christo deputata, per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te, a banditiæ spiritus, & ierusalem per ignem. Amen.

*Ibidem.*

*Hic Exorcista interroget demones de recessu: & cum se exire profuerint, præcipiat illis, ut nullam ex fortibus relinquunt in obsessis, & quia de cetero non remouendi sunt aduersatim: quod se exire voluerint, profuerint hoc modo.*

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui propter maximam pietatem tuam hominem diabolica fraude deceptum, & à tua gratia propter inobedientiam primorum parentum deieceras, per mortem vniuersi Filij tui Domini nostri Iesu Christi erexit: illumque tua immensa pietate celestium civium consortio aggregare voluisti: quique rebelles Angelos

tuis immensis beneficiis ingratos, & que gratiæ contemptores, ad infernale supplicium, tua iustitia deputasti. Te Domine sancte Pater, suppliciter deprecamur, vt per eandem passionem, & mortem Redemptoris nostri, hunc famulum tuum N. à demonum vexatione eripias, & liberatum, tua clementia custodire digneris. Per eandem Christum Dominum nostrum. Amen.

*CONIVRATIO.*

**C**oniuo te, ô scelerate demon, iterum per civitatem *Dionysius*  
illam celestem Hierusalem, cuius structura erat ex lapide, *vbi supra.*  
& iaspide, & auro mundo, & fundamenta muri civitatis *Apoec. 21.*  
omni lapide pretioso ornata, cuius portæ nitent margaritis, & plater eius aurum mundum, cuius templum est Deus, & agnus, qui sua claritate illuminat illam, in quam nihil coinquinatum intrabit. Hæc est civitas civium supernorum, à qua tu, miserrime demon, ob superbiam eiecisti, quam Deus gloriam suam, & utilitatem suam rationabilium creaturarum ordinavit, ad quam aspirare debueras: quia erat hereditas tibi à Deo parata in terra viventium, vbi ipse gloriosissima, incomparabilia, & ineffabilia bona preparavit diligenter se: vbi etiam Deus videtur non per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem. Ingemisce miselle, qui tam ineffabilia bona amisti, quando superbia tumens, dedisti erga conditori tuo, quem laudare debueras. Et ideo diuina iustitia dedit te in vexationem, maledictionem, & in opprobrium sempiternum, eò quod cognoscere noluisti immensa beneficia tibi à Deo collata: quia noluisti bona, idò in illo perenni inferno tibi, & omnibus damnatis poena spiritualis aderit: quia in te est phantasia proterua, invidia mordax, *Mala que-*  
rancor amarus, tristitia opprimens, timor penetrans & dolioe absurdens, irrationalis concupiscentia, infructuosa patientia, dolores incomparabiles, conturbatio, & error in intellectu, planctus in oculis, stridor in dentibus, factor in naribus, clamor ululantium in auribus, sitis in lingua, fames in stomacho, vincula in manibus, & pedibus. Et quod poenis tibi erit, optimè cognosces, quod damnatio tua est æterna: quod omnipotenti resistere nequibus: quod electi omni felicitate, & gloria repleti sunt, ex quibus omnibus grauissimam desperationem & odium Dei concipias, atque inuidiam in beatos paries, ita quod odio, & invidia tua omni ex parte voluntas tua vallabitur: quia in omni malitia obstinata erit. Vide, vide, miser demon, si ista correspondent tuis, que de illa sancta, & semper benedicta societate & Ecclesia triumphantium

*1. Cor. 13.*

*Male que-  
dam illa.  
parocian.*

phanti dicta sunt: o pulcherrimum sine & primum, quod assequutus es ex illa tua contumaci rebellionem, primum profecto tibi, tuoque pessime voluntati optimè conueniens, quo eternis futurus es, illud tene, ipsum conferua, quia ab illo semper erueris. Non te pudet, serpens infernalis, post tantam dignitatem, quam perdidisti, omni miseria, & calamitate circumdatus, adhuc obidere corpora humana? Erubescet, miserima creatura, & fuge ex hoc corpore huius famuli Christi N. Dei omnipotentis veritas imperia, & ne differas parere mandatis: quia quanto tardius exis, tanto maius tibi supplicium crescit: quia non hominem contemnis, sed illum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & seculum per regem. Amen.

## Oratio.

*Ioh. 1.* **C**reator, & glorificator omnium Deus Pater omnipotens, qui tua immensa pietate creaturas tuas mirabiliter condidisti, & eas solando per verbum tuum, per quem omnia facta sunt, mirabiliter beatificare voluisti: qui, ut eorum gloria, & gaudium in illa caelesti contemplatione esset perpetuum, fecistisimum, & plenum, omnem lacrymam ab eorum oculis excludere promissisti, ut ibi confirmati, & glorificati, & in illa caelesti fruitione premio vitæ æternæ consecuto, in te æternaliter gaudere possint. Te, Domine Deus omnipotens, suppliciter exoramus, ut sicut eos immensa clementia tua gloriam adire fecisti: ita tua ineffabili misericordia liberare digneris hunc famulum tuum N. ab hac pessima demonum vexatione: ut à tyrannica eorum seuitute creptis, nomen sanctam tuam laudare possit in secula seculorum. Amen.

## CONIVRATIO.

*Matth. 23.* **C**onuro te, spurcissime dæmon, per illum, qui promissisti Sanctis suis abstergere omnem lacrymam ab oculis eorum, & quod mors eis ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vitæ: quia primum essentiale eorum, quod est beata visio Dei omnipotentis, omnia hæc excludet in illa caelesti contemplatione, in qua fatiabuntur omnes caelesti: quia in illa glorificabuntur primò in anima, & post iudicium in corpore: & tanto maius illis inerat gaudium, quanto perfectius cognoscent se euasisse pericula tentationum, miseras presentis vitæ, & iugum totius iniquitatis. Gaudebunt etenim, quod de vobis (Christo dante) prauauerunt, & quod amplius peccare non potuerunt: quia in Deo confirmati, & glorificati existunt, & quod omnia

eis in bonum cooperentur: postremo, quia infernalibus supplicia euaserunt: & quia aduersarios, & persecutores suos, qui elis vos, & membra vestra, in inferno torqueri videbunt, super quos zelo iustitiæ, & non amore vindictæ gaudebunt: & quia cognoscent omne malum culpæ, & pœnæ in infernum perpetuo clausum esse. O felices ciues illius caelestis patriæ, & milles beati, qui de te, & tuis complicibus triumpharunt in tot aduersitatibus, tua operatione, & persuasione illis ineratatis! Sed vae vobis maledictis spiritibus infernalibus, qui vice Creatoris vestri nitimini adorari: à quorum oculis Deus omnipotens, non solum non auferet lacrymas, sed stricillissime in vos debacchabitur, & immensitatem suæ iustitiæ in vobis manifestabit, acerbissimis pœnis vos affligens, & igne infernali, qui iussu sui Creatoris, miro, & ineffabili modo est æstuans, penetrariuus, & afflictiuus, qui & solo aspectu ultra quam dici queat, terribilis est, & deformis, foetulentus, immundus, ac foetidus tanquam sulphureus: immò instar sulphurei feruentissimi ignis, intensissimum, & fortissimum calorem, grauissimum, intolerabilemque ardorem inducit. Et quanto ignis ille suo calore excedit omnem alium calorem, tanto plus frigus infernale sua vi, & austeritate superat omnia alia frigora. Et quamuis illa tormenta infernalibus quandoque interrumpantur, numquam tamen totaliter auferuntur: immò illa interruptio non erit vobis ad leuam, sed ad acerbiorum, & intolerabiliorem afflictionem: quia transibitis ab aquis nimium ad calorem nimium. Habebitis denique illum locum fortore maximo, tenebris, fame, siti, honore, clamore, timore, & vlulatu, aliisque tormentis, miseriis, pœnis, & calamitatibus, ac tribulationibus plenum, à quibus cruciabimini. Qualis, & quanta tunc erit mestitia? quæ desolatio? quàm acerbissima desperatio, ineffabilisque angustia, & pressura tua, cum videris te in infernum precipitari, atque æterno incendio tradi? o miserime, quo nulla creatura miserior? quid facies tunc in illo tremendo iudicio, vbi non licebit tibi pœnitentiam agere? Sed, o miser, & venenose serpens infernalis, crede mihi, quod non habebis tempus differendi, cum iam ad infernum detractus sis ob superbiam, & perversitatem tuam: exi ergo transgressor, exi plene omni dolo, & fallacia: exi (inquam) proterue, & iniquissime spiritus ab hoc plasmate Christi N. qui ad Ecclesiæ suæ recurrit præsidia, quem Dominus noster Iesus Christus ad fontem baptismatis, dono gratiæ suæ vocare dignatus est, & vade ad sedes inferni, vbi cruciaberis in secula seculorum. Amen.



*Hic Exorcista petat propria nomina demonum vexantium: quod si habere non poterit, imponat illis nomina irrisoria, quæ demonibus grauisissima sunt: & si adhuc exire recusauerint, fugiat illis suffumigationes horribiles, & fortentes, ut supra: postea sic sequatur.*

## Oratio.

Ex Dionysio Chrysostomo.

**D**omine Deus omnipotens, lumen indeficiens, qui tua maxima, & immensa charitate, in illa æterna, & celestis patria, lumine tuæ claritatis, omnes Sanctos, & electos tuos illustrare non desinis, & ut te sequentissima dilectione, & indissolubili vinculo charitatis super omnia diligeres, illos perenni gaudio, æternæque lætitiæ in illa æternali fruitione illos celestes concubus beatificare voluisti, ubi ante conspectum tuæ diuinæ maiestatis stantes, & indefessis vocibus te laudantes, iucundantur: præsta quæsumus, ut sicut tua potentia Angelos rebelles, & tibi inobedientes immensis pecnis in infernum subiecisti, ita tua pietate hæc famulum tuum N. à diabolica vexatione liberare digæris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apostolus.

**C**oniuo te, & spiritissime dæmon, per illam sacratissimam sponsam, & uxorem agni, quam Angelus ostendit beato Iohanni, sanctam scilicet Hierusalem descendentem de celo, habentem claritatem Dei, quæ non eget lumine Solis: neque Lunæ: quia Deus omnipotens lumine suæ claritatis illuminat illam. Vide, miselle, & considera magnam miseriam, & calamitatem tuam, quam adeptus es, quando derelinquendo creatorem tuum, perdidisti illam amantissimam præsentiam regni celestis, ubi beatissimi illi spiritus æternaliter, & ineffabiliter fruuntur Deo, perdidisti (inquam) illam suavissimam, magnam, speciosam, & nobilem, sapientem, amabilem, & concordem policiam celestem, militiamque supernam, & societatem regis æterni, quam infinita maiestas illius regis omnibus Sanctis eius præparauit: cui millia millium ministrant: & decies centena millia, assistunt ei. Coniuo te, & miser dæmon, per illam affectuosam, & liberalissimam communionem, quam habent illi celestes cines, quæ unusquisque, si quid gaudij habet, suis concubus communicat, & per eorum plenam, & inuicibilem concordiam, & pacem, quæ in Deo dul-

cissime

cissime conquiescunt. Coniuo te, & leclerate dæmon, per pulchritudinem illius celestis societatis, ubi omnes Sancti sine macula stant ante conspectum Dei, in quibus est plenitudo virtutum, charitas perfecta, lumen gloriæ, splendidissima visio deitatis, consummata coniunctio, cum fonte totius pulchritudinis, & decoris: ubi inestimabiliter deliciosum erit, conspiciere tam speciosissimum, splendidissimum, sanctissimumque consortium. Tibi autem, & omnibus amatoribus tuis: o iniquissime spiritus, & complicitibus, qualis ciuitas aduenit non celestis, quia illam perdidisti: quando subieci noluisti Deo, & Christo eius Filio, sicut ipse decreuerat. Nulla igitur Heb. 6. alia, quàm infernus, in quo cumulus, & congregatio omnium malorum inuenitur. Quia enim tu, & sequaces tui, tibi adherentes, impij scilicet homines, ut ingrattissimi peccatis contra vestrum conditorem, in quo peccato interfuit ingrattitudo, & irreuerentia Dei, negligentia tui, excecatio cordis, pigritia, seu accidia mentis, sultitia, inobedientia, peruersitas, improbus amor, & complacentia vana, sic etiam dignum fuit, ut varijs penis infernalibus affligeremini, quarum quædam sustinetis successiue, ut ignem, & frigus: al quas verò simul, ut ignis calorem, molestissimumque fortorem, famem, sitim, tenebras, & horrores, desperationem maxillissimam, pressuram, & angustiam mentis dolorosissimam, & penam damni: acutissimum, & vehementissimum frigus, mortus, turpido, & horror verminum edacissimorum est penalissimus, ac horrendus locus inferni, ut in te verificetur illud, quod de damnato dicitur: Vadent, & venient super eum errores, omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius: deplorabitque eum ignis, Job. 20. qui non succenditur: hæc autem, & omnia alia, quæ in tui miseriam nec dici, nec cogitari, nedum errari possunt, erunt ciuitas tua nefandissima, tibi que in præmium tuorum malorum, quæ impiè egisti, ignisque infernalis concrenatio sine lumine, & flamma comburens, sed tenebras non expelles: tibi habebis merorem de bonis amissis: dolorem de tormentis, penam de malis factis, & tanquam terminum habiturus. O infelicem, & pessimam comutationem: dimittere omnia bona, & acquirere ingentia mala. Desine igitur, & si non amorem Dei, quem semino odio habes, saltem timore penarum, quæ tibi in dies, ex operibus tuis malignis augentur: desine occupare hoc templum Christi N. & imaginem eius, quam ipse proprio sanguine redemit. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oratio.

Dionysius, ubi supra.

Mat. 7.

## Oratio.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui ut electos tuos per illam diuinam visionem ineffabili gloria beatificares, bona inenarrabilia, tua immensa clementia preparasti, & omnia mala ab illo cœlesti regno exclusisti, ubi in omni decore, gloria, & æterna felicitate te fruuntur, à qua spiritus rebelles, & tibi inobedientes, tua omnipotenti virtute expellendo, ad infernales pœnas & supplicia iustissime deputasti, ut æterni, & perenni igne punirentur: te piissime Pater omnipotens, humiliter exoramus, ut sicut Sanctos ad gloriam & reprobos ad gehennam deputasti, ita tua immensa benignitate, huic famulum tuum N. à dæmonio vexatum liberare, & liberatum tua gratia custodire digneris. Per Christum Dominum nostrum Amen.

## CONIVRATIO.

**C**oniuuro te, si iniquissime spiritus, per illam visionem, qua Sancti in illa cœlesti patria Deo fruuntur, quæ est præmium omnium beatorum, Deum scilicet videre, & in Deo vitam habere, esse cum Deo, & esse in Deo, qui est summum bonum, in quo est summa felicitas, summa iucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna securitas, secura æternitas. In ipso est vera læticia, plena scientia, omnis pulchritudo, omnis beatitudo, ibi pax sempiterna, pietas immensa, bonitas sempiterna, lux indeficiens, virtus quietissima, dulcedo suavis, vita perennis, gloria æterna, laus indicibilis, requies sempiterna, amicitia gloriosa, & concordia dulcis. Ibi ciues Sanctorum, & domestici Dei, & cohæredes Christi descripi sunt. Considera, ô bestia infernalis, gaudium & felicitatem illius beatissimi Regni, quam perdidisti, ubi est habitatio omnium lætantiu. Ibi enim non est senectus, nec senectutis defectus, & miseria, nec ullus miseræ locus, dum omnes occurrunt in vitam perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quid, ô miserima creatura, hac vita beatius, ubi non est paupertatis metus, nec ægritudinis imbecillitas? Ibi nemo irascitur, nemo læditur, nemo iniudet. Cupiditas nulla exardescit, nullum ibi desiderium, vel ambitio honoris, aut potestatis pulsat. Nullus terror gehennæ, nec mortis inuenitur, sed immortalitatis munere iucunda vita. Nulla mala tunc erunt: nusquam discordiæ, sed cuncta conuenientia: quia omnium Sanctorum vna erit concordia, pax & læticia cuncta continet tranquilla, & quæta super omnia. Inge splendor, & clarior, quanto felicitior: quia

illa ciuitas nõ egebit lumine Solis, quia Dominus Deus omnipotens illuminabit illam, & incœna eius est agnoui ubi Sancti frugebunt ut stellæ in perpetuas æternitates. Illique nox nulla erit: nullæ tenebræ, frigoris, ariditatis a perennis nulla. Verum hæc omnia nihil sunt respectu à iorum, quæ ibi illis beatissimis spiritus aderunt. Consociati scilicet choris Angelorum, & omnium cœlestium ciuium: sed sine comparatione multo gloriosior erit presentem vultum Dei cernere, incircumscriptum lumen videre. Superexcellens verò gloria erit, cum Deum in seipso videbimus, & habebimus in vobis, quem cernere suis non erit. Ibi portæ illius ciuitatis nitent margaritis, & eius plateæ auro mundissimo stentur, & muri pretiosissimis lapidibus constant. Ibi amœna semper vitent, & florent cynamomum, & balsamum, atque ineffabilem suauitatis odorem indefinenter spirant. Ibi pax, & requies, quæ exuperat omnem sensum, & dies æternus, & vnus omnium spiritus inueniuntur. Illic cetera securitas, secura æternitas, æterna tranquillitas, tranquilla felicitas, felix suauitas, & suavis iucunditas. Ibi incontaminatæ lætitiæ pelagus, sincerissimæ voluptatis torrentis, purissimæ delectationis abyssus inuenitur: quod est videre Deum Deorum in Sion, incomprehensibilem illam summe Trinitatis gloriam cernere, inestimabilem illam pulchritudinem clarissime contemplari, ineffabilemque illam dulcedinem perfecte gustare, vnde omnis pulchritudo, & dulcedo promanat. Et cum beatissima virgine Maria, cum omnibus Angelorum, & omnium Sanctorum choris perpetuum consortium habere: omnesque cœli ciues agnoscere, & singulis felicitate æterna gratulari. Ingemisce, miselle, ac ætandissime spiritus, & sine vlla spe, vlla de amissione tantorum honorum, & charismatum, quæ dementia, & temeritate tua tam miserabiliter perdidisti. O quam delectabile est illis benedictis spiritibus: & Sanctis omnibus introire in potentias Domini, & videre illam Angelorum felicissimam societatem, & solemnitatem illius superne lætitiæ: superabundantes diuitias bonitatis Dei inueniri. Ibi enim Sancti vident gloriæ decorem, Sanctorum splendorem, & regis potestatis honorem cognoscunt. Insper Patris potentiam, & Filij sapientiam, ac Spiritus sancti benignissimam bonitatem, & clementiam, & totius sanctissimæ Trinitatis notitiam cognoscere. O quam beatissimum erit, Deum in se ipso, ipsam in nobis, & nos in eo videre. Hæc enim erit summa felicitas nostra, quoniam intelligetur in suo puro esse sincerissima deitas, comprehendetur incom-

Ludom.  
cus Mo-  
dius et ca-  
nonis vite  
spiritualis.

Philos. 79.

4. Cor.

prehendi

prehenfibilis Trinitas, & Dei arcana patebunt. In cuius vifione tota mens beatorum fatiabitur: quia tibi indefeffa iubilatio, æterna laus, perenne gaudium, & immentia felicitas illis aderit. Coniuro te ꝑ iterum, maledicte dæmon, per illum, qui dixit: Ego fum alpha, & omega, initium, & finis, qui ficienti promifit dare aquam de fonte vitæ gratis, qui feruos fuos promifit glorificare in illa cœlefti Hierufalem, vbi nulla trifliria, fed fumma gloria erit, quando ipfe abfterget lachrymas ab oculis eorum: vbi mors non erit amplius, neque luctus, neque dolor erit vltra, que prima abierunt: quia Dominus Deus faciet omnia noua, quando in illo cœlefti tabernaculo, per gloriam habitabit cum hominibus, & ipfi populus eius erunt, & ipfe Deus cum eis erit eorum Deus. Coniuro te, ꝑ nefandiffime dæmon, per illum montem magnum, & altum, fuper quem Angelus fuffulit beatorum Ioannem, quando illi oftendit ciuitatem sanctam Hierufalem defcendentem de cœlo, habentem claritatem Dei, qui est Chriftus: quia humanitas Saluatoris noſtri de vero virginali nata, fuper montes exaltata eſt mons (inquã) magnus eſt Chriftus, ô inique dæmon, quia fua magnitudine replet totum mundum vt Deus, qui per immenſitatem fuam vbique eſt. Sed quia altitudini diuinitatis eſt vnica humanitas perſonaliter, non ſolum mons magnus, fed etiam altus eſt pechibetur. De illo ergo monte Ioanni ciuitas ſancta Hierufalem oftenditur: quia in eo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. Quia enim illa ſuprema ciuitas ex viſione, & æternæ pacis fruitione, ac ſanctorum ciuium congregatione conſtituitur, iteò Hierufalem cœleftis ciuitas ædificatur: que tamen in hæc peregrinationis terra, dum flagellis percutitur, & tribulationibus caduntur eius lapides, & quotidie quadrantur. Que primò ad angelo vocatur ſponſa, quando dicit: Sicut ſponſam ornata: deinde vocatur vxor agni, quia dum hic Ecclēſia peregrinatur in terris, ſponſatur Chriſto per fidem, & dilectionem: fed cum traducta, & copulata fuerit Chriſto, vxor eius erit per eius amplexus fruitionem.

## EXPROBRATIO IN SATANAM.

**O** Miſerrime, & iniquiſſime ſpiritus, vbi tibi creatur damnata, & omnibus ſpiritibus reprobaris, qui tot grãdia, vltra temeritate, amiſiſtis, & in illo terribili, tremendo, & formidabili iudicio ad infernale ſupplicium condemnandus eris, vbi ſempiterna vniuerſeque tormentata vobis perpetue infligentur.

infligentur: & vbi turbo diuinæ indignationis, & tempeſtas erumpens, fuper caput tuum, & omnium iniquorum ſuperueniet. Tunc enim, ô iniquiſſime ſpiritus, furor Domini non reuertetur, nec recedet à te, donec in te compleat cogitationes cordis ſui, quando dabit vos dæmones, & omnes impios in opprobrium ſempiternum, & ignominiam æternam. Illum igitur metue, ô bellia infernalis, ante cuius conſpectum omnes Angeli ſelectant genua, quem abyſſus cœremiſcit, cœlum, & terra, ac mare paueat, ad cuius imperium vniuerſa creaturæ comprouentur, & eius terrore concutuntur. Contremiſce (inquam) & tu caput omnium iniquorum, iudicem illum, qui metuendus tunc tibi, & omnibus tibi fauentibus apparebit. & rigorofiſſimè omnia tua nefanda opera diſcutiens, te horribiliter in flagnum ignis, & ſulphuris, & in penis perpetuis condemnabit. O ſcelerata, & inique ſpiritus, qui tot mala operari non deſinis, quid respondebis illi iuſtiſſimo iudici, quem horribiliter te in illo extremo iudicio, irato, & horribili, indignatōque vultu inſpicere, acerrimè increpare, & totaliter deſpicere, maximèque vniuerſeque & æternaliter reprobare videbis? Exiſtimas forſitan, ô miſelle, quòd tu effugies manus Dei grauiffimam, que ſuper te ventura eſt? Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: quia certiffimè adueniet dies illa horribilis, & indignatione plena. O qualis, & quanta tunc erit conſuſio tua, coram vniuerſitate Angelorum, & omnium creaturarum à ſummo iudice accuſari, conſundi, & de tuis iniquitatibus propalari. Quam intolerabile, & extremum dedecus, & opprobrium tibi erit, quando omnia tua ſcelera, & peccata, perenni, ac æternali igne infernali punientur? Qualis mortificatio? que deſolatio? quam acerbiffima deſperatio, ineffabilique anguſtia, & præſara tibi, & omnibus iniquis erit, cum te videris reprobari, & in infernum precipitari, atque æterno incendio tradi? vbi nullus ordo, fed ſempiternus horroꝝ inhabitat, & vbi acerrimè cruciaberis, qui locus verè tibi, & omnibus à Deo auerſis, omniſque malitia obſtinatis, vt viliſſimus, ſordidiſſimus, fetidiſſimus, obſcuriſſimus, ac ſolo aſpectu horribiliſſimus debetur, vbi nulla requies inueniri poteſt, fed continuus dolor, ſæua vexatio, lachrymabilis, ac mæliſſimus æterus, & vltacatus tuus, & omnium damnatorum audietur: ſuper quos pluent nix, grando, ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum. Hæc, & alia que nec cogitari, nedum enarrari poſſunt, erunt pars cœlicis tui, & omnium damnatorum, quibus fruictus es in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Hic interroga spiritum de exitu, & de impedimentis, quibus ibi detinetur, & illa remoue: & si adhuc spiritus non recesserit, fac profumigationes, ut supra: deinde sequere forti animo, & audacter, hoc modo.*

## Oratio.

**D**omine Deus omnipotens, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui per unigenitum Filium tuum Iesum Christum, Sacramentum Baptismatis ad salutem humani generis instituire voluisti, & per lignum sanctæ Crucis electos tuos tibi fideliter seruientes, de hoste antiquo, & tua benignitate triumphare fecisti, qui etiam quotidie illos ad veræ penitentiae fructus afferendos, tua gratia vocare non desinis: te humiliter rogo, ut interueniente eiusdem Filij tui passionis hunc famulum tuum N. à diabolica vexatione liberes, & liberatum, in tua gratia conferues. Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

## CONIVRATIO.

Apo. c. 12.

**C**oniuo te, & scelerare dæmon, per illum fluium aquæ viuæ, qui procedit de sede Dei, & agni, cuius aqua fluit nobis æternam benedictionem: per fontem enim beatissimi, qui procedit de sede Dei, qui potest omnia creare, & dare sacramentis virtutem efficiendi quod significant: & agni, qui instruit Sacramentum Baptismi, Ecclesia Deo coniungitur: quia in Sanctis, in quibus principaliter Deus sedet, hæc aqua baptismi maximè reperitur. In medio igitur plateæ fontem baptismi esse ostendit Christus: quia in medio Ecclesiæ à Deo, & à Christo constat descendere. Coniuo te, & spurcissime dæmon, per sacratissimum illud lignum vitæ, quod est ex utraque parte fluminis, afferentem fructus duodecim per singulos menses, quod est crux Christi. Nullum enim est lignum, quod omni tempore fructificet, nisi Crux Christi, quam gestant fideles, qui irrigantur aqua ecclesiastici fluminis, qui reddunt fructum omni tempore, & per totum annum: & non solum omnibus mensibus, sed etiam omnibus diebus. Coniuo te, & impiissime dæmon, per omnia verba sacra, & diuina mysteria, quæ ab Angelo reuelata fuerunt beato Ioanni, quæ, qui custodierit, beatus erit (inquit ipse): Beatus est, qui custodit verba prophetiæ libri huius: quia sunt vera, & fidelissima: quia triplici testimonio probata sunt: & primò per Dominum inspirantem donum spirituum omnium prophetarum. Coniuo te, & sceleratissime dæmon, & per illum secundum testem

Ibidem.

Ibidem.

id est Angelum à Deo missum, qui beato Ioanni hæc reuelauit. Omnia namque, quæ de Christo in carne venturo, passuro, & resurrecturo in lege figurata sunt, ministerio Angelorum Sanctis reuelata sunt. Et per tertium testimonium te coniuo, & qui fuit beatissimus Ioannes: quia hæc omnia mysteria in spiritu vidit, & audiuit, cuius testimonium quæ sit, Ecclesia in eius Euangelio de ipso loquens, declarat, dicens: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, Iou. 21. & scimus quia verum est testimonium eius. Coniuo te, & nequissime spiritus, per illum, qui citò venturus est, cuius merces cum ipso est: qui dat unicuique iuxta opera sua: qui dicit: Beati, qui lauant stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatem, id est Christus, qui est principium per diuinitatem, & finis per assumptam humanitatem. Est principium manens æternaliter cum Patre, & finis natus temporaliter ex Matre. Beati, qui lauant stolas suas in sanguine agni, id est qui corpora sua fonte baptismatis purgant: quia ij intrabunt ciuitatem per portas, scilicet Ecclesiæ, quæ sunt Sacramenta, quibus datur nobis vita æterna, mediantibus bonis operibus per gratiam Christi factis, qui dicit: Ego Iesus misi Angelum meum, id est Ioannem testificari hæc Ecclesiis, ut omnes sciant hæc vera esse. Coniuo te, & pessime dæmon, per illam vocationem, qua vnumquemque Spiritus sanctus, & Ecclesia ad supernam patriam vocant, dicentes: Veni, veni ad cælestem conuiuium, ad carnam agni. Ad aquam accedentem, oportet habere ornamenta suæ salutis, quæ sunt fides, & opera veri Christiani, ut dignè possit effici particeps illius cælestis fruitionis, quam Deus præparauit dil. gentibus se: quam tu, nefandissime spiritus, tua peruersa superbia & scelerata voluntate perdidisti, quando ut rebellis, & ingratus recessisti ab illa diuina, & cælesti contemplatione Dei omnipotentis, & à consortio sanctorum Angelorum, & cælestium, ciuium. Per hæc, & omnia alia, quibus tu maledicte, ac nefandissime spiritus, in virtute Dei adiurari, cogi, constringi, ligari fugari torqueri, damnari, arctari, & cruciari potes, & ad penas infernales, ac tormenta mitti, te constringo, ut omni mora postposita, sine vlla rebellionem, & contradictionem aliqua festinanter ab hac creatura Dei N. sine lachryone, nocumento, & terrore aliquo ipsius, & omnium assistantium excas, & recedas, fractis omnibus vinculis, & ligaminibus cuiuscunque conditionis, & potentia existant, quibus tu, iniquissime spiritus, hinc teneris, & vadas ad sedes infernales, vel ad loca tibi à Christo depu-

Apo. c. 21.

Ibidem.

Ex flagel. Io dæmonum.

rata, nullatenus ad eam rediturus. Quod si more tuo bestialissimo, mandatis, & præceptis meis, tibi in virtute Dei omnipotentis factis obedire contempseris, per omnia supradicta verba, & adiurationes, contra vos coniuero Luciferum, & omnes spiritus infernales, quatenus per virtutem sanctissimi nominis Dei Tetragrammaton, & per passionem Domini nostri Iesu Christi, contra te, & omnes tibi fauentes, omni sua ira, & indignatione, ac furore irruant, & insurgant, & te ad infernum ducant, & in locum duriores te præcipient, & ligent tibi omnibus penis, & cruciatibus, durius, & acrius solito cruciandus: quia tantis, & tam sacratissimis nominibus, & mysteriis Dei rebellis fuisti. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & ira, ac indignatio beate Virginis Mariæ, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius Curie celestis veniant, & festinanter descendant super te, spiritus iugratissime, & omnes tibi fauentes, & ego, ut minister Christi (licet immeritus) tibi præcipio, proditor, & iniquissime spiritus, ut exiens ab hac creatura Dei N. ipsam sanam, & liberam, nobis dimittas. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te, maledicte dæmon, & sæculum per ignem. Amen.

## DEPRECATIO DAVIDICA.

*Apoc. 12.* **D**omine Deus omnipotens, qui maxima virtute, & potentia tua, rebelles Angelos inimicos tuos contra te superbentes à cælo expellens, ad infernum deputasti, per eandem potentiam, & virtutem tuam te supplico, ut expellere digneris hos dæmones ab hac creatura tua N. quam sanguine Filij tui redimere dignatus es. Expelle igitur illos in virtute tua: & tanquam vas figuli confringe eos. Exurge, Domine, & salua hunc famulum tuum N. & percutite omnes aduersantes illi sine causa. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, lingua suis dolose agebant: iudica illos Deus. Decidunt à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te, Domine. Erubescant igitur, Domine Deus meus, vehementer omnes inimici tui isti, auertantur retrorsum, & erubescant valde velociter. Exurge, Domine Deus meus, & exaltetur manus tua: & ne obliuiscaris vocem meam: iustitiam adiutorium meum à te: qui saluos facis sperantes in te, Domine. Conuertantur ij dæmones in infernum, & omnes, qui obliuiscun-

ant te. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, & dolo, sub lingua eorum labor, & dolor. Quia dilexerunt iniquitatem, & oderunt propriam salutem: ideo emitte super illos ignem, sulphur, & spiritus procellarum, quæ est pars Calicis eorum. Disperde Domine vniuersa labia eorum dolosa: & linguam magniloquam. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis: non est qui faciat bonum. Omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt: veloces pedes eorum ad perdendas animas. Non est timor tuus ante oculos eorum, ideo viam pacis non cognouerunt. Dominum *Ibidem,* non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Exurge, Domine præueni eum, & supplantam eum: eripe hanc creaturam tuam ab impio. Emitte saggittas tuas, & dissipabis eos: fulgura multiplica, & conturbabis eos. Persequere inimicos tuos istos, & comprehende eos: & non conuertantur, donec deficiant. Confringe eos, nec poterunt stare, cadant subrus pedes meos. Exurge, Domine, & supplantam insurgentes in seruos tuos, & disperge odientes te, Domine. *Psalm. 17.* Commine eos ut puluerem ante faciem venti: ut lutum platearum dele eos. Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt: & disperdat eos à filiis hominum. Pone eos ut cibum ignis in tempore vultus tui, Domine: & in ira tua conturbabis eos, & decurabit eos ignis. Confundantur illi dæmones iniqua agentes, superuacue. Dextera tua, Domine, fecit virtutem dexteram tuam erige aduersus hos inimicos tuos facientes iniquitatem. Erubescant igitur inimici tui isti, & deducantur in infernum: muta sicut labia dolosa. Proice eos à facie oculorum tuorum: retribue abundanter facientibus superbiam. Iudica, Domine, nocentes me: expugna impugnantes me: Apprehende arma, & scutum: & exurge in adiutorium *Psalm. 34.* mihi. Effunde frameam, & concludite aduersus hos dæmones: qui persequuntur hanc creaturam tuam N. Erue eam protector meus, Domine. Confundantur, & reuertantur querentes animam eius: auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes illi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & Angeli tui coarctent illos. Fiant vice illorum tenebre, & lubricum: & Angeli tui persequantur illos. Veniat illis laqueus, quem ignorant, & captio, quam absconderunt: & cadant in idipsum. Et tu, Domine, exurge in adiutorium meum: & dissipa eos protector meus, Domine. Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus *Psalm. 34.* in causam meam. Non dicant in corde suo, euge euge anima tua: nec dicant, decurabimus eum. Induantur confusione,

sione, & pudores qui quærit mala huic creaturæ tuæ. Euagi-  
na gladium, & tende super eos arcum iræ tuæ, & trucidabis  
eos, quia tunc conterentur, & confundentur in tempore  
malo: quemadmodum funus deficient, & damnabis eos,  
cum ind:caueris illos. Exurge ergo, quare obdormis, Domi-  
ne: Exurge, & ne repellas preces nostras in sinem. Exurge, Do-  
mine, adiuua nos: & respice nos propter nomen tuum.  
Quia isti dæmones sicut oues in inferno positi sunt: mors  
depalet eos. Auxilium eorum veterasceat in inferno: & glo-  
ria eorum. Ignis in conspectu eorum exardescet: & in circui-  
ta eorum tempestas valida. Nolite igitur, miserrimi demo-  
nes, gloriari in malignantibus, qui potentes estis in ini-  
quitate. Dilexistis malitiam super benignitatem: iniquita-  
tem magis, quam loqui æquitatem. Propterea Deus destruet  
vos in finem, enellet, & emigrabit vos de hoc tabernaculo  
suo: & radicem vestram de terra viuentium. Præcipita Domi-  
ne Deus, & diuide linguas eorum: veniat mors super illos,  
& descendant in infernum viuentes. Exurge, Domine, & con-  
tere eorum dentes in ore ipsorum: vt ad nihilum deueniant.  
Absorbe eos in ira tua, Domine: exurge Deus Israël, &  
disperge illos, & depone eos, protector noster Domine:  
Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: fugiant, qui  
oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficient:  
sicut fuit cera à facie ignis: sic pereant peccatores à facie  
Dei. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suo-  
rum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Ob-  
scurantur oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum sem-  
per incurus. Effunde super eos iram tuam, & furor tuus  
comprehendat eos. Fiar habitatio eorum deserta, & in taber-  
naculis eorum non sit, qui inhabitet. Quoniam quem tu per-  
cussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum eius  
addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eo-  
rum: & non intreat in iustitiam tuam. Deleantur de libro  
viuentium: & cum iustis non scribantur: Deus in adiuto-  
rium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.  
Confundantur, & reuertantur: qui quærit animam illius  
famuli tui N. Auertantur retrorsum, qui volunt illi mala.  
Auertantur statim, & erubescant: qui dicunt illi, euge,  
euge. Confundantur, & deficient vexantes animam eius: ope-  
riantur confusione, & pudore, qui quærit illi mala. Facti  
sunt in desolationem, subito defecerunt: perierunt pro-  
pter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium, Domi-  
ne, in ciuitate tua: imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quanta

Quanta malignatus est inimicus iste in Sanctis tuis, incendit  
igne suæ malitiæ sanctuarium tuum, polluit in terra taber-  
naculum nominis tui. Vt quid, Domine, auertis manum  
tuam, & dexteram tuam Deus meus: qui contribulasti capita  
draconum in aquis? Respice ergo in testamentum tuum: &  
animam illius pauperis tui ne oblitiscaris in sinem. Tu terri-  
bilis es: quis resistet tibi in ira tua? Tentauerunt te Deus in  
cordibus suis, & malè locuti sunt de te: ideo ira tua descendit  
super eos. Effunde iram tuam in istos dæmones: qui te co-  
gnoscere nolunt: & in regnum eorum, quia nomen tuum non  
inuoauerunt. Excita potentiam tuam, & veni, vt salues hunc  
famulum tuum: Deus virtutum conuertere, respice de celo, &  
vide, & visita vineam istam: & perfrice eam, quæ plantauit dex-  
tera tua. Exurge Deus meus, quoniam qui te oderunt, exule-  
runt caput: & super hanc creaturam tuam malignati sunt. Om-  
nes principes eorum dixerunt: hereditati possideamus sanctua-  
rium Dei. Fac illos sicut Madiam, & Sifare, sicut Iabim in tor-  
rente Cyson. Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb: & Ze-  
be, & Salinana: Deus meus pone illos vt rotam: sicut stipulam  
ante faciem venti. Sicut ignis, qui comburit syluam, & sicut  
flamma comburēs montes, ita persequeris illos in tempestare  
tua, & in ira tua conturbabis eos. Erubescant: & conturben-  
tur in seculum seculi, pereant, & confundantur. Respice in  
me, & saluum fac Filium ancillæ tuæ, fac mecum signum in  
bonum, vt videant, qui te oderunt, & confundantur: quoniam  
tu, Domine, adiuuisti me, & consolatus es me. Disperge eos in  
furore tuo, & conturba eos: quia nō posuerunt te in conspectu  
suo. Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leo-  
nem, & draconem. Disperge omnes, qui operantur iniquitatem:  
& redde illis iniquitatem ipsorum. Confundantur omnes, qui  
adorant sculptilia: qui gloriantur in simulacris tuis. Ipsi peri-  
bunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum vetera-  
scent. Et sicut oportoriū mutabis eos, & mutabuntur: tu autem  
idem ipse es, & anni tui non deficient. Deficiant peccatores,  
& iniqui, ita vt non sint: vt omnes benedicant Dominum.  
Contriuisti, Domine, portas arcas: & vectes ferreos con-  
fregisti. Da nobis, Domine, auxilium tuum: & in te facie-  
mus virtutem. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis  
sapientia eorum deuorata est. Cum iudicantur, excant con-  
dennati, & desiderium eorum fiat inane. Fiant dies eo-  
rum pauci: & eiciantur de habitatione ista. Non sit illis adiu-  
tor: & nomina eorum deleantur de libro viuentium. Quo-  
niam dilexerunt maledictionem, veniet eis: noluerunt bene-  
dici

ditionem, & elongata est ab eis. Qui insurgunt in hunc famulum tuum N. iniuste, confundantur: ut ipse de liberatione sua lateat. Et quia iniuste iniquitatem fecerunt in illum: ideo latet, quando facies de suis persecutoribus iudicium. Surge, Domine, & eripe hunc famulum tuum ab iniuris demonibus: libera eum de manibus eorum. Disperde omnes inimicos eius: qui tribulant animam suam. Domine, inclina celos tuos, & descende: tange demones illos, & dissipabis eos. Fulgura contumacitatem, & dissipabis eos: & mitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Exibunt spiritus illi, & reuertentur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua Domine percussit inimicos: & in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios tuos. Mitte, Domine iram tuam, quae deuoret eos sicut stipulam: submerge eos, quasi plumbum in aquis uehementibus. Irruat super eos formido, & pavor: in magnitudine brachij tui. Fiant immobilis quasi lapis: ut liberetur seruus tuus iste, quem possedisti. Egrediantur demones illi ante pedes meos: & corruant in terram in furore tuo, Domine. Quia tu occidis, tu uiuere facis, percutis, & sanas: & non est, qui de manu tua possit erueri. Qui reddis ultionem hostibus tuis, qui te oderunt, retribuis. Inebria sagittas tuas sanguine, & gladius tuus deuorabit hos demones. Et sicut tu Deus meus es ille potentissimus, qui fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui: deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Sic Domine sancte Pater omnipotens aeternae Deus, libera hunc famulum tuum N. ab hac diabolica vexatione, per passionem, & mortem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare uiuos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

## CONIURATIO.

Termin coniuato te, sanctissime spiritus, per illam aeternam beatitudinem Dei omnipotentis, qui est fons sapientiae, lumen indeficiens, & inextinguibile, in quo omnis mens satiabitur: & iucundabitur, in quo fruamur illa diuina essentia, quae est praemium beatorum, & diadema decoris eorum, laetitia sempiterna, quae exuperat omnem sensum. Ibi in lumine Dei uidebimus lumen, lumen immensum, lumen incorporeum, incorruptibile, incomprehensibile, lumen indeficiens, inextinguibile, & inaccessibile, lumen diuinum, quod illuminat oculos Angelorum, quod iustificat iuuentutem Sancto

Sanctorum: ibi uidebimus Deum sicuti est: quia uidebimus gloriam, & faciem Dei uiri, cognoscemus Patris potentiam, Filij sapientiam, & Spiritus sancti clementiam, ac summam ipsius sanctissimae Trinitatis unam, & indiuiduam essentiam. Ibi habebimus Deum omnipotentem, qui est summum bonum, gaudium Angelorum, atque omnium Sanctorum, praemium uitae aeternae, gloria spirituum, corona decoris, brauium felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum, & aeternum gaudium, uita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium aeternitatis, & pax Dei aeterna. Ibi erit tota gloria uostrae: quia uidebimus faciem Dei nostri, qui fecit caelum, & terram, qui creauit nos, qui saluauit, & glorificauit nos: quem uidentem cognoscemus, amabimus, diligemus, & possidebimus Deum uinum, & uerum Patrem omnipotentem, inuisibilem, & incomprehensibilem, Filiumque eius unigenitum & coaeternum, & consubstantialem, Dominum nostrum Iesum Christum, quem pro nostra salute Pater misit in mundum: & Spiritum sanctum paraclitum a Patre, Filioque procedentem, unum Deum in essentia, & trinum in personis, quem omnes Sancti, & electi Dei indefectis uocibus laudant, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Per haec, & omnia alia, quibus tu, malefice spiritus, potes adiurari, cogi, constringi, ligari, fugari, ardari, cruciari, expelli, & ad poenas inferni mitti, te constringo, ut amoto omni impedimento, & omni mora postposita, ex eas ab hac creatura Dei N. cum omnibus sociis, & maleficiis tuis, & uadas ad sedes infernales, uel ad loca tibi a Christo deputata: ad eam nunquam rediturus. In nomine Pa tris, & Fi lii, & Spiritus sancti.

Amen.

Explicit Exorcismus Quintus.

k 5

EXOR

## EXORCISMVS VI.

POTENTISSIMVS, MIRABILIS-  
que efficaciam ad expellendas omnes facturas,  
maleficia, praestigia, ligaturas, & opus  
nefarium diaboli de oppressis  
corporibus humanis.

**Exorcista** cupiens cum Dei adiutorio maleficia, & fa-  
cturas à demonibus, & maleficijs, curare, prius de-  
bet perquirere omnia instrumenta maleficialia, omni  
diligentia, qua poterit, & inuenta, iure benedicto  
illa comburere. Postea induens stola, & cotta, pergens  
ad Ecclesiam unam cum inferno, & stans ante Alta-  
re, posita manu super caput maleficiati, & illum signo  
crucis muniens, voce intelligibili, maxima cum deuo-  
tione dicat.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**EXTINGVATUR** in te N. omnis virtus diaboli,  
per impositionem manuum mearum, imò per inuoca-  
tionem omnium Sanctorum Archangelorum, An-  
gelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Mar-  
tyrum, Confessorum, atque Virginum, & omnium simul  
Sanctorum. Amen.

Deinde inuocando diuinum auxilium dicat.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit  
caelum, & terram. *V.* Domine exaudi orationem meam.  
*R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum.  
*R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

*Psal. 13.* **D**omine Deus omnipotens, qui es Deus magnus, poten-  
tissimus, fortis, & admirabilis, qui lucem habitas inacces-  
sibilem, qui vniuersa, quae ex nihilo condidisti, mirabiliter  
regis, & gubernas. Deus, cui proprium est misereri semper, &  
parcere, te supplices deprecamur, ac petimus, vt misericor-  
diam tuam piissimam super hanc creaturam tuam N. osten-  
dere digneris, & libera eam ab omnibus maleficijs, & incan-  
tationibus

tationibus sibi arte diabolica factis, cuiuscumque virtutis, & po-  
tentiae existant. Domine Iesu Christe, qui est verbum sapien-  
tiae, & vnicus Filius aeterni Patris, per pietatem, & misericor-  
diam illam, qua te huic mandum venisti, vt dissolueres ope-  
ra diaboli, te humiliter exoramus vt dissoluere, & ad nihilum  
redigere digneris omnia vincula, incantationes, fascinatio-  
nes, praestigia, ligaturas, & facturas, arte diabolica factas huic  
famulo tuo N. cuiuscumque conditionis, virtutis, & poten-  
tiae existant, ita vt confringantur, & statim deficiant, sicut de-  
ficit fumus, & sicut fluit cera à facie ignis, & amoueantur à  
quocumque loco, per virtutem sanctissimi nominis tui. Custodi  
que sumas, Domine, hunc famulum tuum N. ad omni vin-  
culo diabolico, necnon à malignis spiritibus: & sicut libera-  
sti Adam, & genus humanum de faucibus inferni, & de aeterna  
damnatione, ita tua pietate, & misericordia illum liberare  
digneris à maleficiorum ligaminibus. Et tu Deus Pater om-  
nipotens pone manum tuam dexteram plenam larga benedi-  
ctione super illum, & reple eum aeternis benedictionibus. Et  
sicut tu es Deus omnipotens, cuius voluntati nemo potest re-  
sistere, Domine, non permittas aliquem contradicere fas ma-  
leficijs huic famulo tuo N. à quo hodie, & semper omnes in-  
fidelis, omnes virtutes diaboli, & ministrorum eius, elongen-  
tur, & ab eo expellantur. Et sicut dignatus es soluere vincula  
beati Petri Apostoli per manus sancti Angeli tui, ita tua mi-  
sericordia dissoluere digneris omnes facturas, & maleficia fa-  
cta, vel quae sicut huic famulo tuo N. ita vt non habeant po-  
testatem super eum. Resolue ergo Domine Deus omnes in-  
cantationes, facturas, & omnia maleficia Satanae, & ministro-  
rum eius, quae per inuocatioes, & virtutes diaboli facta fue-  
runt, aut sicut huic creaturae tuae N. per eum, qui venturus est  
iudicare viuos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aegrotum aqua benedicta: postea  
incipiat demones, & maleficia adiuuare hoc modo,*

*CONIVRATIO.*

**C**oniuo vos tres demones infernales. Spiritus maligni, qui  
confertis malum contra hanc creaturam Dei N. & qui fabri-  
callis, vel conseruatis maleficium contra ipsam fabricatum, &  
factum, per Deum Patrem omnipotentem, & Filiumque eius  
vnicum Dominum nostrum Iesum Christum, & per Spiritum  
sanctum paraclytum ab utroque procedentem: & vobis  
praecipio, quae noxia, & noxia estis huic famulo Dei N. vbi-  
cumque sitis, siue sitis maleficia, vel veneficia, seu praestigia,

aut

*Psal. 67.*

*Col. 1.*

*Heb. 13.*

*Act. 12.*

*Matt. 23.*

*Ex Sym-  
bolo Ni-  
ceno.*



aut incantationes, fascinoes, figuræ, facturæ, ligaturæ,  
 & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius, ue  
 iam facta, siue quæ fuerint, agnita, vel incognita, per Deum vi-  
 uum, & per Deum verum, per Deum sanctum, & per sacratis-  
 simum, tremendum, honorandum, & glorificandū uomen Dei  
 Adonay, ut non nocentis huic famulo Dei N. neque illi ap-  
 propinquetis, nec ad omnia, quæ ad illum pertinent, sed rece-  
 dite ab eo, & ab omnibus rebus eius, & destrua mini à poten-  
 tissima manu Dei, ut ad nihilum statim deueniatis & deficia-  
 tis ab eo, sicut defecit fumus, & sicut fuit cera à facie ignis, ut  
 remoto omni impedimento satanæ & ministrorum eius, om-  
 ni mora postposita, resister, & effectualiter, sine fraude,  
 dolo, & fallacia, vos demones destruaris omnia maleficia, in-  
 cantationes, fascinoes, ligaturæ, figuræ, facturæ, &  
 omne opus nefarium diaboli arte diabolica factam, & per no-  
 men Dei uiui, & per virtutem eius, qui est Alpha, & Omega,  
 Principium, & Finis, carens principio, & sine, qui ambulat su-  
 per pennas ventorum, qui omnia ex nihilo sua omnipotenti  
 virtute creauit, per quem omnes sancti, & electi Dei beatifi-  
 cantur in maiestate diuinæ essentia eius, ante cuius faciem  
 ignis procedet, & insinabit vos iniucos suos. Coniuro vos  
 & demones rebelles Dei omnipotentis, & abominabiles spi-  
 ritus, inimici triumphatoris Iesu Christi Nazareni, spiritus  
 maledictissimi, & quædam infernales, spiritus inuidi, spiritus  
 damnati, & reprobari, inimici humani generis, qui non ces-  
 satis hanc creaturam Dei N. ledere, & vestris maleficiis vexare,  
 per potentiam illius, qui vos in tanta dignitate creauit: qui  
 uobis inexcogitabilem fortitudinem parauit: qui vos superbien-  
 tes cum compliibus vestris eliminauit: qui vos à con-  
 sortio honorum spiritualium ad sedes tartareas damnando  
 exterminauit: qui vos in igne, & sulphure cruciandos ligauit:  
 qui de interemta uirgine Maria, sumpta carne passibili, pedi-  
 bus supra mare ambulauit: qui Petro sub aquis labenti, dexte-  
 ram porrexit: qui caeco nato oculos aperuit: qui Lazarum de  
 monumento suscitauit: qui Mariam Magdalenam à mali-  
 gnis spiritibus, & omnibus peccatis tum potenter, tum miseri-  
 corditer absoluit, & liberauit: qui suis discipulis per orbis  
 spatia diffusis, te deiecit, & fugauit: qui in die nonissimo te cū  
 tuis compliibus in lacum ignis, & sulphuris, in tenebris per-  
 petuis relegabit: per ipsam, inquam, vos coniuro, ac pontif-  
 ficis uobis præcipio per virtutem omnium coniurationum,  
 alligationum, & vinculorum, quibus in nomine Domini no-  
 stri Iesu Christi coniurari, constringi, ligari, sugari, cruciari,  
 torqueri,

torqueri, & coactari: vel ad poenas aliquas damnari potestis,  
 ut protinus destruaris, & ad nihilum redigatis omnia malefi-  
 cia, incantationes, fascinoes, figuræ, facturæ, ligaturæ, figuræ,  
 & omnia opera diaboli, & ministrorum eius. Coniuro &  
 vos demones, qui fabricatis, conseruatis, & assistitis præ-  
 dictis maleficiis, & incantationibus, huic creaturæ Dei N.  
 factis, siue illæ sint fabricatæ in igne, aëre, aqua, vel terræ:  
 siue ex aliqua imagine fabricata, ex quacunque materia sint,  
 siue maleficium sit factum in auro, argento, ære, plumbo, vel  
 ligno, siue aliquo sillato ex lana, ligno vel bombyce: vel ex  
 plumis animalium contextum, siue illud sit factum ex ossibus  
 hominis mortui, vel animalium quadrupedum uolatilium,  
 piscium, vel serpentium, vel ex omnibus sumentibus, & fru-  
 ctibus terræ, & arborum vel maris: siue illud sit fabricatum  
 ex charta uirginea, vel papirea, vel in ligno, aut in aliqui-  
 bus herbis, vel lapidibus, aut in piscibus maris, fluminum,  
 vel paludum, siue illud sit in aliquo Christianorum, seu He-  
 bræorum, vel Paganorum, seu aliorum infidelium, aut sit in  
 agro, vel uinea, siue in montibus, uallibus, vel in fontibus,  
 vel extra, & in quacunque parte mundi, siue in Oriente, Occi-  
 dente, Meridie, vel Septentrione, aut sit in uestibus, ciuitatis,  
 & omnibus indumentis huius famuli Dei N. aut sit in dome-  
 camera, lecto eius, aut supra lectum, vel sub lecto, siue sit in  
 parietibus, angulis, vel officinis, aut in rebus domus eius, aut  
 in arbore, fouea, vel puteo, siue sit in profundo, siue in aby-  
 sso, vel in sylua, seu in antris, vel speluncis solitariis, & si est in  
 deserto loco, vel in flumine aliquo, siue sit in aquis marium,  
 fontium, fluminum, & paludum, vel in quacunque statua au-  
 rea, argentea, ærea, plumbea, cerea, vel hynea, aut lutea, vel  
 ex quacunque alia materia fabricata, siue tale maleficium sit  
 factum in annulo, siue sit in iuncturis membrorum huius  
 famuli Dei N. siue sit datum illi in cibo, vel potu à quocun-  
 que malefico, vel malefica, siue sit positum in fundamentis  
 domus eius, vel sub limine ostij, aut in ingresso domus eius,  
 & in quibuscunque locis, in quibus ipse habitat, & quæ sit,  
 siue illud sit positum in puteo, fouea, vel stagnis, aut uia,  
 vel semita, in horto, vel conuento, aut sit in igne, aëre, aqua,  
 & terra, vel vento, aut in quocunque loco nobis uoco, vel  
 ignoto, per nomen magnam Dei Adonay, & per virtutem  
 eius uobis præcipio, ut non habeatis potestatem con-  
 seruandi illud, sed per uirtutem passionis Domini nostri  
 Iesu Christi, illa ad nihilum redigatis, ac si facta non fu-  
 isent, & per illum, qui orbem conuenere facit, uobis imperet,  
 &

Ex oratio-  
ne S. Cy-  
prini.

Ex eadem  
oratio.

Ex eadem.

Ex eadem.

Exoratio  
ne S. Cy-  
priani.

Dan. 3.

Luc. 1.

Exod. 14.

Col. 1.

& mando, vt non habeatis auctoritatem, potestatem, & virtutem nocendi huic creaturæ Dei N. in die, neque in nocte, orando, nec vigilando, neque dormiendo, nec stando, neque ambulando, vel sedendo, comedendo, aut bibendo, vel aliquid aliud faciendo, neque in vlla hora diei, vel noctis, vel habeatis potestatem, ingrediendi domum eius, vestris maleficiis, aut ibi stando, vel morando in eius domo, camera, lecto, & habitatione eius, neque in vlla figura apparere ei possitis, illi terrorem incutiendo, sed liberam, & sanam, & sine vlla læsione animæ, & corporis illam relinquatis, destructis omnibus maleficiis, incantationibus, & facturis, illi arte diabolica factis, sicut Deus liberavit tres pueros de camino ignis ardētis, quos flamma non tetigit, & sicut Deus resoluit vincula, & ligamina eorum, ita dissoluantur omnia vincula, ligamina, & incantationes, omniāque mala facturarum, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius ab hac imagine Christi N. & ab illo remoueatur per Sanguinem Domini Iesu Christi, qui propter nostram salutem effusus est, & sic vt solutum fuit vinculum lingue Zacchariæ prophete, ita dissoluto hunc famulum Dei N. ab omni ligamento, fascino, & maleficio sibi arte diabolica facto, & ab omni factura, & vinculo diabolico, per potentiam, & virtutem illam, qua Deus diuisit mare rubrum, per quod populus Israëliticus suis pedibus transiuit, & per virtutem illam, qua Christus Lazarus à monumento suscitauit, & languidum sanauit, atque cæcum natum illuminauit, & per potentiam illam, qua ipse portas inferni destruxit, & sua omnipotentē virtute ianuam cæli aperuit.

*Hic Exorcista aspergat infernum aqua benedicta in  
modum Crucis, deinde dicat.*

*Oratio.*

Iudith. 7.

Exod. 8.

**D**omine Deus omnipotens, rex æternorum, & moderator omnium seculorum, incorruptibilis, inuisibilis & imense maiestatis, magnus, & incomprehensibilis rector, potens, & immortalis, Adonay magne, & admirabilis Deus Deorum, omniūque creator, qui sedes super Cherubin, & Seraphim, Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, te suppliciter deprecamur, vt tua potenti virtute, per passionem eiusdem Filij tui dissoluere digneris omnia maleficia, ligamina, & incantationes, præstigia, veneficia, & colligationes diaboli & ministrorum eius huic famulo tuo N. arte diabolica facta, sicut de auxilijs magica signata Magorum Ægyptiorum, & non per-

mittas

mittas illi amplius nocere, sed libera eum ab omnibus maleficiis, incantationibus, fascinoibus, ligaturis, signaturis, & facturis, ac malis umbris, & dissolue omnia præstigia, & omne opus nefarium Satanae illi factum. Aperi ei Domine Deus meus ianuam misericordiae tuae, & libera eum per intercessionem B. Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi. Et per omnes sanctos Angelos, Archangelos, & Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphim. Et per sanctum Ioannem Baptistam, per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, & Euangelistas tuos: per omnes sanctos Innocentes, Martyres, & Confessores, atque Doctores: per omnes sanctos Sacerdotes, & Leuitas, Monachos, & Eremitas: per omnes sanctas Virgines, Viduas, & Continentes, & per totam cælestem Curiam. Et sicut liberaisti Susannam de falso crimine, Dauid de manu Coliæ, Iudith, & populum suum de manu Holofernis ducis regis Assyriorum, sic liberare digneris hunc famulum tuum N. ab omni potestate diaboli, & ministrorum eius. Et disrumpe omnia vincula maleficiorum, atque constringe omnia maleficia, incantationes, fascinoes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus diaboli, & machinamenta eius. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

*CONIURATIO.*

**C**oniuro vos ¶ demones, & omnia, quæ per maleficium diaboli noxia, & nociua estis huic creaturæ Dei N. per Deum Patrem omnipotentem, qui diuisit lacem à tenebris, & stabilis cælos, & eis mensuram ponens: & per illum, qui locutus est Moysi in monte Synai, quando dedit legem filijs Israël, & qui in deserto per quadraginta annos satiauit eos manna, & ex petra aquam eduxit eis ad bibendum, vt statim, & sine mora recedatis ab ea, & ipsam sine læsione relinquatis. Coniuro vos ¶ iterum per Deum omnipotentem Patrem Domini nostri Iesu Christi, & per Filium eius, & per Spiritum sanctum

Dicitur  
Dama. in  
serm.  
Adm-  
pationis.

Dan. 3.

Gen. 1.

1. Cor. 12.

vos ¶

Ibidem.

vos & omnes spiritus malignos, & demones infernales; terrestres, igneos, aëreos, aqueos, subterraneos, lucifugos, & omnes spiritus omnibus orbibus, & sphaeris seruentes, & in ipsis habitantes, & vos omnes maligni spiritus vbiūque sitis, & habitetis magni, & parui in potentia, de quacunque parte mundi missi estis ab Oriente, Occidente, à Meridie, & à Septentrione, & ab omnibus partibus totius terræ, & mundi: & vos aëreas potestates, & infernales principes, & vos omnes spiritus generales, & speciales demoniorum, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei N. & ad maleficia fabricanda, ferenda, & conseruanda contra ipsam, & vobis potentissimè, & viriliter impero, ac strictissimè mando ex parte Dei & Patris omnipotentis, & Filij & eius Domini nostri Iesu Christi, & in virtute Spiritus & sancti, vt omni mora postposita, destruat omnia maleficia, prastigia, incantationes, fascinoes, omnesque ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium diaboli huic creaturæ Dei N. arte diabolica factum, vt ab eo discedant omnes insidie, & omnis venustia, & nequitia diabolice fraudis. Et sicut Moyses exanimavit magica signamenta Ianes, & Mambres in Ægypto, ita confringantur omnia maleficia huic humulo Dei N. à diabolo, & eius ministris insideta, vel illa data in cibo, vel potu, seu in quacunque alia malefica superstitione, vel prastigijs: Iterum fortius, & strictius præcipio vobis omnibus spiritibus supradictis, & quibuscunque alijs existentibus in quacunque parte mundi, ex parte sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus & sancti, & per merita beate Mariæ Virginis, & omnium sanctorum, & sanctarum totius curiæ celestis, quod si aliquod maleficium datum fuit huic creaturæ Dei N. ad comedendum, vel bibendum, aut si vos, vel aliquis vestrum, maledicti demones, potastis, vel composuistis in hoc corpore, vt non habeatis virtutem, facultatem, vel potestatem conseruandi illud: sed prædicta virtute præcipio, vt illud amoueat, & cogamini dissipare omnem virtutem illius, & ad nihilum redigere omnem laqueum, nodum, & compositionem factam in ipsis rebes, & quod sitis astricti, & compulsi cum disiungere, separare, & remouere à visceribus, & ab intestinis eius, & ea per fecellum emittit facere, & sine aliqua læsione animæ & corporis huic creaturæ Dei N. Rursum vobis strictissimè impero, ac potentissimè mando ex parte sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus & sancti, quod non habeatis facultatem abscondendi illa in aliqua parte huic corporis, scilicet in sanguine, cholera, hieganate, & melancholia,

Exod. 8.

Ex Sacerdotali Romano.

Ibidem.

Ibidem.

nec in carne, nec in ossibus, neque in medullis, nec in neruis, nec in venis, neque in omnibus iuncturis huius corporis, nec in pedibus, nec in tibiis, neque in lateribus, nec in renibus, nec nec subcus renes, neque supra renes, nec in dorso, nec in spatulis, neque in vnguibus, nec in corde, neque in hepate, nec in splene, nec in interioribus, neque in pulmone, nec in intestinis superioribus, vel inferioribus, maioribus, vel minoribus, nec in stomacho, nec in ventre, neque in pectore, nec in guttore, nec in collo, neque in facie, nec in mento, nec in maxillis, neque in dentibus, nec in gingiuis, nec in lingua, neque subtus linguam, neque supra linguam, neque in palato, nec nare, neque in oculis, nec in auribus, nec in cerebro, neque in panniculis cerebri, nec in arteriis, nec in facibus, neque in alijs rebus, vel locis corporis, vel extra corpus eius, nec intrinsecè, neque extrinsecè, neque superficialiter, nec in capillis, neque in vestimentis, nec in genitalibus, nec in vmbilico, neque in partibus verecundis, neque in partibus illis circumstantibus, neque in alijs locis, vbi ire vel stare debeat: sed inuicti, & coacti, atque virtute Dei compulsi, nunc cogamini omnia illa remouere ab omnibus partibus corporis istius creaturæ Dei N. vbi- Gen. c. 1. cunque sint, à planta pedis vsque ad verticem: & illa educatis extra ipsum corpus per illam viam, quæ sit magis libera, & expedita, vt per os stomachi, per guttur, & per os cum signo manifesto, & sine vlla læsione animæ, & corporis huius creaturæ Dei N. & illa ducatis ad loca arida, sterilia, & inaquosa, atque inhabitabilia, vbi non sit habitatio hominū. Et sicut per beatos Apostolos Dei Petrum, & Paulum dissoluta, & ad nihilum reducta fuerunt incantationes factæ per illud membrū vestrum Symonem magum, ita auctoritate mihi tradita, & præstita à Deo omnipotenti, & à Sancta Catholica, & Romana Ecclesia, ego dissoluo omnes sortilegas artes, prastigia, & incantationes, quæ atrocitate inuidiæ, vel malitia vestra factæ fuerunt huic creaturæ Dei N. Et sicut Dominus noster Iesus Col. 1. Christus descendit ad inferos, & ibi deuicta tota potentia inferni, animas sanctorum Patrum inde extraxit: ita per potentiam, & virtutem eiusdem, necnon & omnium nominum Dei, & omnium conirationum, ligationum, & vinculorum, quibus in nomine eius potestis coniuari, constringi, cogi, Ex Flagello damo- nari, ligari, fugari, cruciari, & torqueri, & ad penas aliquas damnari, vos omnes coniuro, adiuro, cogo, & constringo, ac potentissimè vobis impero, & mando, vt remoto omni dolo, fraude, obstinatione, deceptione, & malitia, destruat omnia maleficia Satanae, & ministrorum eius, & omnem mali

Ibidem.

Ibidem.

Gen. c. 1.

Ex itinerrario Diui Clementis.

Col. 1.

Ex Flagello damo- num.

malignam fascinationem huic creaturæ Dei N. factam, ita ut ad nihilum redigantur, & confringantur omnia maleficia, præstigia, incantationes, fascinationes, ligatura, signatura, factura, & omne opus nefarium Satanæ, & ministrorum eius.

Ex flagello demonum.

Ibidem.

Quod si more vestro bestiali, mandatis, & præceptis meis, vobis in virtute Dei omnipotentis factis, obedire contempseritis, per omnia verba, & cogitationes, quæ in virtute Domini nostri Iesu Christi contra vos fieri possunt, contra vos coniuuro Luciferum, & omnes spiritus infernales, quatenus per virtutem sanctissimi nominis Iesu Christi, & passionem eius, contra vos, & omnes vobis fauentes, omni sua ira, indignatione, & furore irruant, & insurgant, & vos ad infernum ducant, & in locum duriores vos præcipitent, ligent, & affligant: ibi omnibus pœnis, & cruciatibus duris, & acerbis solito cruciandos: quia tot, & tantis sacratissimis verbis, & mysteriis diuinis rebelles fuistis. Et maledictio Dei omnipotentis Patris, & Filij & Spiritus sancti, & ira, ac indignatio Beatæ Mariæ virginis, & omnium Angelorum, & Sanctorum totius curiæ cælestis veniant, & discedant super vos, spiritus ingratiissimi, & omnes vobis fauentes. Et ego, ut minister Christi (licet immeritus) auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, per virtutem Domini nostri Iesu Christi, & sanctissimæ passionis eius absoluo hunc famulum Dei N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, fascinationibus, ligaturis, signaturis, facturis, ac malis vmbreis, atque machinationibus diabolicis, sibi arte diabolica factis, & ab omni opere Satanæ, & ministrorum eius, ita ut omnis inueterata malitia diaboli, & omne cæcum, & confusum phantasma eradiceatur, fugetur, & elongetur ab eo. Per eum, qui venturas est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Luc. 9.

*Hic Exorcista ponat manum super caput maleficiati & signando omnia membra eius, dicat.*

*Oratio.*

Ex antiquis Exorcismis.

**E**Xpelle, Domine Deus omnipotens, ab hac creatura tua N. omnia maleficia diaboli, omnisque incantationes, fascinationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus Satanæ, & ministrorum eius, à capite, à capillis, à vertice, à cerebro, à panniculis cerebri, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de ciliis, de superciliis, de pilis, de pedibus, de tibiis, de genibus, de cruribus, de partibus verecundis, de renibus, de lateribus, de intestinis

Ibidem.

superio

superioribus, & inferioribus, de femore, de ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de vnguibus, de ossibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis, de toto corpore suo intus, & extra, de quinque sensibus corporis, & animæ: nullumque locum ipsa habeant intus, & foris amplius, ut sana & salua fiat per inuocationem sanctissimi nominis tui, & per inuocationem Spiritus sancti paracliti. Tu ergo Deus Pater piissime, qui dignatus es corpus, & animam huius creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus, & animam ipsius saluare, & saluam facere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuere, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Genes. c. 1.

*Deinde Exorcista benedicat Oleum oliuarum benedictione illa, qua ponitur in nostro Flagello demonum, ad bibendum, atque vngendum, eo modo, quo ibi dictum fuit, & illud tradat infirmo, benedicatque illi panem, vinum, aquam, medicinas, & quicquid comestibile, vel potabile ei præbendum fuerit.*

Oleum præbendum.

*Denique fiat balneum ex aqua benedicta benedictionibus positis in Remedijs Flagelli, & totus infirmus in eo balneetur, ne forte aliquod maleficium sine remedio latere contingat in pilis corporis maleficiati.*

Balneum parandum.

Explicit Exorcismus Sextus.

## EXORCISMVS VII.

### MIRABILIS EFFICACIÆ PRO

his, qui in matrimonio à demonibus, vel maleficiis diabolica arte impediuntur, seu maleficientur.

#### RUBRICA.

**Q**VICVNQVE arte diabolica in usu matrimonio, aliquo maleficio impeditur, antequam ad alia remedia recurrat, hortari debet, ut corde puro, & spiritu humiliato, Deo, & Sacerdoti de omni-

37. q. 2. cap. Si per Sorcarias.

bus peccatis suis puram confessionem faciat, profusis lachrymis, & largioribus elemosynis, & orationibus: atque ieiunijs Deo satisfaciat. Quibus præmissis, Sacerdos seu Exorcista simili præparatione munitus, ad Ecclesiam pergens, una cum infirmo maleficiato, stans ante sacratissime Eucharistie Sacramentum, præmissa oratione mentali, indutus Sacerdotalibus indumentis, ibi genuflexus, diuinum auxilium implorans, dicat:

Psalm. 123. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum, & terram. V. Saluum fac seruum tuum, & ancillam tuam. R. Deus meus sperantes in te. V. Mitte eis Domine, auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere eos. V. Nihil proficiat inimicus in eis. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. V. Esto eis, Domine, turris fortitudinis. R. A facie inimici. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Genes. 1. Domine Deus omnipotens, qui sola clementia, & bonitate tuæ inmensæ charitatis primum hominem ad imaginem, & similitudinem tuam creare voluisti, & ad multiplicationem humani generis adiutorium simile sibi ei misericorditer tribuisti. O altissime conditor, ô summa maiestatis, & ineffabilis essentia, diuinæque sapientia Deitas, alpha, & Omega, carens principio, & fine: verbum sine tempore, cui omnia possibilia sunt. O ineffabilis, & admiranda Deitas, ô summa potestas, ô virtus altissima. In nomine piissimi Creatoris cæli, & terræ, tu, qui es benignissimus, & misericors, qui semper es, & ante omnia fuisti, & post omnia eris, tu omnia finis, & nunquam finis. Quique facis vt viuens homo cognoscat, quod Deus es, Rex regum, & Dominus dominantium, qui pius, & misericors, ac clemens es benignus, gloriosus, & mirabilis in Sanctis tuis, mundum tenens manu tua, & absque consilio, & alterius teis auxilio, omne, quod creatum est, in potestate tua conseruas. Ego quidem vt creatura tua, & indignus famulus tuus, & filius ancillæ tuæ, licet sim pulvis, & corde durus, & ignorans, & miser peccator, & insufficientis mei fragilitate, seu defectu virtutis, ad te confidenter recurro, veluti ad tutissimum portum, & refugium singulare, te Deum, ac Dominum reuerenter deprecor, & tibi humiliter supplico, quantum scio, & possum, vt non respicias ad peccata mea, neque ad fragilitatem huius famuli tui N. sed

ad

ad piissimam misericordiam tuam quatenus digneris nunc mecum esse in hoc tuo sancto seruitio. Nec mihi indigno peccatori tribuas secundum peccata mea, quibus ingrauat sum, & mea temeritate inuolutus: sed tu, qui clemens es, & pius, propitius, ac benignissimus mihi adesto, & miserere mei, cum maior sit misericordia tua, quàm peccata mea. Quare digneris me exaudire, sicut exaudisti tres pueros in camino ignis ardentis: Ionam in ventre ceti: Petrum in carcere, Mariam Ad. 12. Magdalenam à te pro peccatis suis veniam petentem. Et sicut exaudisti vocem matris tuæ ad nuptias, & latronem in Cruce, & sicut Catharinam in tormentis rotarum, & Margaritam à terrore draconis liberaisti: sic tu, dulcissime Pater, exaudi me, & mihi misero peccatori potestatem tuam tribue, quam confidenter implora, & concede mihi donum gratiæ tuæ, quod à te nunc peto, vt in tuo nomine euellere, deltruere, eradicare, explanare & effugare valeam omnem magicam, & malignam fascinationem, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius ab hoc famulo tuo N. quibus eius potentia generandi alligatur, & impeditur, ne matrimonio ad procreandam prolem vii possit. Quod donum gratiæ tuæ mihi concedere digneris, tu, qui solus, & verus es Deus, creator omnium, qui potens, & misericors es in perpetuum. Et, vt mihi hanc gratiam præbeas te laudo, te adoro, te glorifico, te benedico, & magnifico, & tibi deuotè gratias ago nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput maleficiati, dicat:

Exinguatur in te N. omnis virtus diabolica per impositionem manuum mearum, immò per inuocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Ecclesia Romana

Hic Exorcista aspergat aqua benedicta agrotum, postea legat sequens Euangelium.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

R. Gloria tibi, Domine.

In illo tempore, Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilee, & erat Cap. 2. Mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, discipuli eius ad nuptias: & deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris.

3 Quod

Quodeunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapidee hydrae sex, posite secundum purificationem Iudeorum, capientes singulae metretas binas, vel ternas. Dicit ei Iesus. Implete hydras aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte Architrachino. Et tulerunt. Vt autem gustavit Architrachinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset: ministri autem sciebant, qui auferant aquam, vocat sponsum Architrachinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilee, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum Discipuli eius. *R. Laus tibi, Christe.*

*Oratio.*

*Genes. 1.* **D**omine Iesu Christe, aeterni Patris, & beatæ Mariæ virginis Filius, qui in Paradiso terrestri sanctum matrimonium in officium, & conseruationem, atque multiplicationem humane naturæ instituiti, & ipsum matrimonium in aduentu tuo ex primordiis miraculorum tuorum mirabiliter honorasti: quæsumus elementiam tuam, vt per merita, & preces beatissimæ virginis Mariæ matris tuæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum tuorum, digneris hunc famulum tuum N. quem matrimonialiter coniunxisti, bene tibi dicere, & liberare ab omni ligamento, fascino, & maleficio Satanz, & ministrorum eius: & dare ei fecunditatem, & gratiam, vt liberè possit vti matrimonio suo ad generandum, concipiendum, & nutriendum prolem, Deo, & hominibus gratam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuas, & regnas in secula seculorum. Amen.

*Hic Exorcista ponat manum super caput maleficiati, & ipsum in fronte signando, dicat.*

## CONIURATIO.

*Apost. u.* **I**n nomine sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Coniuro vos omnes Angeli caelestis, tam absentes, quam presentes: per eum, qui vos eiecit de supremo caelorum habitaculo, qui ferris malum contra genus humanum, & qui fabricastis, & conseruastis malum, & maleficium huic creaturæ Dei N. à malefico, seu malefica procreatum, vel aliquo alio modo illi indictum, vt vbiunque illud sit positum, statim, & sine mora ab illo loco auoueatis, & virtute Dei omnipotentis illud destruatis, & omne impedimentum illi intectum festinanter ad nihilum redigatis, vt liberè, &

sine difficultate matrimonio vti possit ad honorem Dei omnipotentis, qui illum creauit, & matrimonialiter cum coniunxit. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

*Oratio.*

**E**xpelle, Domine Deus omnipotens, per virtutem tuam ab hac creaturâ tua N. omnes maleficorum vanitates, & incurfus daemorum, & per hoc signum sanctæ Crucis & Saluatoris nostri Iesu Christi, tolle potestatem, tolle impetum Satanz & Angelorum, atque maleficorum eius, & ne permittas illos nocere huic creaturæ tuæ N. Memento Abraham, Isaac, & Iacob seruatorum tuorum, & miserere illi, atque libera eam ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & factis sibi arte diabolica, à quocunque malefico, vel malefica, factis, & redde illi sanitatem pristinam ad procreandam prolem, & in tuo seruitio educandam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Hic asperge maleficiatum aqua benedicta in modum Crucis.*

## CONIURATIO.

**T**erum coniuro tibi vos omnes spiritus malignos, & daemones infernales, caelestes, terrestres, igneos, aëreos, & aqueos, & omnes spiritus omnibus orbibus, & sphaeris seruientes, & in ipsis, & in quocunque loco habitantes, ad vos, & contra vos perueniant potenter & fortissimè omnes coniurationes meæ, & potenter vobis precipio, ac strictissimè impero ex parte Dei omnipotentis, & sanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & in virtute, atque potentia agni diuini immaculari, qui potenter ambulat super aspidem, & basiliscum, qui aeternaliter conculcauit, leonem, & draconem: & potenter, atque strictissimè vobis mando, vt amota omni obtinatione statim, & sine mora aliqua destruatis, & ad nihilum redigatis omnia maleficia, & incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium à quocunque daemone, malefico, vel malefica factum, in quocunque loco sit positum, & à quouis daemone custodiatur, non obstantibus ligaminibus, quibus hæc creatura Dei ab actu matrimoniali impeditur. Quæ omnia per virtutem sanctissimæ passionis Domini nostri Iesu Christi, & per omnia alia, quibus ligati, & cruciari, & ad varias penas, & tormenta infernalium mitti potestis, vos constringo, & cogo, vt sine vlla contradictione hæc omnia adimpleatis: alioquin per virtutem eius, qui orbem tremere facit, vos ad infernale supplicium condemnabo, & in flagrum

ignis, & sulphuris aternaliter præcipitabo, vbi fumus tormentorum vestrorum ascendet in sæcula sæculorum. Amen.

*Psalmus.*

Psalm. 127. **B**Eati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut novellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem: omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios sidiorum tuorum: pacem super Israël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & temper, & in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui per virginum Filiam tuam, vterum B. virginis Mariæ mirabiliter fecundasti, vt de Spiritu sancto ipsam conciperet, portaret, pareret, ac nutrirer: te Deum omnipotentem vniuersorum Creatorem humiliter inuocamus, vt per elementiam tuam, huic famulo tuo N. fecundandi donum tribuere tua pietate digneris, vt ex legitimo matrimonio generare, ac nutrire prolem tibi, tuoque sancto seruitio valeat in vitam æternam. Amen.

*Hic Exorcista aspergat aquam benedictam super maleficiatum.*

CONIURATIO.

**I**terum atque iterum coniuro vos & dæmones infernales, in quacunque parte mundi sitis, & habitetis, quibus data est potestas fascinandi, & maleficiandi, corpus istius creaturæ Dei N. & ipsam impediendi ab vsu legitimo matrimonij, per Patrem ✠, & Filium ✠, & Spiritum ✠ sanctum: & per Iesum Christum Filium Dei potentissimi, Creatoris omnium, qui omnia ex nihilo creauit: vos confringo, & cogo, vt non habeatis potestatem conseruandi quodcunque maleficium, ligaturam, facturam, & incantatione arte diabolica à quouis maleficio, vel malefica fabricatam, & illi inflictam: & vobis præcipio, vt non obstante quocunque pacto tacito, vel expresso, in virtute eiusdem Dei omnipotentis, omnia maleficia destruat, & ad nihilum illa redigatis. Quod si more vestro bestiali præceptis meis vobis in virtute Dei factis obedire contempseritis:

perieritis: auctoritate Domini nostri Iesu Christi præcipio Luciferi, & omnibus spiritibus, & furiis infernalibus, vt contra vos insurgant, & irruant, & in stagnum ignis, & sulphuris vos præcipitent, ligent, & acerbis, ac durius solito vos exerceant, & vniuersis poenis vos affligant in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Deus Pater omnipotens, Rex æternorum, creator, rector, & moderator omnium sæculorum. Pater Domini nostri Iesu Christi, qui iurasti, & promisisti Abraham patri nostro multiplicare semen eius, sicut stellas cæli, & velut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest: quicquid humanum genus, sanctissimo matrimonio ad honorem tuum multiplicare voluisti: te humiliter exoramus, Rex omnipotens, & immortalis, qui sedes super Cherubin, & Seraphin, vt dissoluere, destruere, & annihilare pro tua pietate, & misericordia, & benignitate digneris omnia maleficia, ligamina, & incantationes, signaturas, facturas, fascinoles, & omnia opera diaboli, & ministrorum eius, huic creaturæ tuæ facta, sicut destruxisti magica signimenta Iannes, & Mambres, vt illis non obstantibus, sanctissimo matrimonio ad procreandam, & educandam tibi, tuoque seruitio prolem, vt possit. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Hic aspergatur quæ benedicta super maleficiatum.*

CONIURATIO.

**C**oniuro vos ✠ omnes spiritus Dei rebelles, & dæmones infernales, & vos aëreas potestates, & principes infernales, & vos omnes spiritus speciales, & generales, de quocunque genere sitis, ab Oriente, ab Occidente, a Meridie, & a parte Australi, & ex omnibus partibus mundi, vbiunque sitis, & habitatis, siue in igne, siue in aëre, siue in aqua, siue in terra, siue in omnibus, quæ ex quatuor elementis sunt complicita, & quæ in ipsis viuunt, & permanent, & in quocunque loco, & parte mundi sitis, per virtutem, & omnipotentiam magni Dei omnipotentis, Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti: & per passionem, crucem, & mortem Domini nostri Iesu Christi vobis præcipio, vt per verba coniurationis mee statim, & sine mora aliqua in virtute ipsius Dei, destruat omnia maleficia, incantationes, ligaturas, & facturas, & omne opus nefarium diaboli huic creaturæ Dei factum, vbiunque sit, & permaneat, siue in fundamentis domus, siue in ingressu domus, in camera, aut in lecto, siue in ædificio, aut pariete, in agro, via, semita, horto, vel in parte aliqua possessa, sit, siue in

vestibus, & rebus eius, seu domo, aut in arbore, fouea, puteo, aut in fluuio, seu in quocunque aliquo alio loco sit, & permaneat, siue illud sit absconditum in statua aliqua lignea, ferrea, aerea, aurea, argentea, vel posita in iuncturis membrorum eius, vel illi datum sit in cibum, & porum: ex quacunque materia sit fabricatum, siue in are, plumbo, auro, argento, lana, lino, vel ex omnibus mortuorum, animalium quadrupedum, volatilium vel piscium, siue in charta virginea, siue in herbis, verbis, & lapidibus, & ex quacunque alia materia, & re materiali illud sit fabricatum, à quouis illud sit fabricatum, siue ille sit masculus, siue femina, siue magus, siue sortilega, siue sit mortuus, siue viuus, siue sit Christianus, siue Hebraeus, siue Genilis, & Infidelis, & illa vbicunque fuerit, statim, festinanter, sine mora ad nihilum redigatis, non obstantibus quibuscunque conuentionibus, & pactis inter vos, & maleficium, seu magum incitis, ad impediendum hunc famulum Dei N. ab usu legitimo matrimonij. Quod si aliquis dæmon, quicunque sit ille, ausus fuerit præcepta mea in virtute Dei facta contemnere, & illis non obtemperare, in virtute eiusdem Dei omnipotentis, & Domini nostri Iesu Christi præcipio Lucifero, Satanae, & omnibus principibus, & spiritibus infernalibus, vt contra illum insurgant, & in profundum inferni ipsam demergant, & ibi illum ligent, affligant, & excrucient, ac omnibus poenis infernalibus, acerbis, & duris solito eum afficiant, & non sit illi adiutor, nec sit qui illi adiuuet, & sit illi interdictus omnis locus, præter centram inferni, vbi horribiliter, & acriter crucietur, & vbi fumus samentorum eius ascendet in sacula seculorum. Amen.

#### SOLVTIO FIENDA MALEFICIATO IN MATRIMONIO.

*Hic Exorcista ponens manum suam super caput maleficis, conetur destruere facturas, & maleficia contra ipsam facta, sacris verbis, & adiurationibus, hoc modo.*

#### CONIVRATIO.

**S**I aliquis Maleficus per sua maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, & facturas suas, vel aliquo verbo, aut pacto, arte diabolica inuito, vel aliquo alio maleficio te N. fascinauit, vel aliquo vinculo te ligauit, vt nõ possis vti matrimonio, Christus Filius Dei viui per suam pietatem, & misericordiam te ab illo liberet, & absoluat, & ego auctoritate Dei omnipotentis Patris ꝑ, & Filij ꝑ, & Spiritus ꝑ sancti, mihi ab ipso, & à sancta Catholica, & Romana Ecclesia tradita, dissoluo

omnia

omnia illa maleficia, quibus tu N. ab actu coniugali impeditus, & dissoluta esse decerno, & præcipio omnibus spiritibus immundis, qui ad instantiam aliorum dæmonum, seu Maleficorum impedimenta illa fabricauerunt, seu conseruauerunt, vel adhuc tali impedimento fauent, & illud conseruant, & impediunt hunc seruum Dei N. aliquo maleficio, seu factura à tali actu, vt statim, & sine mora nõ obstante quocunque pacto cum Maleficio, seu Malefica inuito sine mora destruant, & ab illo remoueant omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius, per virtutem, & in virtute Domini nostri Iesu Christi, qui propter magnam misericordiam suam venit in hunc mundum, & incarnatus est in vtero beatissimæ Virginis Mariæ, vt homines perditos ad cælestia reuocaret, quos diabolus sua perueritate dampnauerat, & causa destruendi, & expellendi omnia opera Satanae, & maleficia eius ab omnibus, & condemnandi dæmones in profundum inferni, & abyssi. Ecce Crucem Domini ꝑ fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix David, Iesus, Mariæ Filius, mundi salus, & Dominus, qui beatissimæ Virgini matri suæ felicem partum tribuit, sic tibi clemens, & propitius, & ipse tibi N. concedat, vt matrimonio vti possis ad generandam, & educandam, atque nutriendam prolem Deo, hominibus gratam. In nomine Patris ꝑ, & Filij ꝑ, & Spiritus ꝑ sancti. Amen.

*Hic Exorcista poterit reuerare omnia supradicta, si sibi placuerit, vel finem imponere coniurationi, prout sibi expedire videbitur. Denno maleficiatus totus ungetur oleo benedicto, illa benedictione posita in remedijs nostri Flagelli, & in illis locis ibi descriptis, & præcipue illa pars ungetur, in qua maleficium est illatum: & hoc fiat omni timore, & reuerentia, qua poterit. Expederet etiam maleficiato bibere oleum illud, eo modo, quo ibi ordinatum est: & hæc omnia ante carnalem coniunctionem. Et si (his omnibus præmissis) adhuc possibilitas illa haberi nõ poterit: hortandi sunt, qui ista patiuntur, ad patientiam: & ad tolerantiam istorum, in remissionem suorum peccatorum, & cauere debent, ne ad aliquod remedium vanum, illicitum, & superstitiosum recurrant, ne illis aliquid deterius contingat. Apponantur etiam huic maleficio illa omnia remedia posita in nostro Compendio, libro tertio, cap. quarto.*

EXOR



## EXORCISMVS VIII.


OPTIMVS, ET MIRABILIS EFFICACIA CONTRA EOS, QUI MALEFICIO TACITURNITATIS VOLUNTARIE IMPEDIUNTUR: CUIUS PRÆCTICA SOLVM SPECTAT AD SACERDOTES.

## BENEDICTIO AQVÆ CONTRA MALEFICIUM TACITURNITATIS.

*Sacerdos, seu Exorcista cupiens zelo Dei, & iustitiæ, removere maleficium taciturnitatis ab aliquo: fusa prius oratione ad Deum, habens maleficium coram se, & aquam preparatam, illam benedicat sequenti benedictione.*

Ÿ. Adiuutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum, & terram.

## EXORCISMVS.

Gen. 2.  XORCIZO te aqua per Deum ꝑ vinum, per Deum ꝑ verum, per Deum ꝑ sanctum, per Deum ꝑ, qui te creauit, & qui in te baptizari voluit: qui in quatuor flumina de Paradiso exire iussit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te ꝑ, aqua, per illum, qui Naam Syrum à lepra mundauit, & per illum, qui te per suam potestatem in Chana Galilee conuertit in vinum. Exorcizo te, ꝑ per incarnationem Filij Dei viui, per Natiuitatem, Circuncisionem, Baptismum, & sanctam Ieiunium eius: per passionem, mortem, & sepulturam eius, per resurrectionem, & ascensionem eius, per aduentum, & gratiam Spiritus sancti paraclyti: per beatam Mariam Virginem Matrem Domini nostri Iesu Christi, & per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominaciones, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin: per omnia Sacramenta Ecclesiæ Catholicæ, per sanctum Ioannem Baptistam: per omnes sanctos Patriarchas, & Prophetas, Apostolos, Martyres, Innocentes, Continentes Dei, & per virtutem omnium Sanctorum, & Sanctarum eius: ut in virtute eiusdem Domini nostri Iesu Christi destruas omne maleficium taciturnitatis, diabolica arte fabricatum, & omne

omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius, omnesque incantationes, ligaturas, signaturas, & facturas, diabolica arte huic famulo N. factas, ne veritatem fateri possit, & ad nihilum redigantur, & sicut diuina potentia expoliasti infernum, ita expo iare valeas istum N. ab omnibus facturis. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæcula per ignem. Amen.

## Oratio.

**T**E igitur, Domine Iesu Christe, qui es fons, & aqua salientium in vitam æternam, suppliciter exoramus, ut hanc aquam bene dicere, & exorci zare pro tua pietate digneris in salutem, adiutorium, & liberationem creaturæ tuæ N. & ipsam liberare digneris ab omni maleficio taciturnitatis, & tueri ab omnibus aliis maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis & facturis diaboli, & ministrorum eius, ab ipsis potenter illum defende per virtutem tuam, de cuius latere fluxerunt sanguis & aqua in remedium, & remissionem peccatorum nostrorum. Ita nos, Domine, famuli tui clementiam tuam, & nomen sanctum tuum imploramus, ut quicumque ex hac aqua biberint, & gustauerint, liberentur ab omni maleficio taciturnitatis, & abluantur ab omnibus sordibus demonum, ac suæ incolumitati illæsi reddantur: nec eis in futurum nocendi habeat potetiam aduersa demonum, & maleficorum potestas. Qui sanctus, & pius es, & permanes in sæcula sæculorum, Amen.

## EXORCISMVS.

**I**TERUM exorcizo te, aqua, per Deum ꝑ vinum, per Deum ꝑ verum, per Deum ꝑ sanctum, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt: ut omnes virtutes aduersarij, omnis exercitus diaboli, omnis incurtus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant à te, ut sis sancta, & salutaris, & ignis ardens aduersus omnes inimicos, & quicumque te biberint, siue gustauerint, sis eis sanitas, & medicina animæ, & corporis, ut in virtute sanctæ Trinitatis effugiat omne maleficium taciturnitatis, & omne opus nefarium diaboli potatione tui separetur, effugiat, & elõgetur. Per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

## Oratio.

**B**enedicat te, ꝑ aqua, Deus Pater omnipotens, qui te suo verbo creauit, & det tibi ad omne malum, & maleficium virtutem, ut quicumque te deuote sumperit, & gustauerit, liberetur

liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis, arte diabolica factis, & ab omni spiritu immundo, & per omnia sancta nomina tua Domine Iesu Christe sana cor, & omnia membra huius famuli tui N. & ipsum libera ab omnibus malis animæ, & corporis. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum Amen.

Zach. 1.

*Hic exsuffletur in aquam, dicendo.*

Exsufflo te omnis legio Satanæ, in nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus tris sancti. Amen.

## EXORCISMVS.

**E**Xorcizo te, creatura aquæ, in nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus tris sancti, ne sis communis vlli spiritui immundo, ad honorem sanctissimæ, atque indiuiduæ Trinitatis viuents, atque regnantis, vt quicumque te biberint, & gustauerint, omnis spiritus immundus cum omnibus facturis suis ab eis recedat. Iterum exorcizo te, tris creatura aquæ, in nomine Iesu Christi Nazareni Filij Dei vni, Regis, & Iudicis nostri, vt sis purgatio omnium maleficiorum, & incantationum factarum huic creaturæ Dei N. quam ipse ad imaginem, & similitudinem suam creauit, & ad baptismum, & gratiam suam vocare dignatus est. Te ergo inuoco, Domine sancte Pater omnipotens æternæ Deus, vt hanc aquam exorcizare, & bene tris dicere pro tua pietate digneris, vt omnis immundus spiritus locum in ea amplius non habeat, sed in virtute Spiritus sancti, omnes qui biberint ex ea, recipiant sanitatem corporis, & animæ, & ab omni maleficio taciturnitatis, nec non & ab omnibus spiritibus immundis, ac operibus eorum fauentur. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Ger. 1.

*Oratio.*

**D**ignare, Domine Iesu Christe, exorcizare, bene tris dicere, sancti tris ficare aquam istam ad liberandum, & sanandum famulum tuum. N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis sibi arte diabolica factis, & ab omni maleficio taciturnitatis: vt omnia ad nihilum redigantur. Et sicut tua potentia infernum spoliasti, ita eadem expoliare digneris ipsum famulum tuum N. ab omnimachinamento diabolica arte factis, qui redemisti nos in manu forti, & brachio extento. Da Domine Iesu Christe, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur, per te, Iesu Christe Saluator mundi. Amen.

Zach. 9.

*Oratio.*

*Oratio.*

*Hic aspergatur aqua benedicta in modum crucis super aquam, & obfessum.*

**MODVS BIBENDI AQVAM benedictam contra taciturnitatem.**

*Deinde Sacerdos accipiens cyphum supradietæ aquæ benedictæ plenum, & in illum immittendo guttulam cera benedictæ, sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis, ieiuno stomacho: tricies in potum maleficiato tribuat, & liberabitur, diuina assistente gratia.*

Ex matheo  
Malef. par.  
3. c. 17.

*Et quia saepe isti sic maleficiati ad fgendam, & ostendendam innocentiam suorum delictorum, lacrymas falsas effundere consueverunt coram iudice, ideo ad cohibendas falsas lacrymas, prudens Exorcista his verbis, vel similibus vri poterit, tenens manũ super caput maleficiati.*

## CONIVRATIO.

**C**onuro tris te N. per amarissimas lacrymas à Domino Iesu Christo Saluatore nostro pro salute mundi effusas, ac per amorosas, & ardentissimas lacrymas beatissimæ, & gloriosissimæ virginis Mariæ matris eius super vulnera ipsius hora vespertina spargas: & per omnes lacrymas, quas in hoc mundo omnes Sancti, & electi Dei pro eius amore effuderunt, à quorum oculis iam omnem lacrymam absterse, vt si es innoxius, lacrymas effundas: si autem noxius sis, nullo modo lacrymare possis: In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus tris sancti. Amen.

*Hic Exorcista ponat manum sinistram super caput vercati, & signando manu dextera membra corporis maleficiati, cum omni honestate dicat.*

**E**xpelle, Domine Iesu Christe, per virtutem tuæ sacratissimæ passionis omne maleficio taciturnitatis, & omnes fascinationes, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium diaboli ab hoc famulo tuo N. de capillis, de vertice, de fronte, de cerebro, de panniculis cerebri, de oculis, de lingua, de sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dentibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de ciliis, de superciliis, de pilis, de pedibus, de

Ex anti-  
quis Exor-  
cismi.

tibiis,

176 FVSTIS DÆMON. EXORCISM. VIII.  
 tibiis, de genibus, de cruribus, de partib. verecundis, de reni-  
 bus, de lateribus, de intestinis superioribus, de femore, de  
 ventre, de stomacho, de corde, de spatulis, de humeris, de pe-  
 ctore, de vberibus, de brachiis, de manibus, de unguibus, de  
 ossibus, de nervis, de venis, de medullis, de pulmone, de com-  
 paginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis, de toto  
 corpore suo intus, & extra, de quinque sensibus corporis, &  
 animæ, nullumque locum habeat in ipsa intus, & foris am-  
 pliùs, vt sana, & salua fiat per inuocationem sanctissimi  
 nominis tui. & per inuocationem Spiritus sancti coæterni. Tu  
 ergo, Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam  
 huius creaturæ tuæ N. creare, digneris etiam totum corpus &  
 animam ipsius ab omni maleficio taciturnitatis liberare, &  
 saluum facere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Fi-  
 lium tuum, qui tecum viuit, & regnet in vnitæte Spiritus  
 sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## F I N I S.

**E**GO Frater Timotheus Pannonus Vitellianensis Ordinis Mi-  
 norum Regularis Observantiæ Predicator, sacra Theologia  
 lector, ac Prouinciæ nostræ Bononiæ actualis diffinitor, in verbo  
 veritatis attestor, fidemq; facio, me auctoritate, & commissione  
 admodum Reuer. Patris Fratris Helisei Capys Veneti, Ordinis  
 Predicatorum, inquisitoris Bononiæ diligenter vidiss. & attentè  
 obseruasse librum, cui titulus est, *Fustis Dæmonum Reuerendi  
 Patris Fratris Hieronymi Mengi Vitellienensis: Cuius initium  
 habet, Dæmonibus corpora humana et sidentibus: & suis, & ani-  
 mam ipsius ob omni maleficio taciturnitatis liberare, & saluam  
 facere. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.* Et  
 est chartarum nonaginta. In quo, quibusdam deletis, meaq; ma-  
 nu nonnullis expurgatis: nihil vidi, nec obseruui, quod sit contra  
 Sanctam Catholicam Ecclesiam, & eius solum, sive contra Prin-  
 cipes, aut mores. Et iudicio meo opus est Catholicum, & utile  
 futurum maleficiatis, & idè dignum, vt imprimatur. Datum  
 Bonon. in loco nostro Annuntiata. Die 14. Ianuarij. 1583.

Idem Fr. Timotheus, qui supra, manu propria.